

dep. 4




2 400 40  MADE IN SPAIN

R. 1743

DE GALLORVM IMPERIO ET PHILOSOPHIA,

LIBRI SEPTEM.

Ed. Josepho Albrecht
Stephano Forcatulo Iuriconsulto auctore.



PARISIIS,
Apud Guilielmum Chaudiere, via Iacobaa, sub signo Tem-
poris, & Hominis siluestris.
1579.
CVM PRIVILEGIO REGIS.


dep. 1743

R. 1743

DE GALLORVM IMPERIO ET PHILOSOPHIA,

LIBRI SEPTEM.

Ed. Josepho Albrecht
Stephano Forcatulo Iuriconsulto auctore.



PARISIIS,

Apud Guiliclmum Chaudiere, via Iacobæ, sub signo Temporis, & Hominis sinestris.

1779.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Extrait du Priuilege du Roy.

PA R priuilege du Roy est defendu à tous Libraires, Imprimeurs, & autres qu'il appartiendra, en quelque sorte & maniere que ce soit, d'imprimer, vendre ou distribuer aucunes œuures de *M. Estienne Forcatel, Docteur, Regent en la faculté de droit Civil, en l'vniuersité de Tholose*, sinon au Libraire, ou Imprimeur qu'il aduifera & choisira & aura charge & puissance: & ce iusques au temps & terme de six ans entiers & consecutifs apres la premiere impressiõ, qui sera faicte de chacune desdictes œuures, sur peine de confiscation des liures imprimez par autres, & d'amende arbitraire, ainsi qu'il est plus amplement contenu esdictes lettres de priuilege, sur ce donnees à Paris le treiziesme iour de May, l'an de grace, mil cinq cens soixante & douze.

Par le Roy en son Conseil.

Signé MORIN.

Acheué d'imprimer pour la premiere impression
le premier Septembre. 1579.



AD ILLVSTRISSIMAM, MAXI-
ME PIAM, ET SERENISSIMAM CA-
therinã Mediceam, meritissimam Regis matrem,
Forcatulus Autoris filius. S. D.



*V*EM AD MODVM in permul-
tis accidit instinctu quodam naturali, &
inclinatione à parentibus in liberos tra-
ducta, vt filij eadem studia sequantur,
eadem oderint, eademque adament, que
patres odio vel amore sint prosequuti, &
in suis institutis cogitationibusque paternum tramitem insti-
tant: Sic ego iam à mea prima adolescentia iisdem me stu-
diis affectum recognoui, quam paternæ vitæ institutum con-
stans & perpetuum arguit, cui nihil antiquius fuit post di-
uinum Dei cultum, quam studium suum erga te luculen-
tissimo quodam documento attestari. Et quoniam pro
munere suo Iuris scientiam Tolosæ publicè per triginta an-
nos magna satè cum approbatione interpretatus est, factum
est ideo, vt rationem elegerit non modò oneri suo publico nõ
contrariam, sed etiam cordatis quibusque viris, & nominiisque
Francici, domusque & Valesiæ & Mediceæ amantissi-
mè commendabilem. Proinde per quindecim continuos an-
nos elaborauit, vt originem, imperium, doctrinamque Gallis
perpetuam illustraret, historiam arcescens ab eo tempore quo

EPÍSTOLA.

bellum Troianum dicitur contigisse, ut notum fieret Francos maximè continuam seriem, vixq̄ aut quàm minimè interruptam, Regum omni virtutum genere excellentissimorum præ se ferre posse: qui imperium latius circumduxerint, quàm alius cuiuspiã regni gubernator: denique qui pro tempestate maximè puram integramq̄ doctrinam retinuerint. Quod ut probaret pater meus, antiquos quoslibet probatosq̄ historiographos perlegit, ut præconium vnumquoa que irrefragabili suo fulciretur testimonio Quinetiam cum hoc suum tibi institutum declarasset, Christianissimo Carolo filio tuo Tolosam tecum ingrediẽte, placuit imperare ut huic operi diligentissimè finem imponeret. Quod pro virili exequutus, hæredi mihi testamento præcepit, ut dicatum tibi & oblatum emitterem: vnde tibi nuncupata eius Antifranco gallia fuit, ut pro virili officia benemeritaque tua in hoc afflictũ regnũ nunquã obliuioni mandanda posteritati perpetuò cõmendentur, eiusq̄ monumẽtis reddatur eterna. Quæ tãtò magis illustria fient & cõmemorabilia, quando domini vniuersæ tuæ in hoc toto huius operis libro quarto, genusq̄ primũ per gradus ad tua gesta arcesitũ explicatur, auorũq̄ laudes & præclaras facinora verè amplificata describuntur Quas vniuersas patris mei elucubrationes ante maiestatem tuã sisto cũ eius acceptionis & benevolentie deprecatione, quæ paterno studio in eis elaborãdis respondeat: quæq̄ tuã mihi gratiã concilians, succurrere laboranti adolescenti, eumq̄ iacentẽ erigere non dedignetur, qui quocũque munere domestico apud te desiderat cohonestari. Vale. Lut. Cal. Sept. 1579.

Tetralichum de hac Historia.
 Ex anguis virga Cyllemus evocat umbras:
 Sceptrigeros manes ad magis historia,
 Rec prisca renouat: dat quæstu lumine vitam:
 Charum et vna dat remeante decus.



STEPHANI FORCA-

TVLI IVRISCONSULTI, DE GALLO-
 rum Imperio & Philosophia,

LIBER PRIMVS.

IUSTITIA, quæ regum virtus præcipua est, & regina virtutum, in Saronc antiquissimo Gallorum rege plurimũ enituit. Hic pluribus annis Troianam cladem præcessit, quã totius orbis inundationem secutus est. Isaaci Hebræi ferè seculo, inter omnes omnium populorum reges, reconditis disciplinis excellens, & soli sibi par ac similis, luce ingenij sui, mirificum splendorem Gallicis regionibus, discussa ignorationis caligine, dedit. Tunc enim primũ didicere Galli, rerum omnium autorem & moderatorem esse Deum, eiusq̄ ditone ac numine cœlum circumagi: eidem acceptum referre astrorum ordinem, dierum ac noctium vicissitudines, & eorum quæ humi gignerentur ad fruendum homini suauitatem, non sine diuino beneficio ac cõsilio: cum ex iis quæ per-

spicue cerneretur, inuisibilis opificis & gubernatoris præstantiam, non obscure intelligeretur: ita instrueti Saronis principis hortatu & exemplo, ut in mundo rationem esse faterentur, eumque eadem non fortuito moueri, quam in seipsis insitam prædicarent. nec verò solem, lunam, & reliquas stellas deos esse, quas verius ipse Deus ad obsequium & ministerium humani generis edidisset, deficere, laborare, & infuscari permissas, ne sibi diuinitatis eximium numerum & constantiam ascriberent. Proinde Saron omnibus numeris impleuit munia optimi regis, cuius esse scriptum Diotogenes Pythagoricus, imperare, iudicare, Deum præcipue colere: nempe victoriæ, æquitatis, & pietatis autorem. Merito Anaxagoras Clazomenius, cum aliquando obiurgaretur, quod Reipublicæ & patriæ curam negligeret, vir alioquin generis gloria & fortunis clarus: Imò, inquit, digitum in cælum intendens, ingens mihi patriæ cura est. namque in cæli summi laribus animi immortalis sedes ille reponebat, perinde ac Saron, nisi quod hic rebus fortiter gerendis manum quoque admouit, meritis non minus quam gladiis hominum asperitatem flectens, & late subigens: nec nisi in perfidos hostes crudelis: & qui non tam metueret, ne quid iniuriæ pateretur, quam ne quid non iure faceret: Cumque tum arbitria regum pro legibus essent, leges in Gallia promulgare incœpit, & earum notitiam, sicut & cæterarum disciplinarum, populo rudi admodum commendauit, quarum radices præposteris ramis è cælo

Deuter.

4.

Stobæus

sermone

46.

Lærtius

lib. 2.

oriri doceret. Addit Berosus Chaldeus (cui quidem propter cœlestium rerum prædictionem & Astrologiam, statuat lingua inaurata Athenienses posuere: an quis alius, cuius Antiquitatum libri circumferuntur, & quem Iosephus Græcè scripsisse tradit Commentarios Mosis annalibus consentaneos) qua ætate Osiris vniuerso orbi imperauit, per paucis nationibus & oris exceptis, iis potissimum, quæ in Babyliorum ditionem venerant, Saronem apud Celtas regnasse, & ad cõtinentiam hominum ferociam publica literarum studia constituisse. ad eò literæ & sapientia studiũ Gallis ipsis res vetustissima est. Quod quidem Saroni veluti per manus ab atauo suo Noa traditum videri potest: quem Syrum genere, prudentia singulari præditum idem Berosus asserit, & astrologum cum primis conscium: quique annum ad cursum solis, & duodecim menses ad lunæ motum distinxerit. Vnde faciles homines tantæ scientiæ miraculo attoniti, ipsummet Noam seu Ianum cœli nomine dignarunt: Chaos, solem, mundi semen, & animam, quæ cuncta moueret ac vegetaret, prædicarunt: sicuti Ennius de Ioue sensit, & de cælo ipso:

Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouẽ.

Quod quidem atigit Ouidius, apud quem in hunc modum loquitur Ianus:

Me Chaos antiqui (nam sum res prisca) vocabant.

& paulò post:

Quicquid vbiq; vides, cælum, mare, nubila, terras,

Omnia sunt nostra clausa, patentq; manu.

Me penes est vnum vasti custodia mundi.

Macrob.
lib. 1. Sa-
turnal.
cap. 9. Et in Saliorū carminibus vetustissimis Ianus Deo-
rum Deus canitur. Ianus quoque quasi Eanus di-
ctus est: quod cælum & mundus semper eat, dum in
orbem voluitur, vt post M. Tullium Cornificius in
Etymis lib. 3. ostendit. Quod verò gemina facie pin-
gitur, non magis ad notitiam præteritorum & futu-
rorum refero, quàm ad expressam Christi imagi-
nem, gemina natura omninò præditi: ita vt verè
Deus, simulque verè homo extiterit, patri summo
coæternus, ac tum genitus cum nondum essent tem-
pora. Phœnices autem principem Ianum venerantes
in sacris, ac eius imaginem exprimentes, Draconem
in orbem redactum finxere: quoniam mundus ex se
alitur, & in sese reuoluitur, aut, vt ipse penitus ani-
maduertit, quia Noa circulum omnem disciplinarum
calluerit, & omnium mortalium iustissimus fuit: i-
deoque dignus Deo Opt. Max. visus, qui totius or-
bis vastitati superstes cum tenui familia relinquere-
tur. Quare vt iustitiæ præco custoditus à D. Petro
Epist. 2.
cap. 2. laudatur: cum diluuiò impij confertissimè obrue-
rentur. Planè hæc vnica virtus circuitu decoro cæte-
ras facillè complectitur, vt Theognis expressit:

Εν δὲ διχχοσύνῃ συλλέβδω πᾶσ' ἀρετῆ' ἐστὶ.

Srob. in
serm. 9. Proinde Polus nobilis Philosophus Iustitiam, a-
nimæ concinnam harmoniam nominauit matrem
ac nutricem virtutum omnium, quas longè vtilitate

superat, eò quòd virtutes reliquæ particularem sui v-
sum ad vnum quempiam plerumq; præbeant iustitia
verò ciuitatem, populos, & mundo denique societa-
tem congregatam tuetur, beat & propagat. Itaque
extat summæ vatis Noæ elogium in tres suos filios: Genes.
Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem,
fitq; Chanaan seruus eius. Quàm faustum verèq;
fuerit paternum omen ac votum, Gallorum longæ-
ua felicitas declarauit. Galli enim à Iapheto, iustitiæ
& claritatis paternæ iugi imitatore, oriundi sunt, &
ab hoc fonte familiæ stemma suum, & literarum &
artium cognitionem ducunt. Nam Iapheto Gomer,
seu Comerus, genitus est, quem Zonaras tradit Ga- Genes.
10.
latis præfuisse, & inde hos Gomares vocitatos. Γομαρῆς
Τόμο 1.
Annal. *μὲν δὲ τὸ γόμερ, οἱ νῦν γαλλοὶ καλεῖσθαι λέγουσιν.* Nec tacet Iapheti
liberos (quem Iapetum Berosus & eruditiores dicunt)
in Asia vsque ad Tanaim fluuium, in Europa vsque
ad Gades & vltimum Oceanum progressos imperita-
sse. De Gallis omninò idè bellissimè Flavius Iose- Ioseph. li.
1. Antiq.
cap. 7.
phus narrat, & de illustri Gomero: Quid non faceret
vir fortis & clemens, & prorsus dignus, qui vel Gal-
lis nomen inderet, vel acciperet, non Cisalpinis tan-
tùm, sed etiam Transalpinis & Italicis? Huc spectat
quod Berosus tradit, anno Saturni eius, qui Iouem
Belum progeniuit, decimo, Comerum Gallum in re-
gno, cui postea Italiæ nomen fuit, sedisse: & eam re-
gionem postea à suo nomine appellasse, ac docuisse
leges & iustitiam. Planè nota est cuilibet G & C lite-
rarum mutua functio, maximè ex populis Gallicis,

quos Iulius Cęsar Petrocorios nuncupavit, Plinius autę Petrogoros. vt vulgus hodie. Sic à gerendis fructibus Ceres, tanquam gerēs, casūq; prima litera itidę mutata, à veteribus vocitata est, quemadmodum à Gręcis. nam ab illis quoque *δημήτριος*, quasi *γνημήτριος* traditur nominata, ne mirum sit Comerum pro Gomerō vocatum; Gallum verò à candore corporis, maiore animi; idque sermone Syrio, à quo *λόγος* pòst Gręcus defluxit, vt liquebit. quia *γάλα* lac significet: & còstat Gallos cęlo còsentiente cęteris gętibus candidiores esse. Est praterea qui sentiat Gallum primò Ianum ipsum cognominatum extitisse: quòd in undationi se suamque familiam eripuerit nauigio: & quòd Sagę, Scythię populi, apud quos saluus euasit, ratem Gallerim dicat. Et nunc quoque hoc verbo utimur, & M. Cato perspicuę assentitur; nempe venisse Ianum cum Gallis progenitoribus Vmbrorum, ratęq; cum colonis per Tyberim vectum, ac Ianiculū opidulum in ripa Tyberina posuisse: in cuius rei memoriam nota prima aris signati fuit, ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis. Mons ille, in quo Ianiculum fuerat, cum Auentino vrbi additus fuit, & mœnibus circumdatus ab Anco Martio rege. hodie Montorius, quasi aureus, appellatur: editissimus vtique.

Hinc septem dominos videre montes,

Et totam licet aestimare Romam,

Lib. 1. vt de illo Martialis ait, de hortis suis loquens, qui
Epiogr.
Longo Ianiculi iugo recumbunt.

Ad hunc Romana plebs effusa profugisse legitur, dū arce capitolij concludi prorsus non posset, cum Galli Senones urbem ceperunt. Patet igitur Gallorū nomē ab ipso met Iano defluxisse, ipsumq; in Italiā appulisse, quę ab eodē Oenotria dicta sit propter vini inuentionē, *ὄνη τὸ οἴνον*: idq; Berosus fatetur. quippē cū Ianus Hebręis quoq; vitiferū significet. Addit Fabius Pictor, aureum seculum eo imperante viguisse: vinū & far potius ad religionem & sacrificia quàm ad victum demonstrasse: cuius erga Deum pietatē & sanctimoniam nepos eius Comerus Gallus nauiter sectatus est, & in creditos sibi Italię populos, ac mox Gallię finitimę sanctissimę traduxit. de qua libuit M. Tullij verba subnectere. Nec verò, inquit, de virtute, constantia grauitate prouincię Gallię taceri potest: est enim ille flos Italię, illud firmamentum imperij populi Romani, illud ornamentum dignitatis. Tantis autem est consensus municipiorum, coloniarumque prouincię Gallię, vt omnes ad autoritatē huius ordinis, maiestatemque pop. Romani defendendam conspirasse videantur. qua verba tum ad Galliam Togaram, tum ad Brachatam siue Narbonensem, quā idem Tullius alibi mirificę laudat, & pop. Romani propugnaculum appellat, fortissimis fidelissimisque sociis subnixum, referri haud dubiē possunt. Quocirca non est facile diiudicare, vtrum Comerus Gallis potitus, felix magis dicendus sit, an ditiones ipsę tam clari principis imperio gubernatę, & ex agresti & austero viuēdi ritu legibus & iustitia fultę & per-

7. Liu.
lib. 5.

De qua
Genes. 9.

Ex phi-
lip. 3.

In Orat.
pro M.
Fonteno.

politæ.nam ante illum audacissimus quisque dubiè
 possessionis campos, sylvas etiam occuparat. Sed
 quid nõ possit flectere oratio ratione adiuta, & vox
 cœlestis disciplinæ nectare delibuta: qualem à Iape-
 to patre stillatam auribus cordèque ipse hauserat.
 Non ab re veteres commenti sunt Comerum, quem
 Prometheum vocarunt, surripuisse ignem de cœlo
 ex communi Vulcani Mineræque officina, & homi-
 nibus seruandum ostendisse: quoniam, vt Plato
 explicat, solus ex animantibus homo diuinæ fortis
 & sapientiæ particeps effectus est: & propter hanc co-
 gnationem principiò Deum esse putauit, aras & so-
 lemnia illi dicauit, vrbes extruxit, & per omnia se
 ostendit animal politicum latis legibus: vt non solũ
 se à ferarum, sed etiam ab hominum iniuria tueretur.
 Idem autor, in Cõuiuio Amoris, Saturno vel Iape-
 to antiquiorem Amorem esse notat, prolixam
 antiquitatem sic innuens, semperq; asserit iuuenem
 eum manere, tametsi Phædro secus videretur. Sanè
 Hesiodus in Theogonia, Prometheum Iapeti filium
 apertè fatetur, Iouem iratum memorans ob ignem
 in ferula ab ætherea domo subtractum. Ibidem ἄγ-
 γαίης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, id est, bonus Iapeti filius nominatur Pro-
 metheus. & paulò antè, Iapetus cœlo terræque pro-
 generatus, id est, Iano & Tythea parentibus. hæc enĩ
 tum Tellus, tum Vesta id est, ignis putabatur, quòd
 docuisset puellas ritus sacrorum & ignem sempiter-
 num conseruare. Ceterum admissus ille ignis cœle-
 stis raptus à Comero seu Prometheo, non minus
 bono

*In prota-
gora.*

*Berosi lib.
3. Antiq.*

bono quàm prudenti, Christi ipsius prosperum ac
 suminum beneficium portèdisse mihi quodammo-
 dò videtur: qui cœlitus verissimæ sapientiæ flam-
 mas in mundum tulit, & cœcas erroris tenebras pro-
 cul depulit ac exterminauit. Ignè, inquit, veni mit-
 tere in terram: & quid volo nisi vt accèdatur? *Quin-*
 etiam Deus ipse ignis consumens dicitur, & linguis
 igneis spiritum suum Apostolis instillauit.

*Ioan. 12.
Dentur.
4.
Act. 2.*

Qua ætate Tuyscò gigas Sarmatas legibus forma-
 uit iuxta flumen Rhenum, & Iubal apud Celtibe-
 ros, id ipsum egisse Samothen apud Celtas, quem e-
 tiam Ditem nuncuparunt, Berosus author est: & nul-
 lum hominum eo sapientiore extitisse, ac propte-
 rea Samothen dictum. Proinde subditorum bene-
 uolentia magis quàm suis viribus imperauit. Adeò
 enim charus speciosa virtute Gallis fuit, vt de eo
 Iulius Cæsar in hunc modum loquatur: Galli se
 omnes ab Dite patre prognatos prædicant, idque ab
 Druidibus proditum dicunt. Ob eam causam spa-
 tia omnis temporis non numero dierum, sed no-
 ctiũ finiunt. hoc ipsum Nomades in Libya serua-
 se accepimus. Porrò Samothen Comeri Galli fra-
 trem fuisse mauult, quàm filium, Annius Berosi di-
 ligentissimus interpres: quam rem ego in medio
 relinquo: vt qui famè rerum standum arbitror, vbi
 vetustas certam derogat fidem. Si me inquirentem
 aliqua via perduceret ad id quod verum est, non
 voluntas deesset, non exploratio. Illud autem dis-
 plicet quod idem Annius asserit, à Samothe Druides

*Lib. 5. De
regib. Ba-
bylonio-
rum.*

*Lib. 6. De
bello Gal-
lico.*

*Strab. Ser.
42.*

Gallorum priscos sacerdotes & Philosophos, Samotheos appellari cœpisse. Teste vtitur Diogene Laërtio, qui quidem de origine Philosophiæ loquens, ad Barbaros à plerisque relatum scribit. Celtis seu Gallis Druidas, & qui Semnothei appellabantur, eius rei fuisse autores ait, idque Aristotelem tradere. sic namque syncera lectio habet, perinde ac dicas, Gallis in tantum arrisisse Philosophos, vt quidam eorum Semnothei, id est, seueri & venerabiles dii vocarentur. nam & in prisca lege scriptum extat, Ego dixi, dii estis: vt Christus patefacit, Deus, & Dei filius. Meminit vtique idem Laërtius *σεμνῶν θεῶν*, id est, venerandarum & castarum dearum, quibus phanum Epimenides construxerit, idque Athenis, ad quas Spartanos pro asylo quandoque confugisse in Areopagum, cum temerè in urbem Atticam irrupissent, refert Pausanias in Achaicis. Caterùm Persarum Magi, teste Suida, τῶν φιλόσοφῶν appellabatur: vt Gallorum Druidæ, Ægyptiorum Prophetæ. Magi verò nomē ad Magog, qui fuit Comeri frater Iapheti similiter filius, nonnulli referunt: alij ad Magum Samothe genitum, quem anno Nini quinquagesimo primo Celtis præfuisse plausibili dominatu accepimus: & ibidem illis plurima oppida posita, non tam Beroso recitanti credimus, quàm vestigio rei: vt potè cum complures ciuitates, eaque insignes, ac situ, frequentia, agroque præclarissimæ, Magi principis nomen redoleant, & sine dubio retineant, maximè apud Ptolemæum in Gallia Lugdunensi: vt

Lib. 1. in
princ.

Ioan. 10.

Lib. 1. in
Epimeni-
de.

Genes. 10.

Lib. 2.
Geograph

sunt Rotomagus, mercimoniis & senatu nobilis: Iuliomagus, à gemino principe nominata: *κλινομαγος* & *Νεομαγος* non procul à Belgicis existens: vt verisimilimum sit in Lugdunensi potissimum Gallia Magum sedes regiamque suam habuisse. Nec omninò à vero alienum, Persarum Philosophis nomen dedisse inclyta vbique gentium suæ virtutis fama: maximè cum antiqui reges vniuersum mundum pro vnica ciuitate ducerent, & quocunq; gentium vel armis, vel consilio, vel vtrisque inuicti peragraret: vt Liber Pater, Osiris, Hercules, multum illis dissimiles, qui voluptate & socordia pleni, more testudinū vix caput de fornice exeruerunt. Quòd si hoc verum est, Magiæ siue secretioris sapietiæ nomen Mago Gallorum regi debetur: inuentio autem proauis huius germano, id est, Chamo, omnium consensu tribuitur: cuius caput diris deuouit derisus Noa pater, ingrati liquoris ardore sopitus, in suum autorem lasciuiantis. Addunt nonnulli Chamum patri madido virilia ostentanti sterilitatem induxisse malefico carmine. namque illud constat Chamum Magiæ improbè opificem, & Zoroastrem vocatum: quem Dinon ex interpretatione nominis, astrorum tradit fuisse cultorem. Adiicit Gregorius Turonicus, Gallicus autor, Zoroastris fortitum appellatorem, quasi viuientis stelle: qui que demum igne cœlesti absumptus interciderit apud Persas, à quibus ignem pro magno numine adorari Socrates scripsit, vbi de Isdigerde rege mentionem facit: cui Magi fal-

Beros. lib.

3.

Laër. lib.

1. proem.

lib. 1. de

hist. Fræc.

Lib. 7. hi.

eccles.

cap. 8.

sò persuaserant Deum ignem irasci, frendere, quia
 sacerdotes Christianorum tantoperè diligeret: sed
 fucum detectū, cum in specu, de quo ignis loqui pu-
 tabatur, tandem homo deprehēsus esset, à Magis ni-
 mirum iussus per dolum vaticinium impium emit-
 tere, vnde Magorum decimus quisque mactatus fuit.
 Suidas refert Perseum nomen Perfidi dedisse, Medu-
 fæ victorem, & sacra quædam nefaria docuisse: quo
 tempore globus igneus cœlo delapsus est, vnde cul-
 tus ignis regioni & Magis. Hermippus, qui de tota
 arte eorum fufissimè scripsit, centum milia versuum
 à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum
 eius positis explanavit: & quod vix recipi potest, A-
 zonacem præceptorem habuisse v. milibus annorū
 ante Troianum bellum. Nam verius est eum à Deo
 vel Dæmone domi, nondum adulto humano gene-
 re, imbutum nec vulgari nec passim contemnenda
 disciplina: propter quam Pythagoras, Democritus,
 Plato, exilia magis quàm peregrinationes suscepe-
 runt, & perspectam in arcanis habuerunt: Ægyptum
 ac Persidem propter eam multis periculis & sumpti-
 bus petierunt, vt discendi auiditatem explerent, ne
 dicam rabiem. adeò Magorum præcepta nobiles
 quoque Philosophos oblectarunt: vt simile vero sit,
 non per omnia vanitatem continere. Siquidem Pla-
 to, quem semideum instar Herculis & Romuli La-
 beo Iurisconsultus non est veritus appellare, vt est
 apud D. Augustinum, Persarum regem à tenera æta-
 te Magicam doceri à summæ eruditionis institutore

In verbo
Medusa.

Clemens
D. Petri
discipulus
lib. 4. Re-
cognit.

In Alei-
biade 1.

refert. ἡ δὲ τῆς τοῦ θεοῦ θεογονία, id est, Magiam
 Deorum cultum censerī, eamque non aliunde quàm
 à Zoroastre haustam, quem cœlitum antistitem A-
 pileius dixit: nec vlli inter Persas concessum Magū
 esse haud magis quàm regnare: ac Persica lingua Ma-
 gum propriè sapere sacerdotem. An non etiam illud
 pietatis & sanctimonie refertum est, quod Theopō-
 pus octavo Philippicorum libro iuxta Magorum
 sententiam scriptum reliquit, reuicturos aliquando
 homines, immortalēsq; futuros? Ex quo manasse ar-
 bitror, vt Democritus homines suscitatum iri à mor-
 te statuerit, nimum falsè, nedum scelestè à Plinio eo
 nomine derisus, quia nondum ipse reuixerit. Sed qui
 hoc ipsum fide sibi non persuasit, discet experimen-
 to, quando Christus iudicatum orbem terrarum ve-
 nerit maiestate incredibili decorus: qui se à Magis
 infans adorari, muneribusque donari mysticis pas-
 sus est, omnium regum locupletissimus, iam tum bi-
 mulus. Nam Epiphanius perspicuè ostendit, non ad
 præsepe, vbi Maria pepererat, sed in domum venisse
 Magos, magno gaudio perfusos, natum iam duos an-
 nos puerum adorantes, & vt quidam suspicatur, tri-
 partitam Philosophiam triplici dono significantes.
 Vnde liquet Porphyrium sacrilego ausu aduersus
 Euangelium insurrexisse, stupentem quomodo D.
 Matthæus scripserit Magorum aduentum, Herode
 regnante, eodem die quo cœlestis puer natus est in
 Bethlehem, cum D. Lucas tradiderit circumcisum
 octavo die: & quæ Simeō Annæque fatidicè de puel-

In Apo-
logia 1.

Lib. 7.
cap. 35.

Lib. 2. to.
1. contra
heres. cā.
Legimus.
dist. 37.



lo ad templum oblato cecinerunt. & rursus, Mattheo asserere, illico post Magorum adorationem angelus Iosephum in somnis admonuerit, ut cum vxore & infante in Ægyptum sedulo profugeret. Nec vidit maledicus ille Porphyrius, Mattheum prius dixisse Christi natiuitatem, mox post biennium transfuisset ad Magos videlicet munificos. obtulerunt enim ipsi

Aurum, thus, myrrham, regiq;, Deoq;, hominiq;,

ut Iuuenius ait. Nemo vero bonus est, qui libenter ferat se improborum donis ornari. Atqui hostres Magos, pios, doctos, prudentes, & syderum conscios & oraculi Prophetici certissimos interpretes, aperte *cap. 2.* D. Mattheus ostendit. Quinetiam reges eos fuisse constans fama, vulgiq;, communis consensio asseuerat: licet quidam obstinate refragetur, qui parum animaduertunt regum dignitatem Euangelio. excomposito. pratermissam, ad leniendam inuidiam eorum, qui Christum mundi dominum, in seruilem formam sponte demissum, regio apparatu delectatum plus quam sapientia & cultu Magorum gratulantium, nequissime forsitan calumniarentur. Adiuere autem Magi Christum, utpote regum regem: & Hierosolymis sciscitati, vbinam esset ille natus rex Iudæorum, eo magis eidem munera obtulere, qualia crebro acceperant. Reges enim Persas nemo adit sine munere: adeo ut Sinætas rusticus inops obuiam factus Artaxerxi, cui cognomen Mnemon, metu legis aquam vtraque vola è Cyro flumine protinus haustam obtulerit, iucundissimus tenui officio, donoque phiala aurea ex-

*Xelianus
lib. varia
hist. 1. cap
31. & 32.*

cepto. Illud autem cuprimis laudo & miror in Magis, quod auro patrio penè contempto, purius aliunde quaesuerunt, iuxta id quod rex alius & vates presenserat in Psalmis: Reges Tharsis, inquit, & insula *psal. 71.* munera offerent, & dabitur ei de auro Arabiae. Nec dubium est quin Persidi plures reges simul imperitarint aliquando, ora tota distributa in tribus XII. & totidem principes apud Xenophotem. Nec taceo *Xenophō
in Cym
li. 1. Plin.
lib. 6. cap.
17. & 25.* non vnum regnum Persico dominatu contineri, saltem Parthicum, quod inter duo maria, Persicum & Hircanum, Caucasii iugis attollitur: praterquam quod Parthorum singulae prouinciæ numero XXII. regni titulo censebantur. Inde contigit tres reges eruditissimos ad Christum festinasse. quod qui inficiatur, nesciunt utique olim reges praestantissimos auguriis & praedictionibus claruisse: se suosque liberos Magicis erudiri curasse. Quid Asiae rex Priamus *Lib. 1. de
Diumat.* (ut cum Cicerone loquar) nonne & Helenum & Casandram filiam diuinantes habebat? Quid Polybum Corinthium? nonne Homerus & aliis multa, & filio ad Troiam proficiscenti mortem praedixisse commemorat? Apud veteres qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. Ut enim sapere, sic diuinare regale ducebant: ut testis, inquit, est nostra ciuitas, in qua & reges augures, & postea priuati eodem sacerdotio praediti, Rempub. religionum autoritate rexerunt. Subiungit mox, Druidas apud Gallos idem praestitisse, maxime Diuitiacum Heduum, cuius nomen & genus regum passim extollit Caesar in Commentariis.

Ecquis præterea nescit etiamnum reges Persarum ac Medorum imperium à sacerdotio non segregare: unde & Sophus nomen retinet à lanceo velamento capitis, non pretio, sed opinione sanctitatis miro. Nam & flamen Dialis Ioui facer à Numa rege sic institutus fuit, vt lanæ filo caput præingeret, & inde appellaretur flamen. Sanè Hierosolymæ sacerdotes rerum gubernacula tenuerunt, donec Põpeius Magnus illam obsedit, ac denique vastauit, & sancta tēpli adyta polluit: & Aristobulum, Eusebio teste, qui à maioribus regnum acceperat, vincētum cum liberis Romam misit: & summum sacerdotium in Hircanū eius fratrem transcripsit, & Iudæos tributarios fecit. Capto deinde à Parthis Hircano, Herodi alienigenæ moderandi præbiti sunt à Senatu, assensu Augusti Cæsaris, manifesto indicio Christi aduentantis, cum sceptrum de Iuda exiisset. Non silebitur Melchisedec rex Salem, sacerdos Dei altissimi, qui sic explicāte Apostolo, ex interpretatione dicitur rex iustitiæ & pacis, ignoti patris & matris ignotæ, nec initium dierum nec finem habens: sed persimilis filio Dei, in perpetuum sacerdos manet. Suidæ placet eum genere Chananæum: ideo celatā fuisse originem detestādam, cum iustitia & castitate perenni claruerit: Christo in hoc similis, quod non tantum Iudæorum sacerdos fuit, sed etiam gentium, & rex inuictissimus. Frustrā igitur conatus est sanguinarius ille Herodes pueros bimulos omnes & teneriores neci dedere, vt Christum regem designatum vnà comprehenderet: ita

*Ernestell.
la lib. de
sacerdotiis.*

*Hist. Eccl.
lib. 1. cap.
6.*

Hebr. 7.

*in verbo
Melchisedec.*

ita vt ne filio quidem suo ignouerit, cui cæterorum regum voto imperij successio parari solet. ex quo Augustus dixisse fertur, malle se Herodis porcū esse quam filium. Sed erat hoc piaculum supplicio, non dicitur multandum, potissimum plena vlulatu acploratu fœmineo regione. nam necatorum puerorū matres non desinebant tum populum, tum Hircanū adhuc vtcunque regnantem precibus crebris obsecrare, vt Herodes nefarij sceleris causam redderet, & poenam acciperet. Verum lenissima tempora, & pacis tranquillitate plena, impunitati eius consuluerūt. Decuit enim illucente Christi saluberrimo aduentu pacem vbique terrarum & delicias simul nasci, & orbem ipsum in vnus Imperatoris ditionem venire. quod rursus tantum contigit, cum Constantinus Magnus religione Christiana Romanam Rempub. nobilitauit, & firmavit. Nā si quæ nationes imperij immunes extitere, Augusti tamen sensere imperium & magnitudinem, eiusque felicitatem stupentes laudauerunt, vsque ad Seres & Indos, qui cum gemmis & margaritis elephantes ipsos trahabant, de longinquitate itineris tantum questi, non de impendio. Parthi etiam, tanquam poeniteret victoriæ, signa Crasso rapta vltro retulere. Proinde septingentesimo tandem ab vrbe condita anno ausus est Augustus Iani gemini edem claudere, bis solummodo ante se obseratā, sub Numa rege, & victa primū Carthagine. Ob quæ merita, & nascentis Christi numine opitulante, Dictator perpetuus, & patriæ pater habitus. Tractatum

*Macrob.
lib. 2.
cap. 4.*

*Joseph. lib.
4. Anti-
quit. cap.
17.*

quoque in Senatu, an quia condidisset imperium, alter Romulus vocaretur. Planè sacerdotij dignitatem à regia idem minimè separavit, ut liquet ex inscriptione trophæi in Alpibus positi in hunc modum: IMPERATORI CÆSARI DIVI FIL. AVG. PONTIFICI MAXIMO IMP. XIII. TRIBVNTIÆ POTESTATIS S. P. Q. R. quòd eius ductu auspiciisque gentes Alpinae omnes, quæ à mari supero ad inferum pertinebant, sub imperium pop. Rom. sunt redactæ. adeò nascente Christo cœlestem quendam mundum mortales viderunt: cuiusmodi senserant antiquiores Mago rege sapietia claro Gallis imperante: quo morte sublato, & in cœlũ non pro aduena, sed pro ciue excepto, Saron filius rerum potitus est, & patrios fines longè ac latè prola-
tauit, atque Lugdunensem Galliam transiit, acriter bello vtens, sed moderatiùs victoria: & hosce Gallos, antea imbelles, suas vires agnoscere docuit, quoad more ignis flumine Garumna ardor ille martius sifteretur: ad cuius ripam aliquando confedisse ingentis animi regem Saronem, Gallia aliàs indigenã, accepimus, & parta pace, literarium ludum scholasticumque totius regni, & orbis fortè, primas (vt ex Beroso paulò antè ostendimus) posuisse, bonis aubus, & felicitati, sempiterno fœdere consecratis. Fuit itaque
SARON REX ACADEMIÆ GALLICANÆ
IN EVROPA OMNIVM CVLTISS. ERV-
DITISSIMVS FVNDATOR. Quam non ali-
cubi equidem idcò instituit, vt tyrannidi exercendæ

Florus
lib. 4.
cap. 12.

Plin. lib. 3
cap. 20.

idoneos viros educaret: non magis quàm Socrates Philosophiæ mores humanos informantis sanctissimus autor, & morum candore conspicuus, dum Critiam & Alcibiadem de schola sua emisit, quorum ille avaritia Atheniensium Rempub. inquinavit, hic autem ambitione, vterque violentia: sed Critias, vt est apud Xenophontem, acerbior: vt potè qui postea legibus condendis præfectus, Triginta virum vnus, in præceptoris Socratis inuidiam edixerit, ne ars docendi traderetur. & haud scio an meritò: ne quis instrueretur Critiæ ad similes: sicut ego nuper dixi, cū viderem ex nostra Academia profuissè, qui bellum cruentum in Gallia penè sopitum instaurassent, & pro iustitia erga populum, assentationem erga optimum principem vsurparent. Profectò renouavi illud Apollonij Magi, postquam audiisset Agrippinam à Nerone filio interfectam: Iure, inquit, matrem interfecit, quæ tale portentum peperit Reipubl. Sed nec hæc Academia, nec aliud corpus sodalium tam sincerè collectum inuenitur, quod non aliquem insolentem hominem enutriet: cū constet ex doctissimi Pherecydis corpore, qui in Græcia animos hominum immortales primùm asseruit, magnã vim serpentum erupisse, vt alibi à me traditur.

Nunc occurrit describendus rex pius Saron, doctrinae venerandus miraculo, re noua, & quæ rudes homines atronitos mirè alliceret. Nondum, si verum amamus, Tolosæ nomen extiterat, aut Lutetiæ, aut Bitorigum, sed viuebatur vicatim dispersis ad annum

Lib. I. Me-
morabili-
um.

Philosr.
lib. 5. cap.

amœniora fluenta hominibus: nec tam vrbs aliqua, quàm vrbis locus extabat: breui tamen cœtus acco-
 lentium incrementum non vulgare accepit, positus
 mira sedulitate ædificiis & laribus, cùm regi omnes
 gentes finitima, vel virtutis admiratione, vel metu,
 floccerent genu: & longissimæ posteritati commen-
 dandum artium meliorum cultura faterentur. quas
 qui auidius amplexi sunt, à Sarone nominari cœpere
 Saronides, Theologi ac Philosophi. Hi cùm plebi
 multa fatidicè prædicerent, magno in honore Gallis
 fuerunt, vt Diodorus Siculus de ipsis scripsit. Quum
 inquit, de magnis rebus consulunt Galathæ, & sacra
 faciunt, Saronides adhibent, & velut Deo propin-
 quioribus diuinas preces faciendas committūt. Eo-
 rumdem cōsilio pace & bello fruuntur. ne quis pu-
 ret ignauam quandam & simulatam Philosophiam
 Saronis fuisse, aut legum ciuiliū expertē, sine qui-
 bus nec domi nec militiæ quicquam honestum tu-
 tūmve geri diu potest. Nam ipse Saron, sicuti ego ac-
 cepi, non legibus ferendis addictus, sed componen-
 dis & commendandis, fuit: vt qui leges, quas auus e-
 ius Samothæ, ac postea Magus pater, tulerat, vnum
 in volumen redegerit: seruari etiam acri commina-
 tione iusserit. Cuius rei multa non deessent testimo-
 nia, si modò Druidæ, qui postea secuti sunt, passi
 fuissent eas leges in vsū posteritatis scripture com-
 mitti. Hi enim, vt Iulii Cæsar testatur, serias discipli-
 nas literis mandari nefas putabant: idque duabus, in-
 quit, de causis instituisse videntur: quòd neque in

*Lib. 6. de
antiquo-
rū gestis.*

*Lib. 6. de
bello Gal-
lic.*

vulgum disciplinam efferri velint, neque eos qui di-
 scunt, literis confisos, minus memoriæ studere. quod
 ferè video plerisque accidere, vt præsidio literarum
 freti, diligentiam in perdiscendo, memoriæque re-
 mittant. Nec est quòd aliquis peruicax deroget iis
 quæ diximus tum ex veterum monumentis, tum ex
 Cæsare, qui Galliæ tandiu interfuit: cùm propè eadē
 Reipublicæ Romanæ in primordiis acciderint. Nā
 & Sextus Papyrius, qui fuit Tarquinij Superbi etate
 vnus ex principibus viris, grauisimūque Iuriscon-
 sultus, leges aliquot curiatis à Romulo promulga-
 tas, & cæterorum regum placita ac constitutiones si-
 mul conscripsit: vnde ius ciuile Papyrianum appel-
 latum est. non quia suū aliquid adiecisset, sed quia
 ordine certo composuisset, vt eleganter Pomponius
 noster commemorat. Subiunxit paulò post, quippiā
 Romanis contigisse, quod non admodum à Gallo-
 rum consilio abhorret. Nam vt hi in Saronidum &
 Druidarum potestate leges esse voluerūt, nec passim
 vulgari terique permisissent: sic & illi apud collegiū
 Pontificum leges, legisque actiones, quæ circa fori
 solemnia versarentur, esse decreuerunt, tam scientia
 quàm interpretatione: nec nisi certas & solemnes,
 imò anxie graues edī palàm passi sunt, ne populus, vt
 ille ait, prout vellet, institueret. Populo enim legem
 terrori & miraculo penè esse vtilissimum est: cùm
 omnis lex sit inuentum & donum Dei, decretum vi-
 rorum sapientum, correctio delictorum, ac ciuitatis
 trāquilla compositio, vt ex Demosthene didicimus.

*In l. 2. ff.
de orig.
iur.*

*Vide lib.
2. de legi-
ff.*

Ab aliis verò ipsa lex, sine qua diu nulla Respublica spirare potest, mens & anima ciuitatis dicitur. Quocirca nomen menti proximum habet, teste Platone: *νόμος* enim mentem, *νόμος* autem legem significat. Idcirco fateri cogimur eius Philosophiæ, quæ ad mores formandos spectat, & Ethice nominatur, leges præcipuam partem locumque obtinere: sicut ipsa Ethice tripartitæ Philosophiæ columen est, si eorum sequamur rationem, qui Philosophiam agro frugifero compararunt. cuius arbores Physicem referunt, fructus Ethicem, sepem autem & maceriam circumiectam Logicem videri. Nam & si Physice naturæ abdita & abstrusa rimetur, inuestiget, discutiat, tamen inanis & infructuosa est contemplatio, occultarum rerum indagatrix, nisi mores hominum vel virtutis amore, vel supplicij metu, ad bonum expetendum prouocentur, ad malum fugiendum propensiores efficiantur: vt cælum ipsum non tam acie mentis & coniectionibus quandoque fallacibus cognoscant, quàm in rem præsentem veniant, & perenni honestaque voluptate post mortem cum cœlitibus perfruantur. Vnde reprehensus ab Aristotele fuit Alcidas, qui Philosophiam vallum & fossam legum appellauit: non tam, vt reor, propter frigidam translationem, quàm quòd è diuerso, leges esse vallum & fossam triplicis Philosophiæ dicere debuerat. Nam in flagitia lubricum iter est, nisi bonus felix gratia, malos infelix poena comitetur, quòd vtroslibet intra cancellos rationis contineat: cum legis virtus sit,

Dialog.
12. de legib.

*Philo-
da. in lib.
de agri-
cultura.*

*Lib. 3. Rb.
ad Theo-
dect. cap.
3.*

imperare, vetare, permittere, punire. quæ omnia bona cum à lege, tanquam à radice, cumulatissimè pullulent, florentem efficiunt Rempublicam, & ciues beatos humi in officio cœlesti degentes: perinde ac si videas mortales Deos, iuxta Saronidum disciplinam. Nam & Heraclitus Deos ipsos è diuerso immortalium hominum nomine censebat: deinde cælum & stellæ, elementaque, lege ab æterno præscripta gubernantur. alioquin, si fortuito procederent,

Ac tantum mundi reget prudentia sensum.

Non esset statio terris, non ambitus astris,

vt scribit M. Manilius, hæc fortè à Saronidibus depremens: qui à quibusdã Saronides sapientissimè appellantur: sicuti Parisios Plinius, & hoc longè recentior Annonius, Gallicus scriptor, Parrhisios semper dicit.

Postquàm nationes tum finitimæ, tum procul distitæ, legitimæ Philosophiæ dulcedinem & fructum gustare cœperunt, dici non potest, quàm breui circa Garumnam coaluerint, & excreuerint. Apum multitudinem & prudentiam imitari prorsus videbantur Galli: à rex aculeo, id est, nocendi facultate carens, & maiestate ac sapientia tantum armatus, cõcordi populi suffragio, admirationem sibi, securitatemque aliis pareret. Inde opinor Orphei Thraciæ vatis duxisse fabulam initium, cantibus & cithara syluas & feras ad se trahentis, ac si vtrisque aures argutas adiceret, quòd leges primùm tulerit, harmoniam vitæ inducens, & hominum societati ex dissimilibus fidibus compactæ ius semper æquabile, dif-

*L. legis. ff.
de legib.*

*Lucianus
in vitæ
auktione.*

*Lib. 3. de
Francorū
orig. cap.
16. & li.
4. cap. 16.*

crepantes hominum animos, & in diffidia nimium proclives demulcens ac leniens:

Dicitur ob hoc lenire tigres, rapidosque leones,

in Arte poet.

vt inquit Horatius. Addit ibidem Amphionem Thebanum vulgò creditum saxa mouere testudine, & prece blanda: quia leges primùm hominibus dederat, ne vago concubitu polluerentur, sed in eadem mœnia coacti, cœlestis se originis esse cognoscerent, potiùs quàm ferarum more in vnam coniecti caueam, inuicem discerperentur. Lepidè prorsus homines antea agrestes & immanes lapidibus & saxis suauitate legum emollitis conferuntur: non tam

Ouid. lib. 1. Metamorph.

quia fabulosè lapideum genus fuerint, iactato Deucalionis & Pyrrhæ post orbitatem illam diluuiò inductam præduro semine, cuius labes vix omnibus vndis cœlo proximis potuit aboleri, sed etiam quia antiquitus lapis Græcè *λάος* appellabatur: vnde & *λάος* populus, si fides adhibetur Cæsari Germanico, Arati Phænomena interpretanti. Alludit M. Tullius, de sapientiæ & eloquentiæ prisca & arcta coniunctione loquēs. Nam fuit, inquit, quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagarentur, & sibi victu ferino vitam propagabant: nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos: non ius equabile quid utilitatis haberet, ac-

In cap. de Aquario lib. 1. de inuant. rhetor.

ceperat: ita propter errorem atque incitiam cæca & temeraria

temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis satellitibus. Quo tempore quidam magnus videlicet vir & sapiens cognouit, quæ materia esset, & quanta ad maximas res opportunitas animis inesset hominum, si quis eam posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere: ac deinde vrbibus constitutis fidem colere, & iustitiam retinere, & aliis parère, cœptum est. Id, vt semel ego dicam, contendit Tullius, sine vi neminem ad ius voluisse descendere, nisi eloquentia & oratione suauis commotus fuisset: Inde natam Rhetoricen, & initium orandi conditoribus vrbium & legumlatoribus debere. Quintilianus tamen refragatur, nec videt cur eiusmodi Rhetorices origo putetur, cum, inquit, sint adhuc quædam vagæ, & sine vrbibus, ac sine legibus gentes, & tamen qui sunt in his nati, & legationibus fungantur, & accusent aliqua, ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant. Sed vereor, ne Quintilianum fefellerit, quòd non animaduertit, antiquitatem congregatos homines, & vnà in ædificiis multis vtcunque globatos, etiam sine mœnium præsidio vrbis nomine donasse. Vnde Homerus Cretã *ἐκατόπολιν*, id est, centum vrbibus instructam dixit. Nam hæc insula latitudine quinquaginta milia passuum nusquam excedens, longitudine vix *CCCLXX*. M. tot insignes vrbes complecti nequiuisset. sed vici pro vrbibus habitati sunt: & legum ac iuris incolas cultores auidiùs quàm agrorum similiter habuerunt: quemadmodum

Lib. 3. cap. 2. in situ.

Ilid. 2.

in deferta regione, in qua Arymphæi degunt, vbi pro domibus nemora, alimenta baccæ, & maribus & fœminis nuda sunt capita. Sacri itaque habitifunt propter iuftiffimos mores: adè vt nemo de tam feris gentibus, quibus sunt contermini, Budinis, Gelonis, & Turcis, eos violet, fed vt ad eos confugiffè magis pro afylo fit. & vulgò fcitur Spartam urbem Lycurgi legibus & domestico robore munitam, ideò vifam fortiorem, quia mœnibus careret. Præterea Cornelius Tacitus nullas fua ætate vrbes à Germanis habitatas prodidit. Colunt, inquit, discreti ac diuerfi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem connexis & cohærentibus ædificiis: fuam quifque domum fpatio circumdat, fivè aduerfus cafus ignis remedium, fivè in fcitia ædificandi. Nihil diffimile de Gallis Senonibus, qui in Italiam tranficcerunt, iuxta mare Adriaticum incolentes, Polybius fcribit. Villas, inquit, habitabant nullis feptas mœnibus: apparatus omnis expertes, in frato gramine dormiebant: bellicas folum modò res atque agriculturam exercebant, & fimplicem vitam viuentes, neque fcientiis neque aliis artibus operam dabant: amicitia pluribus modis ftudebant, auro & pecudibus diuitias metientes. Nam de latiffima Gallorum ditione nemo priùs, nemo ardentius, fcietiam rerum & ingenuas difciplinâ Sarone rege venerari incœpit. Quocirca factum deinde eft, vt fingularis tituli excellentia, Tolofa fola urbium Celtici imperij docta & palladia ab autoribus doctiffimis appel-

p. Mela
lib. 1. cap.
21.

in lib. de
morib.
German.

lib. hift.
2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 14
lari fucuerit: quorum eft Apollinaris Sidonius in Panegyrico in Auitum Auguftum:

Post hinc germano regis, hinc rege retento,

Palladium implicitis manibus petiere Tolofam.

Accedit Sidonio longè antiquior Martialis, ad Atticum de Marco Antonio Tolofano fcribens, ciue tû erudito, tum illuftri, & natalium fplendore claro.

Marcus amat nostras Antonius, Attice, musas,

Charta falutatrix, fi modò vera refert:

Marcus palladiæ non inficianda Tolofæ

Gloria, quem genuit pacis amica quies.

Fuit autem Antoniorum nomè & genus celeberrimum, & civili ac militari fcientia & gloria excellens, non in Gallia modò, fed & in Italia. Nam cum Vafconum lectiffimæ cohortes Galbam imperatorè adiutum irent, quarum quidem Tacitus meminit, accepi ego Saluium Antonium Tolofatem earum fuiſſe ducem & fidum, & vigilem. Nam Galba magnam neceſſitudinem, magnasque clientelas cum Vafconibus & Tolofanis condixerat, dum Aquitaniæ provinciæ præſſet anno ferè toto: Antonianam domû honorificè ſemper exceperat, & quouis officio demeruerat. Cùmque Galba imperij ſeptimo menſe, fraude Othonis occiſus fuiſſet in foro Romano, & poſtea Otho malè quaſitum infidiis imperium turpiùs amiſſet, & mortem ſibi conſciuiſſet, in hoc ſaltem virum ſe præbens, nonageſimo quinto imperij die, Vitellius Germanicis legionibus gratior imperio potitus, æquè periit imperij menſe xviii. &

d ij

Carminæ
7.

lib. 9. E.
pigr.

Lib. 20.
Annalium.

Sueton. in
Galba,
cap. 6.

die vno: posteaquàm augurio ei Viennę factò, quando iura reddentis humero capitiq̄ue astitit gallinæus, coniectum esset venturum ipsum in alicuius Galli hominis potestatem. siquidem ab Antonio, primo aduersarũ partium duce, oppressus est: cui Toloſę nato, vt ait Suetonius, cognomen in pueritia Beco fuerat. Id valet, inquit, gallinæci rostrum. Et ita tres imperatores vix peracto biennio, Thebanę cladis instar, citissimè interciderunt: nec iusta humati sepultura, sed indecorè & publicè derisi & diuexati. Nec literę tantum & libri Antoniorum nobilitatem testantur, sed & saxa ipsa & lapides, vtcunq̄ue annorũ violentiæ renitentes. quippè cùm pro æde Diui Saturnini Toloſę, quã in schõlas legũ & Garumnã ianua prospectat, innuatur Gothicis versiculis, & imagine regis ius pro tribunali reddentis, Antoniũ Toloſæ regnasse, dum Saturninus morti acerbissimæ addictus est:

Quem negatorem Iouis ac Mineruæ,

Et crucis Christi bona confitentem,

Iniit ad tauri latus iniugati

Plebs furibunda,

lib 9. E. vt Apollinaris scriptum reliquit, ac indicauit Toloſę palladio cognomento illustratæ, Palladis numè magna in veneratione fuisse: quanquam cæteri Galli eidem, pro cecitate temporis synceram religionẽ nondum intelligentis, multum semper tribuerint, & se planè ostenderint meliorum artium studiosos, si non Polybij seculo, saltẽ Cęsaribus: qui grauis & lo-

cuples testis tradit, Gallos Deum maximè Mercuriũ coluisse, eiuſq̄ue plurima habuisse simulachra: hunc omnium inuentorem artium, viarum ducem, mercaturæ præsidem dixisse; Mineruam operum atque artificiorum Deam, Ioui cœlestium imperium non denegates, sicuti nec Apollini morborum depulsiõnem, & Marti bellorum exitus. Cæterum extat Toloſę ædes, quę Aurata dicitur, olim Palladi consecrata, idè quòd veteribus persuasum esset, Pallade nascẽte Rhodi magnam vim auri pluuisse: cuius Claudia-
nus poëta meminit: *lib. 6. de bello Gal.*

Auratos Rhodiis imbres nascente Minerua

Indulsiſſe Iouem perhibent.

Eò spectat hoc lepidum commentum cœlestis auri, quale nec in virginis Danaës gremium pluuisse aiunt, vt pateat ex doctrina, & præsertim ex legum scientia, opes animo, nedum corpori copiose parari, & omne genus felicitatis iustitiam comitans. Et haud scio, an vastitas rerum, quæ meo seculo contingit, ex neglectis legum scitis manauerit: adeò vt mutuo ciuium cruore culpam tam grauem oportuerit aboleri. Sed hæc ad tempus prætermitto: quoniam vt lippì splendoris lucẽ offenduntur, sic maligni veris cohortationibus. Reuertor itaque ad Palladẽ, beatos cultores sui efficientem, quod liquidò probauit Pindarus, felicitatem Corinthi extollens, & honesti Deam Themidem pro numine præsentissimo: quam auream vocat, & prosperè consulentem. In hac, inquit, versatur Eunomia, id est, bona legum constitu-
In vane- gyr. 3. Stilianis.
in Olymp. ode. 13.

tio, & forores fundamentum vrbium, firma iustitia, & assimilis ei pax, diuitiarum largitrices. *ἡρώσει παιδες εὐβέλας Θέμιτος.* Quare cum primum illuxit & in ualuit splendor Christiane pietatis, Tolosani proceres rectorio inaurato speciosum fanum, antea Palladi dedicatum, Mariæ virgini consultissimè transcripserunt: tum quia Pallas virgo ex Iouis parentis cerebro nata fingatur, tum quia consilio & opibus abundè fortunet mortales, & Maria virginitatem naturæ obstupendam retinuit, & in Dei Opt. Max. mente ante solem & tempora versabatur, & auream nobis aetatem prorsus reduxit, ac partu mirifico miseris agròsque prosperauit. Est autem ædes Aurata satis opaca, & sancto quodam honore venerabilis: quia Mineruæ, Marti, Herculi, diis feriis, solitum erat templa Doricè construi, & sine deliciis, propter virtutè: Veneri, Floræ, & fontium Nymphis, Corinthio genere graciliora & florida, foliis & volutis ornatiore, si Vitruuio credimus. At quamuis profani ritus exterminarentur inolita pietate vera, templa impensè extracta interim seruari iuebantur melioribus digna sacris, vel Arcadij & Honorij Augg. sanctiõne. Non præteribo ædem Palladium veteri superstitione pollutam, priùs lustratione solèni expiatam fuisse, quàm Mariæ sanctissimæ deuoueretur: non secus ac Romæ obseruatum est, cum Pantheum, mole, arte, impensaque admirabile templum, ad eiusdem Virginis gloriam traduceretur per Bonifacium IIII. Pontificem Rom. Phoca Orientis impe-

Lib. de
Archite.
I. cap. 2.

videl. 3.
C. de pa-
ganis.

paul. Dia-
conus lib.
18. &
Platina
in Bonifa-
cio.

rium gubernante. Certè Pantheum à M. Agrippa, Cæsaris Augusti amico & affine extractum fuit, Marti & Veneri dicatum, tanquam populi Rom. auctoribus: tamen nomen *ἡρώσει πάντων θεῶν* aperte omnes deos respiciat, cuius rei Dion rationem affert: non tam quia eo multorum deorum imagines extarent, quàm quòd fastigiatum conuexa & rotunda forma, cœli similitudinem ostenderet. hinc à circulari operis ingētis facie, S. Maria rotunda nominatur: in medutullo sphericum foramen habens, ex quo lumen toti templo sine alia fenestra affatim datur. Sola tamè antiquitate ea ædes Tolosanæ inauratæ cedit, multò ante imperatorum ditionem extractæ. Strabo de hac ipsa scribens, Erat, inquit, Tolosæ magnæ sanctitatis templum, quod finitimi eximia ueneratione colebāt. quare offerentibus certatim, pretiosis muneribus abūdabat, *καὶ μνηστὸς προσάπλεστον ἱερῆντος.* Sed quāuis indicet de his neminem contingere aliquid ausum, vindictæ diuinæ metu: tamen tantæ celebritatis sacrarium ad ædem D. Saturnini referri nequit, cuius structura apparet recentior, & Gothico artificio magis accedit: nec vnquam Palladi dedicata legitur, quæ Græcis *ἡρώσει* vocatur, quasi *ἀθάνατος παρθένος*, vt Fulgentio placet. quia immortalis virgo est, sapientia nunquam euanescente nec moriēte: quippè cum ingenio aternum uiuatur, cateris mortu ex naturæ decreto adiudicatis. Proinde cum eruditissimi & cultissimi Græcorum Athenienses fuerint, & oratoribus facundissimis, legislatoribus, præ-

Rom. hist.
lib. 53.

Lib. 4. Geo-
graph.

lib. 1. My-
tholog. et
Clemens
D. Petri
discipulus
lib. 10.

fertim Dracone & Solone, prudentissimis floruerint, tanquam honorum ingeniorum præcipuum decus vnius vrbis ambitu cælum conclusisset: factum est, vt Minerua huic suū nomen communicasse credatur, & in eius agro prima oleam seuisse, superato Neptuno, qui de tanti operis laude contendebat, vt fabulatur Hyginus, asserens Athenarum opidum primum in terris constructum haberi. quod vix est vt credi queat. Nam Cain primam omnium ciuitatem

Lib. 1. cap. 164.

Genes. 4. condidit nomine filij sui Henoch: adeo vrbium constructio impium autorem habet, fraterna nec iniquatum, nec Romulo ipso meliorem. Quod si verum est quod Iustinianus ait, ciuilia iura tunc esse cœpisse, cum & ciuitates conditi, & magistratus creati, & leges scribi incœperunt, legum profectò incunabula immenso annorum numero cōstabunt. Sed fortè non à ciuitatibus solummodò conditis ille ciuilia iura repetiit, nisi & simul magistratus creati, & leges scriptæ fuerint. quod equidem verissimilius est, cum Iustinianus ibidem Ius ciuile recentius Iure gentium fateatur, quod cum ipso genere humano natura rerum prodidit. Atqui Iure gentium regna condita, & ædificia posita, cum diuisione dominiorum, quæ Iure naturali fuerant communia & promiscua, Hermogenianus Iurisconsultus docet. Natura enim & homines amicos esse volebat, & amicorum omnia communia. Sed necessitate exigente, cum procliuēs sint homines ad dissentendum, & communitio discordiæ materia parata sit, diuidi res cœpere,

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 17

cœpere, & occupantibus permitti. Postmodum vt suum cuique seruarietur incolume, leges conditi expediuit paulò post ciuitates cōditas, quæ primū opida dicta sunt, quod opis cōmunis causa mœnia sint constituta, vt noster Pomponius inquit: vel etiam, quod licet homines neque hominum procacitate & audacia læderentur, neque ferarum impetus timerēt, nec præsidio salutis seruandæ, aut iniuriæ propulsandæ gratia egerent, tamen instinctu quodam naturæ societate gaudent, cuius vinculum maximum est lex & iustitia: qua remota, quiuis cœtus multitudinis & congregatio humana protinus dirimetur. Nec puto Caini primèquam illam ciuitatem, quam aucto valde genere humano, iam senior extruxit, sine lege aliqua diu stare potuisse. Sed de vera legum origine, nisi quod cœlestis omninò est, non stat certus temporū illorum scriptor, cui credatur: & quælibet gens obscurat, & deflectit rerum memoriam, dum fictis titulis tam pretiosæ rei inuentum ad se trahere conatur. Flavius Iosephus Mosem Hebræorum legislatorem prædicat antiquissimum, cui comparati Lycurgus Spartiata, Solon Atticus, & Zaleucus Locrensis, nouelli & recentes sint: quando, vt ipse affirmat, nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscat, nec Homerus vsquam legis nomen vsurpauerit: quia non legibus, sed regum decretis populus tunc regeretur, & moribus magis quàm scripto. Cæterum quàm sibi nimium placuerit, & genti suæ ultra modum blāditus sit Iosephus, ex copatet, quod Minos,

*l. Pupillo
ff. de verb.
signif. 1.
de opidū
scribit v-
nico p. ni-
si in pœtri-
cis.*

*§. Singu-
lorum. de
rer. diuis.*

*L. 5. ff. de
iustitia.*

*lib. 2. cō-
tra Ap-
pionem.*

qui Troiana præcessit tempora, Cretenſium rex, legibus ciues ſuos informauit, & Iouis magni *ὁ αὐτοῦ*, id
odysſ. 19. eſt, ſermone familiari conuerſans, ab Homero appellatur. Sic enim in Minoë, vel de lege, Plato interpretatur: reprehēditque eorum opinionem, qui comestrandi, non leges diſcendi cauſa, nouem annis Minoëm cum Ioue collocutum exiſtimauerint: quibus quidem latis Cretenſem Rempublicam felicem reddiderit, & Lacedæmona, ex quo his legibus, utpotè diuinis, uti cœpit. Minos itaque ſeiſum æterna memoria dignum effecit, mortuorum animas iudicare creditus, aureum ſceptrum tenens. Alibi Homerus
odysſ. 9. leges ad mitigandam hominum feritatem, refrænantâſque cupiditates, expeti demonſtrat, proteruos & ſacrilegos Cyclopes deſcribens:

Τοῖσιν δ' ἔτ' ἀργεῖα βυλῆ φέροι, ἕλε θύμους.

Neque enim diram eorum naturam concinnius explanare potuit, quàm adimens conciones conſilium ferentes, & ſcita legum publica. hoc enim *θύμους* ſibi volunt, pleniùs quàm *νόμος*. Quinetiam Heſiodus vel Homero antiquior, ut vult Philochorus, vel certè equalis, regem iuſtum deſcribens, *ἀγαμέμνονα θύμους ἰδύσιν δόμοισι*, id eſt, diſcernentem iura ſeu leges rectis iudiciis. Accedit priſcæ & magnæ autoritatis Aratus, Aſtræam virginem illam cœlitùs demiffam aurea ætate tradens. *Δημοσιτας* inquit, *ἠδ' ἰδὲν θύμους*, id eſt, ciuiles demonſtrabat leges. nempe in mundi exordio. Præterea abroganda eſſet fides Beroſo Chaldæo, qui Samothen, Saronis auum, Celtis leges præſtituiſſe

*In Theog.
De illo
Gel. lib. 3.
cap. II.*

*In phæ-
nom.*

*Lib. 5. de
regib. Ba-
bylon.*

Nini tertij Babyloniorum regis ætate, antè paulò quàm Ianus ex Africa in Hiſpaniam traiceret, perſpicuè demonſtrauit. Saron verò ipſe maiorum ſuorum veſtigiiis hærens, edocuit ſublimes diſciplinæ, & iura dedit, citiùs quàm Moſes quadragentis plus minus, annis legem agreſti & duræ ceruicis populo in incultis agris & vaſtis ſolitudinibus promulgaret. Nam eſſi decem illa præcepta Decalogi culmen ſummum Philoſophiæ contingant, & nihil non cœleſte ſapiant, tamen duobus cuncta perſtringuntur: nec quicquam leges & Prophetæ amplius volunt, quàm ut tota mente Deum diligamus, & proximum ſicut nos ipſos, uti maximo legumlatori Chriſto perplacuit. Num verò arbitramur fuiſſe gentem aliquam tam efferam, ſæuam, indomitam, quæ religionem & Dei cultum contempſerit? aut quæ proximum neque homicidio, neque adulterio, calumnia, furto, opprobrio laceſſendum ignorauerit? præſertim ſi parētes fuerint, quos vel Ciconia auis ſenio conſectos nutrit. Si enim lex eſt ratio ſumma in natura ſita, quæ iubet ea quæ faciēda ſunt, prohibētq; contraria, ut eſt apud Ciceronē: nō à Decalogi marmore, nec à Solonis ligneis tabulis, nec à Romanorū eburnis æreſiue, fons honeſti & iuris peti debet, ſed penitus à vi naturæ & rationis explorandus eſt. Quod niſi priſcis temporibus proceres Galli animaduertiſſent, non ita compoſita eorum fuiſſet Reſpublica, neque mores legēſiue tales flouriſſent, niſi tales viros illa tuliffent tempora, Saronē ceteris prælucente, & oram

Marb. 22.

*Lib. 2. de
legib.*

totam decorante: quæ non magis Garumna flumine, quam eius virtute lota, munda, & purgata ab impietatis & ignorantia spurcissima fæce reddebatur. Nec verò alibi à me lectū est eum in tota Celtica regnasse. Sed Berofus, dum ait Saronem apud Celtas tenuisse imperium, & publica legum studia instituisse, vt apud Tuyfcones seu Germanos Inghaueonem, à quo luxata modicū voce Cornelius Tacitus Inghaueones Oceano proximos, nisi fallimur, deduxit: perinde est, ac si dixisset in quadam, celebri tamen, Celtarum regione præcæteris claruisse. Sic alibi idem Berofus apud Celtiberos Lusum, à quo Lusitaniam nuncupatam didici, apud Celtas Allobrogem dominatum refert. id est, Rhodani fluuij accolis, non vbique Celticis amnibus.

lib. de manoribus Germanorū.

rim. lib. 3 cap. 1.

Itaque tū frequentissimus omnium vicus, & literarum studiis feruentissimus, cui postea Tolosæ inditū nomen ostendemus, Garumneus tantū vocabatur: quemadmodum experimur pleraque opida fluminum, quibus alluuntur, appellationem retinuisse: vt de Narbone flumine, qui mox Atax dictus est, comperi. Is ciuitati proximę nomen communicauit, eiusque Polybius mentionem fecit, de Europa loquens: Præcipua, inquit, illius pars Septentrionem spectat intra Tanaim & Narbonem fluuium, qui non longè distat ab ora Mafsilia, & Rhodani ostiis, quæ in Sardoum defluunt mare. hanc omnem regionem Galli habitant à Narbone vsque ad Pyreneum montem, à quo Garumna defluit. Præterea Athenæus citat librū

lib. 8. Dipsosop. cap. 1.

trigesimum quartum historiarum ipsius Polybij, qui nunc non extat, in quo Ilibernis & Roscynus flumina, & ciuitates à Celtis conditæ fuerunt eiusdem nominis, & iis locis in planitiem, quæ post Pyrenem ad Narbonem fluuium iacet, defluere. Quid Borysthenes Europæ Scythiæ amoenissimus amnis, turbidis aliis liquidissimus, potūque dulcissimus, ignotis ortus fontibus, pisces magnos & suauis sine ossibus alens? Nonne gentem sui nominis abluit? Et ne opida, legum interpretatione illustria, præteream, sicuti Tolosa diu & constanter fuit, Ticinum Insabrium similis vocabuli præterfluentem amnem habet, qui Padū ingreditur, à quo Padua Venetum vrbs, inclytæque Academia, mutuatur nomen: vt quondam Garumneus ille vicus ab ipso Garumna, qui interim multorum fluminum capax, ipsi aquas cū nominibus auferbat, dextra læuaque crebris pabulis & nemoribus, hominum etiam cœtibus iam tum lætissimus. Sed quid cunctor, cū Iulius Cæsar Ascos & Garunos populos ex eorum numero recenseat, qui obides P. Crasso miserunt, quia victum Aquitanie equitatum & Catabricum audissent: adeo pertinaces fuisse Galli ad Garumnæ dulcem nuncupationem diutissimè retinendam. Sed eam victoriam idem obgisse non tacet Narbonensium atque Tolosatū subsidio Cæsari bene cupientium aduersus confines suos. Fertur Saron nocte concubia diu cum genio loci colloqui & consulere auditus: tandem mirū in modū recreatus, quod præfago animo didicisset ibi fun-

p. Mela lib. 2. cap. 1.

lib. 3. de bello Gall.

damenta vr̄bis & Academia pulcherrimæ iactum
iri, nec alibi molitionem tanti operis tutam adeo,
fortunatamque fore: vt longè post expertus est Cō-
stantinus Maximus vr̄bem sui nominis fundaturus
ex oraculo, quam in Sardica primū extruere tenta-
uit. Ea est Thraciæ præfectura iuxta vtramque Mysiā
& Æmum montem ab occasu: Deinde in Sigæo
Troadis promontorio, vtroque similiter territus:
Denique in Chalcedone, opere inchoato, aquilæ de-
uolarunt, & fabrorum funiculos prope Byzantium
superato freto demiserunt. Quod cum non temerè
nec semel, sed diuinitus & sepè factum Imperator
sensisset, numini paruit, & vr̄bem conditam Mariæ
virgini consecrauit, & vr̄bis natalem diem v. Idus
Maias celebrauit. Hinc Valentinianus, Theodosius
& Arcadius Augusti, natalitios dies Romanæ vr̄bis &
Constantinopolis feriatos, nefastos, & iuris dicundi
immunes esse sanxerunt: vt propter eas iura differan-
tur, in quibus nata sunt. Ad eosdem Augustos scri-
bens Symmachus præfectus vr̄bis, in quadam episto-
la, vel veriùs obsecratione, quam legatione fungens,
pro excitanda Victoriæ ara emisit: Varios custodes
vr̄bibus, inquit, mens diuina distribuit: vt animæ na-
scentibus, ita populis fatales genij, diuiduntur. Nam
licet ritus deorum abolitos in crescente Christi reli-
gione in pristinum statum parum cōsultè instaurare
contenderet, nihil tamen certius est, quàm singulis
hominibus præstitos genios aut angelos attributos,
qui iugiter in cœlo pro ipsis apud Deum patrocine-

Zonaras
tomo 3.
Annal.

L. 7. c. de
feriis.

Matth.
18.

tur. Nec abhorret à verisimili, nationibus & vr̄bibus
numina quædam propitia, & stellas adiutrices assi-
gnatas esse. Idcirco L. Tarutius Firmanus, Chaldaicis
rationibus imprimis cruditus, vr̄bis Romæ natalem
diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam à Ro-
mulo conditam accepimus: Romamque, cum esset
luna in iugo, natam dicebat, eius fata præcinerens. O-
vim maximam erroris, inquit quidam apud M. Tul-
lium, etiã ne vr̄bis natalis dies ad vim stellarum &
lunæ pertinebat? Fac in puero referre ex qua affectio-
ne cœli primū spiritū duxerit, nū hoc in latere aut
in cæmento, ex quibus vr̄bs effecta est, potuit valere?
Sed non vidit hic reprehensor quod Iabolenus iuris
prudētissimus enodauit, separatam esse rationem
materiæ & corporum, ex quibus ædificium compa-
ctum sit, & ipsius vniuersi ædificij. Nam tigna, lapi-
des & cæmenta, mobilia penitus sunt, & triennio
vsucapiuntur: consummatum verò ædificium, quia
immobile sit, non nisi longa possessione capietur.
Proinde cum genij tutelares singuli ciuitates tuerē-
tur, si qui locum ea tuitione soluere, & religione li-
berare volebant, hostili animo sacra & diuos euo-
cabāt, Vlpiano teste. Verrius Flaccus autores ponit,
quibus credat in oppugnationibus vr̄bium ante
omnia solitum à Romanis sacerdotibus euocari
Deum, in cuius tutela id opidum esset, promittique
illi eundem aut ampliorem locum apud Roma-
nos, cultumve sanctiorē. Durauit, vt Plinius tradit,
in Pontificum disciplina id sacrum, constatque i-

Lib. 2. de
diuinat.

L. Eum
qui ff. de
vsucap.

L. sacra.
ff. de rer.
diuis.

Lib. 28.
cap. 21.

deò occultatum, in cuius Dei tutela Roma effct, ne qui hostium simili modo agerent.

Dial. 4.
de legi-
bus.

MVLTVS, iustissimisque de causis, ciuitatis situs Saroni placuit, tum ob Garumnam amnē nauigabili commercio idoneum, tum ob cælum non inclemens, & solum satis ferax, & cultorum votis ac laboribus nec contumax, nec ingratum: & ita distans mare, vt nimis vicinum videri nequeat. Postquam sapientissimis, quos Plato secutus est, viris electa est illa ciuitas, quæ nec nimis portuosa, nec mari nimis proxima sit: (nam cum mercibus & pecuniis cauponando ciuitas eiusmodi repleatur, dolosos animos & instabiles mores pariat necesse est, & ab amicitia alienos: quòd si à mari longius aberit, plurimis rebus ad victum cultumque necessariis egebit, quæ à remotissimis regionibus nauigio commodissimè transfuehuntur & importantur.) Itaque cum maritima minimè sit, & plus octoginta stadiis ab Oceano distet Tolosa, habet propinquum flumē veluti nuncium desiderij sui, & celerrimum executorem. Multum ornamenti adiicit regioni Garumnæ & complurium aliorum amnium parens mois Pyrene, qui Hispaniam & Galliam determinat promontoriis in diuersa duo maria proiectis: id est, in mediterraneum & occiduum: abundatque marmore, lignis, materia, syluis, metallis, fonticulis. De hoc monte Silius Italicus sic narrat, de Hannibale ex Hispania in Galliam traiecturo loquens.

Lib. 3. de
bell. Pu-
nico.

At Pyrenæi frondosa cacumina montis

Turbata

Turbata Pænis terrarum pace petebat.

Pyrene celsa nimboſi verticis arce

Diuisos Celtis altè prospectat Iberos,

Atque aterna tenet magnis diuortia terris.

Nomen Bebrycia duxere à virginè colles,

Hospitis Alcidiæ crimen.

Pergit deinde, vt explicet, fabulosè arbitror, Pyrenen puellam regis Bebrycis filiam, ab Hercule aduersus Hispanum Geryonem profecto vitiatam penatibus excessisse, quæ Herculem polliciti immemorem dum planctu nimio identidem increpat, & implorat, à feris dilaniata sit: sed tam pertinacis amoris misertus Hercules, laceratos artus colligens, inferiis non sine mœrore ritè factis, puellæ nomen sempiternum monti reliquit. fabulæ huius non fuit ignarus Plinius, & Saturnum virginis parentem fuisse magis innuit. Quæ de Hercule, inquit, ac Pyrene vel Saturno traduntur, fabulosa imprimis arbitror. Cæterùm nos & montium, & fluminum, & vrbium nomina à meris fabulis repetita, copiosè posthac ostendemus. Rhodopen Thraciæ montem, Orphei cantu, & Lycurgi pantheris à Libero patre obiecti fato nobilem, omnes scimus à regia muliere appellationem sortitum: & tertiam mundi partem Europam, à raptu puellæ, Syrorum regis filie, & ementito boue Iouem celante. Nec nouum est: Herculem gratam vim puellis regiis intulisse, & à parentibus continuo alienasse. Nam & Augem Alei regis filiam amore illexit, & ita potitus est, vt Aleus puerperium

Lib. 3.
cap. 1

pausan. in Arcadici. filiæ nesciens, sicut Hecathæus refert, puerum cū matre arca inclusum, maris fluctibus commiserit: sed delata æstu arca ad Theuthrantem regem ditioe polentem peruenit, qui forma puellæ captus, eam sibi despondit, & meliore quàm Hercules Pyrenem cōditione illustrē fecit, nisi forte bis viuere videri possit monti æditissimo nubium limitem spernenti, & penè diuorum consilia exaudienti, nomen inclytum indidisse: quod alij malunt ab ictu fulminum deducere, quale contigit Cerauniis montibus Epiri: eò quòd πῦρ ignis sit, & πῆρῆ, rogius. Inde itū est in Diodori Siculi opinionem à nonnullis. Is scriptum reliquit, Pyreneos montes tribus stadiorum milibus protensos, syluis densissimis abundasse: quæ igne à pastoribus iniecto latè combustæ fuerint: & ab eo incendio tum nomen Pyreneum primò datum, tum argenti puri riuulos passim fluxisse: quod incolis incognitum Phœnices mercatores vili comparatum, in Græciam atque Asiam & reliquas oras deferentes, magnas eo commercio opes contraxerunt: quinetiā Phœnices ipsi ditati eo argento, in Libya, Sardinia, Sicilia, propinquiorebúsque insulis, colonias plures destinarunt. Apud alios item Celtas, inquit Athenæus, montes, qui Rypheï olim dicebantur; postea Obij, nunc verò Alpes in Gallia, cū sylua sua sponte aliquando incensa esset, argenti riuus per terram defluerunt. Planè Phœnices cautè negotiatos facilitate & nouitate aliarum gentium plurimum quæstum fecisse antiquitus, testis est Aristoteles. Illi enim dū

lib. 6. antiquit.

*lib. 6. Dimp-
soph. cap.
4.*

*lib. de
mirabil.
auscul.*

Tartessum in Hispaniam nauigassent, nihili mercibus permutatis, tantum argenti sibi quæsierunt, vt coacti sint, ne naues obruerentur, anchoras ex argento conflare. Iam explorandum venit, quanam ratio impulerit Phœnices tantum itineris mari terraq; emetiri, vtque in Galliam & Hispaniam, montemque Pyreneum, vtriusque regni confinio clarissimum, appellerent, & copia rerum magis quàm inopia domestica libentissimè aliò commearent: atque vt literas & artes, quas inuenissent, vbique gentium disseminarent, docerent, vel expolirent. Quinque etenim eximia generi humano mihi Syriphœnices præstitisse videntur, quantum ex Plinio consequi possumus: *lib. 5. cap. 12. & 19.* nempe literas, syderum cognitionem, nauigandi industriam, necnon militiæ disciplinam, & frequentem urbium extruccionem. Quis enim nescit Tyrum peperisse partu fœcundo Leptim, liberum Africæ opidum? Vticam Catonis nece claram, & illam imperij Rom. æmulam, & terrarum orbis auidam Carthaginem, vt Gades iuxta Hispaniam à cōtinenti angusto spatio freti abscissam, nec tantum Tyriis conditoribus nobilem, sed & opibus, & Herculis Libyci *Mela lib. 3. cap. 6.* templo ac tumulo, & vicino fonte, qui aliàs cum Oceano minuitur augeturque, aliàs cōtrario æstu mari augete decrescit? Tyro contermina Sidon est, vitri artifex, & Thebarum Bœotiarum parens, Cadmo scilicet auspice: prope quam Christus filiā Græcæ mulieris à dæmone vexatam eripuit, à Phœnicibus Syris oriundæ: vbi iam ei decretum esset manū

Mari 7.

lib. 3. benignitatis suæ gentilibus etiam porrigere, præfer-
tim in finibus Sidonis & Tyri. de quibus Lucanus:

Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sidon,

Has ad bella rates, non flexo limite ponti,

Certior haud ullis duxit Cynosura carinis.

Phœnices primi, fama si creditur, ausi

Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos

Nouerat, & saxis tantum volucresque, feraq;

Sculptæque seruabant magicas animalia linguas.

Alludit ad hieroglyphicās Ægyptiorum no-
tas, quæ conceptus hominum, nondum inuentis li-
teris, expressere. Cæterum Iosephus tradit Sethum,
lib. Antiquit. 1. cap. 3. Adami filium, virtuti plurimam operam nauasse, &
syderum cognitionem ac scientiam meliorum rerū
liberis nepotibusque suis communicasse: quas ne æ-
tas labefce aliqua subtraheret hominum notitię &
memoriæ, ipsi scientes Adamum orbis vniuersi inte-
ritum geminum prædixisse, vnum diluuiio, alterum
incendio, totidem columnis eximia inuenta incide-
runt: vt si lateritiam vnam diluuiio deleri continge-
ret, altera lapidea superesset. Et Iamblichus dogma-
ta occultę doctrinę se sumpsisse fatetur à columnis
In lib. de mysteriis. Mercurij, eâsque columnas Assyriorum & Ægyptio-
rum disciplinis plenas: quas quidem Phœnices, cum
in Galliam nauigassent, & Pyrenem montem fama &
miraculis naturę clarum visissent, non parum orna-
tus contulere iis præceptionibus, quas Saron legiti-
mę scientię propagandę studiosissimus à Samothie

Dite auo suo acceperat. Didici ego tum primūm
Phœnices societatem cœli & maris perspexisse: &
duos polos discreuisse, id est, extremos vertices, cir-
ca quos sphaera cœlestis vertitur: quorum vnus au-
stralis est, & terræ obiectu nunquam à nobis cerni-
tur, alter septentrionalis nunquam occidit.

Hic Iouis altrices Helice Cynosuraque fulgent.

Dat granis Helice cursus maioribus astris,

Phœnicas Cynosura regit.

& mox idem Germanicus Cæsar.

Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor:

Quippè breuis totam fido se cardine vertit,

Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.

Cæterum alij, quorum est Iulius Hyginus, malunt
hanc stellam, siue signum pluribus stellis distinctū,
à Thalete sapiente deprehensum, & Arcti siue Vrsæ
minoris nomine donatum: & quia natione Phœnix
esset, ideò Phœnices gratiùs & diligentius obserua-
se, cui suo inuentori industrio scilicet gratificantes,
& eius originem ad Cadmum referentes, licet Mile-
ti postea ciuitatem meruerit. Quo tempore Damafus
Athenis princeps erat, natus ille traditur: liberè edu-
catus, primus Sapientis nomen obtinuit: quod sex re-
liquis deinde Græcia communicauit. A Reipublicæ
administratione ad contemplandam rerum naturam
conuersus est: idem inanimis rebus animas adesse af-
seruit, coniectura ducta à Magnete lapide & Succino
ferrum & stipulam rapientibus.

Ex iis quæ paulò superiùs attuli, manus libenter

In Arati
Phænomena inter-
pres.
Sidon est
vrbis Phœ-
nicum.
Lib. 2. de
signis cœ-
lestibus.

Zært. lib.
1. in Tha-
lete.

porrigo eorum sententia, qui dixerunt literas Græcas plurimis annis in Gallia vitatas celebrésque fuisse, priusquam Tyrus in Syria conderetur ab Agenore, vt Q. Curtio visum est: vel priusquam Cadmus Agenoris regis filius Europam fororem à Ioue raptâ quæsitum vadens, eas intulisset ex Phœnicia: præsertim quia Iulius Cæsar refert Druidum disciplinam mandari literis non solitam, sed (sicuti de Lacedæmonum legibus Iustinianus Augustus refert) sine scripto memoriæ hominum depositam, ne in vulgû efferrî contingeret: aut ne ij, qui discerent, literis confisi minus memoriæ studerent: & (quod plerique faciunt) præsidio literarum diligentiam in perdiscendo remitterent: cum, inquit, in reliquis ferè rebus publicis priuatísque rationibus Græcis literis vtantur. Ephorus quoque apud Strabonem, Gallos vocauit *φιλέλληνας*, id est, amatores rei Græcæ. quod elogium haudquaquam racti essent, si solis Græcis characteribus, non etiam verbis vsos crederemus, sequentes non indoctorum opinionem, qui ingenij fiducia, vel nouitatis studio duces esse maluere periculose sententia, quàm affectu veritatis consultissimè: ita vt nõ viderint vsitatas Græcas voces quondam à Celtis, apud quos Aristoteles esse prodidit venenû, quod ipsi patrio ritu *ξερύδον*, id est, exterum nuncuparent, sagittis inficiendis in venatu idoneum: sed illicò ictas ceruorum carnes corrumpēs, nisi pro pharmaco accurratur eo folio, quod iidem Celtæ *κορύνιον*, à coruo, cui proficit, dixerunt. At semidocti non penitus ex-

Anno mundi 3917. vt Euseb. in Chronicis §. Ex non scripto. de iurenat.

Cæsar lib. 6. de bell. Gal.

lib. 4. bis

In mirabilib.

pèderunt originem ac potestatem literarum, quamuis eos eæ ipsæ admoneant. Nam apud Hebræos Aleph admonet puerum vt discat: & apud Græcos Alphin, quærere dici contingit, autore Epiphano, seu inuenire. tantum abest vt nudo sono sine significato Græco Galli prisci contenti fuerint. An non etiam Centaurij herbæ speciem, quam terræ fel Latini vocauerunt propter eius miram amaritiam, Galli, vt adnotauit Plinius, Exacon ab educendis è corpore malis medicamentis vocare maluerunt? Adhæc idem a libi notat Gallos terræ ruffæ genus dixisse peculiari idiomate Capnum argon, nêpè à fumi colore, & vinculo fertilis humi iniecto. Sed & Strabo de Mafsiliensibus eodem libro copiose locutus, quos à Phocensibus oriundos nemo nescit, Græcas disciplinas adeò calluisse ipsos memorat, vt tunc nobiles Romanos adolentes edoceret. Reliquos eodem modo Gallos ait, *φιλέλληνας γαλάτες*, àπτε καὶ τῆ συμβόλαια ἐλλήνων ἢ γαλάτων. .i. adeò Græcismi amantes fuisse Gallos, vt contractus quoque Græcè scriberent: vel (vt interpretuertit) Græca oratione. Planè ridiculum esset dicere hodie quemquam Latinè scire, eo tantum quòd Latinas notas vsurparet, vt promiscuè omnes Galli faciunt. Nec est cur Græcum idioma Gallie tāto perè aliqui inuideant, cum olim omnium Gætium penè commune fuerit præter suum cuiusque. Idcirco Iustinianus Aug. ait se constitutionem de rebus factis non temerè alienandis Græcè potius quàm Latinè promulgasse: quò videlicet pluribus nationibus

In lib. de mensuris. §. 1. inuenio.

lib. 25. cap. 6. & lib. 17. cap. 7.

§. Alienationis. de non alien. reb. eccles. col. 1.

In Orat.
pro Ar-
chia.

innōtesceret ex communis familiarisque linguæ intelligentia. Si quis, inquit Cicero, minorem gloriæ fructū putat ex Græcis versibus percipi quàm ex Latinis, vehementer errat: propterea quòd Græca leguntur in omnib' ferè gētibus, Latina suis finib' exiguis sanè cōtinentur. Quare si res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus, quòd minus manuum nostrarum tela peruenerint, eodem gloriam famamque penetrare. Itaque Arcadius & Honorius Augusti sanxerunt, Iudices tam Latina quàm Græca lingua sententias proferre posse. quia altera in foro frequentaretur, alteram sciri publicè interesset: eaque, memoria nostra conuentiones scribi, lites expediri, causas agi, terminarique in Gallia vidimus, quoad is mos Francisci primi regis edicto abrogaretur, vt Gallica magis ac magis inualesceret, & floreret: vt quidem accidit. Nam vltra forensia negotia, Aquitani & reliquæ gentes Gallo nomini addictæ, pactiones rationesque suas Celticè notant. Sic puto priscos Gallos vltra domesticam dialectū Græca locutos. Domestica verò qualis fuerit, difficulter licet colligere, cum tempus hoc sibi potissimū vèdicet imperii, vtrerū vocabula, quæ in honore fuerunt, immutare queat. Hastas vtiq; viriles Galli quondam Gesa vocarunt: nam etiam viros fortes Gesos dixere, vt Seruius Virgilii interpres adnotauit. Taceo brachas, petorita, Francosque, notissimæ significationis, & sexcenta alia à Latinis purioribus minime fastidita: præsertim diserto duce prælucente D. Iulio

E. 12. C. de
sententiis.

Lib. 8.
Eneid.
vers. Bi-
niquæ gæ-
sa.

Iulio Cæsare, qui alacrem legionem prorsus ex Trāsalpinis conscriptam, Gallico vocabulo Alaudam nominauit: eamque totam, vt docet Suetonius, ciuitate donauit, à similitudine Galeritæ auis, vt puto, plicatili crista à natura ornata, galeis conisque insignem. Sed hæc negligentiùs inspecta, vt gemmulæ, fallunt sua exiguitate legentes. Quòd autem non desint Græci sermonis vsurpati vestigia, indicat nomen ipsum Gallorum à lacte deductum, & Druidū à quercu, sicut Dryadum Nympharum quercetis nemoribusque præsentium. Sed præterea Galli, qui in Asiam migrauerunt, Tectosages & reliqui, consilium trecentorum iudicum coegerunt, quod Dryemetum nominarunt à quercu & sanguine: quoniam præditi eo imperio, quod Iurisconfulti merum appellant, de rebus capitalibus & sanguinis iudicabāt, de cæteris inferiores magistratus. Obiurgat Gregor. Turonensis Francos, qui pernimum numinis aliquando tribuerint arboribus & syluis, anxia in res friuolas superstitione, & Græcæ vanitatis plena. tamen si pertinax sim in eo quod asserui, priùs multò Gallis quàm Græcis literas è Phœnicia tradidas. Libet Archilochi verba subnectere, qui penè sexta post Homerum olympiade floruit. Nomina, inquit, & linguam Græcam Cadmus Samothrax ferè barbara & ruditate multa attulit sub excidium Troianum, cum reuersus esset à fuga, ad quam Prisca vxor ipsum adegerat propter nuptias superinductæ Harmoniæ. Sūt ergo, inquit, nunc characteres ab Homero forma ele-

In 1. Cæsare
re, cap. 24

Plin. lib.

16. cap.

vt. de lauda lib.

11. cap. 37

Strabo

lib. 12.

Geogr.

Lib. 2. cap

10.

In Epito-

me de tē-

porib.

Lib. 16. ve-
rum gesta-
rum.

gantiore. nam primi barbariem quandam vetustam,
& non Phœnicam ferebant: quia nihil Phœnicum
habent, sed Galatarum & Mæonum figuras retinent.
Ammianus in super prodidit, in Alemanorum acie
contra Iulianum Cæsarem, quadringentis post D. Iu-
lium annis, interfuisse Serapionem, cuius pater Me-
dericus in Gallia obses Græca quædam arcana didi-
cerat. nimirum de Celtica intelligens. Belgica autem
non perinde erudita fuit, ut opportuniùs explanabo,
nec ita Græcis imbuta. Quid si doctior qui spiam in-
surgat, demonstraturus Diuitiacum Heduum Drui-
dam Græcæ literaturæ expertem, ideo quod Iulius
Cæsar cum eo in colloquium venerit, remotis, ut ip-
se de se libro primo testatur, cotidianis interpreti-
bus, per C. Valerium Troacillum principem Galliæ
provinciæ familiarem suum: Igitur Heduus ille Græ-
ca nesciebat: alioquin interpretibus non eguisset a-
pud Cæsarem, qui operam cum Cicerone Rhodi de-
derat Apollonio Moloni, Atticæ faciendæ magistro,
ut Plutarchus ait. Sed profecto quanuis in Diuitiaci
illius gente nonnulli Druides fuerint, attamen ipse
sacris nunquam legitur initiatus, sed functus magi-
stratu annuo, vitæ necisque potestatem habente: &
principem ciuitatis egisse, militarem causam tracta-
se, procurasse. Planè Druides, ut idem Cæsar expli-
cat, militiæ vacationem, omniumque rerum immu-
nitatem habebant, nempe propter sacerdotij hono-
rem. Quare Strabo Lampfacenus quæcunque natura
fieri docebat, deos autem desiderare: cumque mune-

rum vacatione sacerdotes fruere, eandem diis ^{Cic. lib. 4}
perperam denegari, si tamē Munus onusve dici me- ^{Acade.}
retur mundi gubernatio nutu Dei absoluta, perquã ^{quest.}
suavis. Sed age, fateamur Diuitiacum è Druidum so-
dalitio: num propterea Græci eloquij imperitus di-
cendus venit, quia interpretes adhibuit, Cæsarem al-
locutus: ipsiisque reiectis egit cum eo per Troacil-
lum Gallum? Minimè quidem. sed interpretes apud
Cæsarem fuere arbitri pacando Cæsari adhibiti, quæ
Dumnorix Diuitiaci frater perfidiosè lacefferat: id
amicissimè curantes, ut dissentientes animis concilia-
rentur, non ut obscura verba pateferent. quod com-
modissimè Troacilli Galli industria perfectum est.

Liquet in summam Gallis Græcam linguam fami-
liarem extitisse: nec est quod pudeat e Phœnicum
fontè hausisse: cum optimæ quæque artes & scientiæ
mirabiles præcipuos doctores à Phœnicia suscepe-
rint. Nam, ut Ianum eruditissimum & iustissimum
Heroem taceam, nemo nescit Pherecydem, Pytha-
goræ magistrum, qui primus Sernio Fullio Romanis
imperante, animos hominum sempiternos dixit, &
gente & cognomine Syrum fuisse. quam opinionem ^{Cic. lib. 1.}
Plato validissimè firmavit; rationemque attulit eo- ^{Tuscul.}
rum, quæ Pythagorei, Pherecydis magni veluti fru-
tices & furculi, afferuerant: ob quos cognoscendos
in Italiam venerat, ubi Timæum & Architã est col-
locutus. Quid Zeno Citicus, Stoicorum princeps &
fundator: eximius nuncquid non Syrius fuit? Sed, ut
ait Zenodotus eius auditor, Si patria est Phœnix,

quid tum? nam & Cadmus eiusdem fuit originis, cui Græcia libros acceptos refert: ἀφ' ἧσπερ ἐλάσας ἔχοντες αὐτῶν. Hic tam sanctè, tam grauitè, tam apertè de Deo locutus est, vt Diuis Ioanni & Paulo apostolis præcurrisse, imò præripuisse, videri possit. Principio vnum Deum esse statuit: sed ipsum Iouem, mentem & fatum appellari: genuisse elementa quatuor, ignem, aquam, aërem, terram: de generatione & corruptione mundi multa disputauit. Hunc secutus Possidonius, mundum esse animal ratione præditum & intelligibile contēdit: eò quòd nullum sit animal ipso præstantius, nihil verò mundo præstare. Addidit Zeno, Deum immensi operis parentem à Græcis δία appellari, quòd per ipsum sit omnia: & ζῆνα, quòd vitæ omnium sit autor. Hoc ipsum repetit Plato in Cratylo. Idem Zeno summum bonum definiuit, consentaneè cum natura viuere. Cauillatur circa hoc Lactantius, tametsi Zenonem interdum virtutè præ ceteris somniare fatetur: quia nullum animal esse putet, quòd non secundum suam naturam viuat. sed profectò id accidit Lactantio, quòd omnibus, qui reprehendendi libidine trahuntur, vt verum nõ percipiant. Si enim homo secundam naturam viuat, nec errore nec vanis opinionibus deprauatam, Deum facile cognoscet mundo velut amplissimè Republicè à seipso præfectum, & virtutem amplectetur: nulli insidiabitur, nulli faciet, quæ sibi nolit fieri: in quo potissimum ius naturale versatur, & lex Evangelica, vt ait Isidorus. Quam sententiam tanti fecit

Lact. lib.
7. in Zenone.

Lib. de
falsa sententia.
cap. 8.

Can. 1. di.
fin. 1.

Alexander Seuerus imperator, & vsque ad eò dilexit, vt & in palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet: clamaretque sapius, inquit Lampridius, quod à quibusdam siue Iudæis siue Christianis audierat, & tenebat idque per præconem, cum aliquem emendabat, dici iubebat, Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Ibidem Lactantius plura in Zenonem & M. Tullium conicit, nec virtutem summum bonum esse arguit, cum propter seipsam expetenda non veniat, sed propter Deum. Sed, vt reor, quemadmodum peritiores viri Solis radios Solem vocant, sic Philosophi virtuti tribuunt quandoque, quod Deo virtutis autori tribuendum venit: qui passim à Theologis veracibus, via, vita, sapientia, veritas, imò & ipsa charitas, nuncupatur: & ita Deus virtus metipsa censetur, & fons vberimus bonitatis. Non miror autem talem sese præbuisse Alexandrum erga sanctimoniam & æqualitatem, cum sapientum conuictu & consortio vel tyranni sapientes euadant, vt admonet Euripidis aut Sophoclis versiculus:

In vita eiusdem
Cæsaris.

1. 102. 4.

Gellii
lib. 13.
cap. 17.

Σοφὰ πόνεργοι τῆς σοφῶν ζωῆς δια.

Ecquid mali cogitare potuit aut facere is, qui Iurisconsultos à consiliis habuit Pomponium, Iulium Paulum, Alphenum, Callistratum, legum peritissimos, splendidissimi Papiniani auditores, quos familiares sociosque reuèrenter accepit Imperator,

Quem Syrum sua detulit propago,
vt quidam poëta de illo scripsit. Sed præ omnibus Iurisprudentibus honorificè dilexit Vlpianum Phœg iij

l. 4. c. de locato. nicipium, & in præfecturam prætorij euexit, ac parentis nomine dignatus est. Demum Domitius Ulpianus Iurisconsultorum disertissimus, & facillimus edicti prætorij interpres, ac verè Phœnix, scriptorù aternitate rediuiua, ob seueram administrationem sibi creditæ Reipub. à prætorianis militibus per noctem interfectus est. nisi fortè luit meritas pœnas, quòd cum decem libros de officio præconfulis scriberet, impia iura contra pietatem synceram collegit, & libris septem rescripta principum nefaria contraxit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui se Christi cultores profiterentur. Ita malè periit vir dignus meliore animo ac exitu, qui de sua patria alicubi sic loquitur: Sciendum est, inquit, esse quasdam colonias iuris Italici, vt est in Syria Phœnice, splendidissima Tyriorum colonia, vnde mihi origo est, nobilis regionibus, seculorum serie antiquissima, armipotens, & fœderis quod cum Roman. percussit, tenacissima. Huic enim Diuus Seuerus Imperator noster ob egregiam in Rempub. inque imperium Romanorum insignem fidem, Italicum ius dedit. Sed & Berytensis colonia est in eadem prouincia, Augusti beneficio gratiosa. Tyrus verò insula quondam fuit ditissima, auro, opibus, bysso, murice, gemmis abundans, & ideo in superbiâ iramque summi Dei collapsa, & ex Ezechielis vaticinio demolienda. Certè eam Magnus Alexâder expugnauit septimo mense quàm oppugnari coepta erat: cumque prius insula esset præalto mari septingentis passibus diui-

fa, operibus obsidentis continenti iuncta est, crebra fortunę varietate ad memoriam posteritatis insignis, toties defuncta & renata, literarum ornamento semper excellens, quas primùm aut docuit, aut didicit. Sed Berytus in ora Syriæ subiecta monti Libano, legum interpretatione vsque adeò floruit, vt eam legum nutricem Iustinianus Imp. appellauerit, & regiam ciuitatem legibus enarrandis præcipuè dedicatam. Felix Iulia aliquando dicta est à Iulio Cæsare, qui Iuris ciuiliis artem interdum meditatus est, & ex imensa diffusaque legum copia, optima queque & necessaria in paucissimos conferre libros, & certum in modum redigere tentauit.

MAGNUM splendorem adeptæ est Syria ex religione, quæ in Antiochia primùm ita illuxit, vt nemo Christiani nomine antè donatus fuerit, quàm in frequentissimo Antiochenis cõfessu & ecclesia probaretur, cui D. Petrus primus episcopus prius quàm Romam iussit, & ibidem annis vndecim commoratus est. mox Euodius, deinde Ignatius cognomento clarus, & dignissimus, qui Romam perductus bestiis obiectus fuit, dum religionem sanctissimam obnixè tueretur, & latus mortem oppeteret: cum non sint condignæ huius temporis per-
 fessiones ad futuram gloriam in nobis reuelandam, vt ipse Ignatius de se scripsit: nec exilio, nec carcere, nec vinculis, nec morte ipsa, emoueri potuit à sententia: adeò Antiocheni dogmatis, id est, Christiani amore inflammabatur. Antiochia fortè ab

alumnis suis tantæ sanctitatis desiderio incensis meruit ciuitas Dei nūcupari in Syria, vbi instaurata fuit ab Imp. Iustiniano post insignem terræ motus cladē qua concussa fuerat, vt Procopius tradit, & Stephanus : *Ἐξ Ἀπολλωνίης ἡ μεγίστη τῆς ἐν πόλει, ἥτις ἐξ ἀρτιοχέας μετὰ τὸν σεισμόν ὠνομάσθη ἀπὸ Ὀροντιάδης*. Orontem fluuium princeps ille moenibus vicinum esse coëgit translato alueo. Templis etiam illam illustriorem reddidit, præfertim virgini Mariæ & Michaëli Archangelo dedicatis: tamen si Strabo antea Orontem prope urbem labi meminerit, qui antè Typhon diceretur, donec Orontes illum ponte & nomine suo donasset. & hoc fuit industrij Architecti merces egregia. Vtcrius paulò est lucus Daphnes, fontanis aquis irriguus, opacus lauris & cupressis. Inde Claudianus,

Lib. 2. de
edific. Iu
stini.

Lib. Geo-
graph. 16.

Lib. 3. de
rapitu Pro-
serpine.

Tollebant geminæ capita inuiolata cupressus.

& mox:

—quales non diuise ripa

Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.

l. ff. de cu-
press. lib.
11.

Ex quo Theodosiana constitutio. vetuit eximi cædive inde vllam cupressum, graui multa feriendis, qui præciderint. Addit Strabo eo in loco situm olim fuisse asyllum Apollinis & Dianæ delubrum, quod Antiochenses finitimi festis & victimis venerarentur, & cupressos atrectare abominosum ducerent, vel aliã quãlibet arbore: quia & aliæ intersitẽ virebãt, vt est apud Sozomenũ, tam densẽ, vt minimè peruius esset lucus solis radiis. Ibi, inquit, fabulantur Daphnen Ladonis Arcadię fluuij filiam, dum Apollinem amatorem

Lib. 2. hist
celes. cap.
16. &
20.

amatorem fugeret, in arborem sui nominis mutatã: vnde amantium lasciuia frequentabatur sacrificij loco is lucus, & templum magnificè elaboratum iussu Seleuci regis, qui Antiochum filium, à quo Antiochia dicta est, substulerat, & Castalium fontem propinquum valde celebrat, aqua diuinationis scatentem. Sed omnes has nugas præstigiãque procul auferri iussit Gallus princeps, impij illius Iuliani frater piissimus, & repurgato loco religionẽ & sacra Christi inualescere iussit, translatis illuc cineribus Babylonæ martyris, qui probè moderatus Antiochenam ecclesiam, diro cruciatu cœlum petierat, & Dæmonẽ oraculorum artificem inde protinus abegerat. Quo circa indignatus Iulianus, non oblitus Adriano Cæsari, cum adhuc priuatus esset, de futuris Imperij rebus, ibi prædictum fuisse, vnam Babylonẽ studiis circiter quadringentis transferri, sed frustra, mandauit: quinimò paulò post ignis cœlestis Daphnæi Apollinis templum & preciosam imaginem absumpsit, magno Christianæ religionis incremento. Sed cum Godofridi Lotharingi pulsus heredibus, & fractis Christianorum viribus Saladinus Ægypti dominus Hierosolymam inuasisset, Antiochia occupata est, nunc Turcarum ditioni subiecta, qui Ægyptio vitam & imperium magna rerum humanarum vicissitudine abstulerunt.

Iam patefactum est, vt ad suum exordium nostra recurrat oratio, Saronem Regem meritò Syros eruditionis & industriæ singularis viros ad se euocasse,

& sapienter disciplinam eorum domi ac militię æmulatum fuisse. Nam si hoc sapienter gestum nõ est, quę tandem alia geri possint nescio. Increbuit fama tantę benignitatis, & acciti vndiquaque literati, tanquam publico exilio indicto, sedes mutarunt, vel præmiorum adhortatione, vel humana leuitate alibi semper meliora sperante. Præ reliquis viris eruditis Augures & Mathematicos in honore habuit: vnde prædicendi scientia per manus Saronidum posteritati tradita, & mirificè laudata, in Vasconia diutissimè perdurauit, sicut indicat Lampridius in vita Syri illius Cæsaris Alexandri. Facundiã fuit Græcę magis quàm Latinę, nec versu inuenustus, inquit, & ad Musicam pronus: Matheseos peritus, & ita quidem, vt ex eius iussu Mathematici publicè proposuerint Romę, ac sint professi vt docerent. Aruspicię quoque peritissimus fuit: ὀροσκόπος magnus, vt & Vascones, & Hispanorum & Pannoniorum augures vicerit. Nam & Saronides Philosophi, & sacerdotes legis periti auguria valde calluerunt, non minus quàm Q. Mutius Scauola augur, C. Lælij gener, & Q. Scauola Pontifex maximus, Publij filius, qui ius ciuile primus constituit, & generatim in libros decem & octo redegit: qui Seruium Sulpitium se consulētem de iure seuerè obiurgauit, quòd cū is in causis principem post M. Tullium locum obtineret, iuris expertus videretur: Planè turpe esse patritio & nobili viro, & oratori clarissimo ius, in quo versaretur, ignorare. quæ veluti ignominia ita pupugit Seruium, vt

Diodorus
Siculus.
lib. 6.

L. 2. §.
Post hos.
Q. ff. de o-
rig. iur.

iuri ciuili plurimam operam feliciter nauauerit. Idē Q. Mutius Publico genitus dicitabat se ex patre au-
diuisse, neminem Pontificem bonum esse, nisi qui ius
ciuile cognosset: & Augurum disciplinam minimè
fastidiebat, cū omnia regnā, omnes populi, per-
multorum exemplorum pleni sint, Augurum præ-
dictis multa detecta salubriter fuisse priusquàm eue-
nirent. Nec Melampodis, aut Mopsi, neque Amphiarai,
Calchantis, aut Heleni, tantum nomen fuisset, nisi
vera præuidissent & præmonuissent: licet hæc disci-
plina desuetudine iam pridem euauerit, & pen-
nis vel gutture fata hominum significare desierint a-
ues, hominum incuriam quodammodò indignantes.

Saronis seculum maximè omnium prosperauit O-
siris rex Ægyptiorum, qui fuit ferè eius æqualis, qui-
que ducta Iside sorore, quam alij Cererem vocant, &
nuptiis celebratis, frumenti vsum in Ægypto pri-
mum, mox in Syria Palæstina edocuit mortales: dein-
de totum peragrauit orbem ab ortu solis ad occa-
sum, & à meridie ad vltimum septentrionem, vt in-
dicauit columna in Nysa Arabiæ ei statuta, cuius
meminit Diodorus Siculus, ponitque inscriptionem,
qua Osiris se Saturno satum ab Indorum deser-
tis finibus ad Arcton & Istri fluminis fontem (hic
autem in Germania oritur) peruasisse gloriatur,
& inde ad extrema Oceani: vbique certè de agricul-
tura bene meritus.

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.

Primus in experta commisit semina terræ,

Pomdque non notis legit ab arboribus.

Hic docuit teneram palis adiungere vitem,

Et viridem dura cadere falce comam,

vt Tibullus cecinit. Hoc magistro paulo quidem iunior edoctus Saron & excultus, exarari agros monstravit, & deinde eorum ieiunia stercoreatione saturari in ipsa Gallia, non vno in loco, nec vno modo.

plin. lib. 17. cap. 8. & 9. Nam Hedui & Pictones calce vberima diu fecere arua, quæ sanè oleis & vitibus vilissima reperitur:

sicut in Narbonensi prouincia puluis plus quam sol vindemiam coquit, & enurit. Augeas rex in Grecia ostendisse fimo subesse agrorum luxuriam creditur: & regius senex apud Homerum ita suis manibus letificat humum. siquidem & regibus plausibilis colendi agri ratio fuit, & de ea præcipere non spreuerunt Hiero, Philometor, Attalus: & duces, Xenophon, & Pænus Mago, cuius libri Senatus Rom. decreto in Latinum versi fuerunt. Proinde cum Saron in Garumnæ finitimis, non naturam, sed culturam deesse percepisset, nihil omisit quod ad hanc amplificandam spectaret, & præscindi ante arationem terram iussit, quod inuerso cespite herbarum radices necentur. mox rectis sulcis subigi, & tandem obliquis, sed in collibus transuersim duntaxat: idque conspectis Lentisci arboris floribus, quæ, vt ait

Lib. 1. de diuinat.

M. Tullius,

Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi:
& cultus opportunitatem ad terni floris signum ac-

commodat.

Metendi non vna ratio extitit veteribus. Nam in Galliarum latifundiis valli prægrandes dentibus in margine infestis, duabus rotis per segetem impellabantur, iumento in contrarium iuncto: ita direptæ *Plin. lib. 18. cap. 30.* spicæ in vallum cadebant. Ab arando Galli Arapennem traxerunt, quem alij Aripennem proferunt, vt *Lib. 1. de hist. Francor.* Greg. Turonicus de Babylone à Nembroth gigante ædificata loquens: Murus eius, inquit, ex costili latere infuso bitumine in latum habet cubitos quinquaginta, altitudinis cubitos ducentos: stadia in circuitu quadringenta septuaginta vnum stadium habet, aripennes quinque. Galli, inquit Columella, cædetum appellat in areis vrbani spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum C L. quod aratores cadetum nominant. Semiuugerum quoque arapennè vocat. Duo actus iugerum efficiunt longitudine pedum CCXL. latitudine pedum CXX.

Vitem reliqua Gallia serò agnouit. Primum in agro Tolosano instituta est, in eo colle, qui etiam nunc retinet nomen, & Collis vitis nuncupatur, vix spatio *ruicò Puy de vit.* viæ regia à flumine distans: quem descripsit Aufonius alludens ad festiua conuicia, quibus nautæ præterlabentes lacesunt putatores vinearum, imitatione alitis, quem Cuculum vocant. Nam falcem in vite ab illa volucre deprehendi, putatorum dedecus est: ob id salibre petulanter primo vere luduntur à præternauigantibus, & viatoribus.

Sic mea flauentem pingunt vineta Garumnam:

h iij

Aufon. in Mosella.

Summis quippè iugis tendentis in vltima cliui
 Conseritur viridi fluuiialis margo Lyæo.
 Læta operum plebes, festinantēsq; coloni
 Vertice nunc summo properant, nunc deiuge dorso
 Certantes stolidis clamoribus: inde viator
 Riparum subiecta terens, hinc nauita labens,
 Probra canunt seris cultoribus: adstrepit illis
 Et rupes, & sylua tremens, & concavus amnis,
 Nec solos homines delectat scena locorum.

Sanè alibi vsquam in Gallia non nisi multis pōst an-
 nis vites implantari cōpere. Iustinus est autor, Pho-
 censes, cum primū Mafsiliam cōdiderunt, docuisse
 Gallos antè efferatos, legibus, nō armis viuere. Tunc,
 inquit, vitem putare, tunc oliuam serere consueue-
 runt. Adeoque magnus & hominibus & rebus im-
 positus est nitor, vt non Græcia in Galliam emigras-
 se, sed Gallia in Græciam translata videretur. Flavius
 Vopiscus Probum Imperatorem permisisse refert
 Gallis omnibus & Hispanis ac Germanis, vt vites ha-
 berent, vinūque conficerent, quod perinde est, vt
 autumo, ac si dicat, commonuisse Probum vt om-
 nes alacriter vitem ponerent: sicuti ipse Alman mon-
 tem in Illyrico ad Syrmium militari manu perfo-
 diens, lectissima vite conseruit. Putationē verò Gal-
 los Caper primū docuit, dum vitis, quam prærose-
 rat, feliciter prouenisset, tanquam damno cresceret:
 tametsi Hyginus, cui genti fortuito vbertas illa con-
 tigerit, non explicet. Hinc putem Capricornum in
 signa cœlestia relatum, & caprum Baccho immolari

lib. 43. in
Trogum.

lib. 1. cap.
274.

solitum, vt Deo amicum animal, non vt infestum, si-
 cuti Græcavanitas existimauit. Nam in more positum
 erat, vt capitibus victimarum vinum inuergeretur.
 hinc illud, quod è Græco transtulit Ouidius:

Rode caper vitem: tamen hinc cū stabis ad aram,
 In tua quod spargi cornua possit, erit.

lib. 1.
Fast. Poli.
in adif-
cell.

Namque prisco ritu animalia eis plerumque numi-
 nibus offerebantur, quibus perplacuerant. Inde ca-
 pra Mineruæ nunquam immolabatur, quia oliuam
 vel lambendo sterilem faciat. Visum tamen est Var-
 ronem sententiam subnectere, à nostra satis deflectē-
 tem. Quædam, inquit, pecudes culturæ sunt inimicæ
 ac veneno, vt istæ, quas dixisti, capræ. hæ enim omnia
 nouella sata carpando corrumpunt, non minimū
 vites atque oleas. Itaque propterea institutū diuersa
 de causa, vt ex caprino genere ad alij Dei aram ho-
 stia adduceretur, ad alij nō sacrificaretur: cū ab eo-
 dem odio alter videre nollet, alter etiam videre pe-
 reuntem vellet. sicque factum, vt Libero Patri reper-
 tori vitis hirci immolarentur: proinde vt capite da-
 rent pœnas: contrà vt Mineruæ caprimi generis ni-
 hil immolarent propter oleam, quod eam quam læ-
 serit, fieri dicunt sterilem. eius enim saluam esse fru-
 ctus venenum. Planè cū fodiendi vineam nullus
 finis præstitutus sit, quia crebriorem fossionem fru-
 ctus copiosior sequitur: obseruatum est, ne pampini
 ab animalibus quibusdam prærodatur: falcem, quo-
 ties acuat, pelle Fibri salubriter detergi, atque ita
 putationem fieri: vel ea peracta, sanguine vsino li-

plin. lib.
8. cap. 50.

lib. 1. de
re rust.
cap. 20.

1. in. Columell. l. 8. de arbori. cap. 15. niri. Cæterum vites aliis in prouinciis iugatæ sunt, & pedamentis præaltè innituntur: aliis vetant hoc venti, vt in Africa, & in Narbonensi nostra prouincia, vbi prohibentur excrefcere extra fuos pollices, femperque paffinatis fimiles succum terræ paffim bibunt: & in interioris Africæ partibus infantium puerorum magnitudinem exuperant.

Plin. lib. 14. cap. 1.

PHŒNICIBVS à Sarone accitis, & cõmunionerum beneuola illectis, nonnulli acceptam referunt herbam; quæ Græcè *ισαλῖς*, Latine Glastū verbo Gallo-
rum antiquo dicitur, agro Tolosano quæ Narbonem prospectat familiaris: fatiua quidem, sed vt intelligas sponte naturæ terram fecunditate eius graminis præualere, & Phœnices non herbæ autores, sed naturæ interpretes, extitisse, quæ plantas & semina aliis in locis aliter atque aliter alit, educat, aut respuit: Tunc cœptum est in hac ora Gallica proprias nosse diuitias, & terræ parturienti opitulari exercitio & cultu. quanquam poterat frugi natio hac luxuria materia carere, ne eò dementia Britanni processissent, vt glasto se inficerent, vt eius cæruleo colore horribiliores in pugna apparerent: ad eò collibuit è Gallia vanitatis petere materiam, quæ glasti tingendis pannis expetiti ferax est. Sed & in agro Erphordiano in Germania abundè prouenire accepi, vilius tamen, & ad floridum muricis colorem minus accedens. Huc spectat Plinianum illud: Gallia Transalpina, inquit, tyrium atque conchylum herbis tingit, omneisque alios colores: nec quærit in profundis murices,

1. in. Jul. Caf. lib. 5. de bell. Gall.

Lib. 22. cap. 2.

murices, se obiiiciendò escam, dum præripit beluis marinis: stans & in sicco carpit, quo frugi mundos exculpat. quippè cùm Phœnices assueti in mari Syrio murices & purpuras piscari, & liquorem baphiis optatum legere, tam procul à sua regione fucari lanas glasto iussere, & quodammodò imitari ostrinum colorem, vt sic indigenæ lubentiùs agrestes mores exuerèt, & coli ornarique amarent, herba præsertim caule, folio & flore lætissima. Nam flos luteus vltimo vere erumpens, aureum & nuptiale flammeum refert, mulierum honori antiquitùs concessum: nec pulchritudo virium expers manet. Nam Dioscorides glasti foliis cruenta vulnera glutinari tradit, sanguinis profluuium sisti, ignem sacrum & serpentina vulnera sanari. Vnde fit, vt procliuior sim erga Philostrati opinionem, siue Iarchæ Indorum sapientissimi, qui herbarum potestatem ac naturam diuinatione præcognitam arguit: ideò Apollinis patris vaticinio eruditum Æsculapium, mirabilia pharmaca herbis antè incognitis composuisse. Nam purpuram, quæ illicò colorem effundit, cognouisse faciliimum iudico, siue Herculis canis, vt aiunt, dum escam venatur, eo conchylio se primus infecit, siue piscatorum aliquis. Atqui glasti folia impendio ad tincturam perueniunt, pistrino versatili operosè cõtusa iumento circumagente, deinde in globos digesta, & paulisper exiccata cratibus vel tabulatis, & rursus inclusa horreis, & friata, quoad officinæ infectoris dedatur, summo negotiatorum Tolosatium quæstu, & exterarum

Lib. 2. cap. 177.

Lib. de vita Apollinis. 3. ca.

14.

gentium gaudio, quæ glastum nullo non pretio cōparant, & solum eius natale collaudant. quod quidē Lauraguesum vulgò nominatur, nō vtique à lauro, sed ab auro, glasti commercio atque permutatione habito. Est & amnis Auriger ei territorio conterminus, eò quòd antiqui aurea ea esse fabulabantur, quæ magnū emolumentum & redditum suppeditarent, siue agri bonitate, siue pecore aut lanificio. Hinc Martialis de Beti fluuio:

Betis oliuifera crinem redimite corona,

Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Quocirca factum est, vt pecudes ipsæ aureas pelles habuisse ferantur, qualis fuit Argis Atrei, quam sibi Thyestem subduxisse queritur: vt in Colchide Oëta Rex, ad cuius arietis pellem Iason profectus est, & socij Argonautæ regij sanguinis & animi, qui regionem gregibus & opibus nobilem inuaserunt, si Varro credimus. Caterùm habet hodie Corsica insula agrum, cui *Campo loro*, seu aureo, est nomen, ob vini fœcunditatem, & frumenti flauum magis que vberem prouentum inter agrestes populos, alioquin ingrati foli cultores. Non omitto auream insulam à Dionysio laudatā post Scythicū Oceanū, Eoū mare versus, *ἡ χρυσεῖν τοι νῆτον ἀργυροῖς*, inquit. vbi Eustathius ad solis radios eius aurū, quā ad opes, referre maluit. Sed ego ei non assentior, eò quòd Pompon. Me-la Indiam describens, Ad Tamum promontorium, inquit, est Chryse insula, ad Gangem fluuium Argyre, altera aurei foli (sic veteres tradidere) altera argē-

ΔΙ. ΠΑΥΡΟ
lib. 2. de
re rust.
cap. 1.
Munster.
lib. 2.

In Cosmo.

Lib. 3. cap.
8.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 34
tei. Ita aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est.

PARVUM abfuit quin tot prouocati beneficiis & præclare inuentis rebus Gallica gens Saronem ipsum in deorum numerū referret: qui vetustissimus fuit mos gratiam benemerentibus referendi, eò vsque licentiæ progrediens, vt barbari quidam, quales Ægyptij, bouem agrorum culturæ aptissimum adorantes, præterea feras aliquot numinum loco habuerint, quarū opera sibi subuentum intelligerent. Habebat autem Saronis virtus duo, quæ non solum ad Rempub. fundandam pertinent, sed etiam ad firmandam: fortitudinem videlicet aduersus hostes, & inter ciues concordiam: si tamen ille hostibus vrgeri vnquam potuit, qui subactas gentes leniebat, & miro ingenij acumine perdocebat, ita vt ipsimet suas opes inciperent agnoscere. Sed quamuis apud suos celeberrimus, & exteris formidolosus esset, compositis benè & nauiter domi rebus, longè remotos populos inuisere constituit, & colonias frequentes deducere, pro recepto antiquorum Heroum more, qui non sibi, sed toti mundo se genitos arbitrabantur. Quidam prouocatum existimant desiderio lustrandi Armeniam maiorem, vbi Ianus pater diluio cum paucis superstes subsederat in monte Gordizo, quem Prolemæus non procul ab Araxe flumine situm describit. Illud verius est, Saronem Ægyptum cogitasse, propter viciscendum Typhonem parcidam, qui Osiridem fratrem equissimè imperatē nefario au-

Lib. Geo-
graph. 5.

Diod. si- cul. lib. 1. su interemerat, & in sex ac viginti partes dissectuerat, eas in totidem facinoris conscios distribuens, ut ipsos regni custodes fideiorem haberet: Sed pius Saronis consilium anteuertit Isis soror & uxor Osiridis, quæ fratrem virumque vindicatura, Typhonem & participes immanis sceleris mactauit, & vndique dispersos mariti regis artus collegit, & ritè sepulchro mandauit. Sed præterea fata Saronis pietatem generosumque consilium euentu misero extorsere: nimirum paulò post quàm à Ligurum statione vela fecisset reluctantibus ventis, & audaciam humanam, velut conspiratione, coercerentibus. tametsi comperi ipse Saronem è Gallico Oceano soluisse: cum maria circumfusa diuiduo terræ globo peruiam nauigationem admittant. quippè cum Cælius Antipater viderit, qui nauigasset ex Hispania in Æthiopiam commercij gratia: & Cornelius Nepos de septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri Consuli, ac Plin. lib. 2. cap. 67 tum Gallia Proconsuli, Indos à rege Sueuorum dono datos, qui ex India nauigantes, tempestatibus in Germaniam abrepti fuerant. Itaque cum Saron Ægyptum appulisset, conuenit Isidem, & Orum eius Diod. lib. 1. filium regno potitum, dubius vtrum Osiridis morte magis angeretur, quàm Ori successibus iucundissimis plauderet: cum mortuum lugere idem sit, quod natiuitatis crimè incusare. Ea enim lege vitam accipimus, ut reposcenti Deo, velut creditori eam precario concedenti, quolibet momento reddamus.

Vitæque mancipio nulli datur, omnibus vsu,

inquit Lucretius: neque sumus domini vitalis auræ, sed vsu duntaxat tenemus. vsu, inquam, fluxum, fragilem, alieno arbitrio reuocabilem, digna atque indigna interim passuri terra marique, tam pace quàm bello, tam domi quàm militiæ, multis generibus mortis expositi: alij longis morbis emacerati, inter vitam & mortem cruciantur. γῶδι, σαρῶδι, inquit Chilonis vox Pythiæ oraculis ascripta. Quid aliud homo est quàm vas quodlibet quassum? inquit Seneca. Inermes natura nos educit, alienæ opis indigentes, & denique tanquam rei, vltimo omnes damnatur supplicio. Talia, opinor, animo volutabat Saron, quæ tandem experiri eum accidit. Nam renauigantem blandè & tranquillè ipsum suscepit pelagus, humi præter opinionem periturum. Quod si classis vel naus prætorica loqui potuisset, ut Argo illa fatidica, venturos errores canens apud Valerium Flaccum, Lib. 9. Argonau.

Vocibus humanis stellati conscia cæli,

planè in hunc modum locuta esset: Quò properas Saron, tuam deferens Galliam, quæ te tantoperè diligit, amat, reueretur? Siste cursu, & caueto, ne de fluctibus ac tempestatibus marinis paululum metuètem terra intercipiatur. sicuti ei contigit in Achaia in Isthmo Corinthio, quem duo maria circumsonant, alterum Ephyreum ab occasu, alterum ab ortu Saronium, ut Dionysius Cosmographus notauit.

ἢτε πρὸς ἀγὰς
ἐλαμῶν, τὴν μὲν τε σαρωνίδα καὶ κληῖσαι.

vbi Eustathius interpres, Saronius sinus, inquit, vel à Sarone Træzenis fluuio in illum profluente nomen habet: vel, inquit, quòd Saron venator, dum aprum insequitur, longius euectus, in eodẽ submersus fuerit. Sic etiam Icarus in Icaro expirans mari reliquit nomen, & Ælarus ceruum insequens fluuio circa Crotonem suffocatus. Caterùm Pausanias retulit, O-rum Ægyptium Træzenis imperasse. postea Althepum ex Leide Ori filia & Neptuno genitum: Althepo Saronem successisse, qui ad mare Saronidi Dianę templum posuerit, & demum, dum inter venandũ ceruum intentiùs persequeretur, maris æstu surreptum, diem suum obiisse. Non igitur obtinet quod Plinius ait, Saronium finum plurima quercu fuisse redimitum, vnde nomen, Gracia antiqua sic appellante quercum. Quinimò in querceto aper seu ceruus à Sarone venante deprehensus agitatũsque fuerat, à quo quasi per manus reges Gallorum accepere venandi studium pertinaci cura, & voluptate probabili, sed nimium quandoque periculosa: qua quidem interiit Chlotharius eius nominis primus Gallorum rex in Cotia sylua, immoderato labore febre contracta, & in Compendium opidum æger delatus, cũ iam quinquaginta annos, & si quid excurrit, regnasset. Quinetiam Theodibertus Theodorici Metensũ regis filius, qui quòdam Iustiniano Imperatori Oriẽtis, & Gothis terrori fuit, cùm venatum iuisset, à tauro fero in opaca sylua cornu petitus occubuit, vt Agathius scripsit. Huiusmodi boues Gallicè Vros

In Corin-
thiac.

lib. 4.
cap. 5.

Gregor.
Tur. lib.
4.

lib. 1. de
bell. Go-
thor.

vocari Macrobius putat. sed Vros à bobus videtur secreuisse Iulius Cæsar, Hercyniam syluam Germaniẽ describens. Est bos, inquit, cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu existit excel-sius, magis que directũ his quæ nobis nota sunt cornibus. Ab eius summo sicut palmæ ramiq; latè dif-funduntur. Et mox: Qui Vri appellantur, sunt magnitudine infra Elephantos, specie & colore & figura tauri. Magna vis est eorum, & magna velocitas: neque ferè neque homini quem conspexerunt, par-cunt. Hos studio se foueis captos interficiunt: hoc se labore durant adolefcentes, atque hoc genere venationis exercent. Et qui plurimos ex his interfecerũt, relatis in publicum cornibus, quę sint testimonio, magnam ferunt laudem. Hæc studio se conquista ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur. hæc ille, apertè declarans ingentis gloriæ & periculi fuisse venatoriam volu-ptatem, quę necem attulit Theodosio iuniori, Iuris studiosissimo principi ac Cæsari, ab Astronomicis non alieno, equitandi sagittandique peritissimo: sed venando ex equo prolapsus, vt ait Zonaras, oc-cubuit. Verùm alius in Album flumẽ abreptum ma-uult, eodem ferè quo Saronem fato: & vtrũque terris aque inuiderunt: adeò multos celebres viros, iustitia & industria claros, & omninò vitæ candidæ, teterri-ma mors absumpsit: interdum tumuli honore desti-tutos, feris & auibus lanandos exhibuit: & eos im-primis, qui aliquid eximium hominum saluti &

Lib. 6. cap
5. Satur-
nal.
Lib. 6. de
bell. Gall.

vide Theo-
dorum Le-
ctorem in
Collectã.

commoditati apprimè necessarium inuenerūt. adeò
verum est, quod in Oedipo scripsit Seneca Tragicus:

Sapè eruentis veritas patuit malo.

Citetur Palamedes, Nauplij filius, literarum & mili-
taris disciplinæ solertissimus autor, quem necarunt.

- falsa sub prodicione Pelasgi

Insontem infando iudicio:

lib. 2.
Æneid.

non quia bella vetabat, vt Sinon ille Virgilianus fin-
xit, sed Vlyssis dolo & calumnia, vt enarrat Seruius:
adulterina nimirum epistola Priami regis nomine
ad Palamedem perferenda, & cæso nuncio, ducibus
Græcis præbita, in quo de coniuratione peragenda,
& magno auri pondere persoluto tractabatur. Quod
cùm celatum furtim in Palamedis tétorio detectum
fuisset, innocens lapidibus obrutus est: in tantum V-
lyssis simulatio scelerata aduersus inclytum & inno-
cum principem præualuit: vnam ob causam, quia
Vlysses molliter bellum detrectantem falsi furoris
prætextu in numeros referri coëgisset.

Quod ni Palamedis perspicax prudentia

Istius percepset malitiosam audaciam,

Fide sacratum ius perpetuò falleret.

vide Cic.
3. offic.
vers. ex
antiqua
tragedia.

Prædiuinabat vafer Vlysses sibi cum hostibus æquè
ac cum fluctibus pugnandum fore, sed summo cum
præconio. Nam, vt arbitror, Homerus, quò excelsam
ingenij vim latius ostentaret, callidissimum Græco-
rum, & plerisque aliis virtute, robore, ditioneque
postponendum, ad sydera vsque euexit. Quid Or-
pheum Thracem commemorem summum vatem

&

& Philosophum? qui proteruos homines voce in pe-
ctore prius quàm in ore nata mansuefecit, idque æ-
tate Iudicum Hebræorum, & de vnus Dei cognitio-
ne orationes edidit, & lucem, vitam, ac consilium ap-
pellauit, eumque mundi opificem ex nihilo cuncta
fabricasse docuit, iuxta Mosis disciplinam. Ecquid
denique? Nonne cùm Bacchi orgia amentia plena
vetaret, à mulieribus frustatim discerptus est? nisi e-
pigramma in Macedonia insculptum sequi mali-
mus, quod traiectum fulmine, & ab Aonidibus cum
aurea lyra humatum Orpheum, antiquissimum for-
matorem morum bonorum recenset.

Laert. lib.
1. cap. 1.
De eodè
Suid.

Sed quis non paucat Pherecydis fata tragedi,

Qui nimio sudore fluens animalia tetra

Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt?

vt de illo Q. Serenus scripsit. Ille primus immorta-
lem esse animum docuit, & præfractè asseuerauit è
Philosophis, & tamen non mitiore fato periit quàm
Sylla Romanus, qui totam curiam sanguine Senato-
rum cruentauit, & crudeliter exhausta turpiter im-
pleuit: aut quàm Herodes Iudæa rex impius, infan-
tum cede pollutus, qui vermiculorum supplicia sibi
copiosè generauit. Sed & cum Pherecyde paulò du-
rius actum est, si Plinio fidimus. nam serpentum co-
pia è toto corpore erumpente expirauit. At Socrætes,
qui Philosophiam morum cultricem è cælo dedu-
xit, & veri nominis potestatem suboluit, & solus sa-
pere visus Pythiæ testimonio,

In lib. de
medicina,
cap. 5.

Ioseph. de
bell. Iu-
daic. lib.
1. cap. 21
Plin. lib.
7. cap. 51

Ἀνδρῶν ἀπάντων σωζέτης σοφώτατος

k

cicutam hausit intrepidus, Aniti, Lyconis & Meliti instigatione, Iudicum calculis & nequitia. nisi verius omnes Athenienses eius ore cicutam ebiberunt, quos mox facti adeo pœnituit, vt gymnasia & fora clauderent, Socratem ærea imagine publicè honorarēt: Anitum exilio, Melitum vitimo supplicio damnarent. At Lyconem mœrore confectum accepimus, cùm Socrates venenum glutens, velut ex opiparo conuiuio latus ad superos euolaret. Nefas existimo Christum Dei Max. filium silentio præterire, qui veritatem à natura in profundo demersam, & tenebris opinionum circumfusam, vt dicebat Democritus, in lucem prodidit: vnde veritatem de terra ortam, & iustitiam de cœlo prospicientem, diuinus vates testificatur. Metiamur, quæso, quàm acerba morte is, qui perennem vitam daturus erat, & qui mortem demùm iugulauit, interiit, verè Deus, verèque homo, cæsus constanter sine gemitu: quasi alieno corpore pateretur, quæ verè pertulit suo: & semetipsum denuò suscitauit, ac ouans cœli stellatum subiuit palatium, plaudentibus certatim cœlitibus, quòd eruta veritas alta iam ceruice incederet, explosis fabulis, & reserato Euangelio, quod veritatem D. Petrus appellauit. Decebat enim ob tanti boni inuentionem amari laudarique Christum, tanquam arefcentes bonorū omnium fontes aperientem. Nam, vt ait Plato, Veritas tum diis, tum hominibus dux omnium bonorū est: cuius qui particeps non est, beatus esse nequit nec bonus. Sed oportuit vaticinio pareri, & improbos

Laërt. lib.
2.

2. Pet. 1.

Lib. de legib. 34.

talia euomere, qualia Sapiens præscripsit: Circumueniamus iustum, quia nobis inutilis est, & exprobrat nobis peccata legis. Se Dei notionem habere prædicat, & se asserit filium Dei. Cogitationum nostrarum iudex extitit, & nos aspectu terret, cùm aliis sit dissimilis vita eius, & nos habemur nugaces. hinc liuor, hinc seges odij, & in Christum Dei amabilem filium accusationes concinnatæ, flagella, alape, crux, conuicia, amarities potionis, mors: quæ omnia mitis & obsequens suscepit, *καὶ σέφρανον ἀκέντηνον*, * vt Sibylla loquitur: & vt semel dicam, pastorem se bonū præbuit, qualem prædixerat, animam pro ouibus expONENTEM more regis strenui pro salute populi periclitantis. nam pastorem populorum sæpè Homerus Agamemnonem vocat, vt Hesiodus Amphitryonem *παιδὴν λαῶν*. regium enim est pro subditorum tuitione emori. Proximi Christo, sed longo interuallo proximi, fuere Apostolorū coryphæi Petrus & Paulus, afflati numine, cœlesti doctrina imbuti, & miraculis speciosis pollentes, omne genus morborum in Christi nomine pellentes, si vel ægris strophia & fasciolas imponerent, & hoc tenui, sed præfenti remedio, furias geniósque malos abigerent: non nigro helleboro, quo Melampus pastor celebris Prætidæ rabie purgasse fertur, & plures eiusmodi fœminas, quæ palantes, per agros imaginose mugiebant, vnde Argiuorum regnum ex dimidio adeptus est: sed implorato regis cœlestis subsidio, qui ceteris imperat regibus. Sed præ omnibus Dæmonum ope fretis ri-

* Id est, coronam spinam.
Ioan. 10.

In Scuto
Herculis.

Athor. 19

Dioscor.
lib. 4. cap.

134. Pau-

sanias in
Corinthia
cis.

sum mouit Simon Magus, Christi religioni pullulanti infestissimus, qui ut se Deo aethera ascendenti aquaret coram Nerone, non minus stolido quam seuo principe, ex Capitolino monte volare inccepit, magna cum vulgi admiratione, donec D. Petrus Demonas Magum destituere iussit: qui protinus è sublimi deorsum precipitatus, elisus & exanimatus est: infelicior Icaro, qui nec nominis sui umbram humi, qua fractus fuerat, dimisit. Taceo mortuos toties suscitatos, non aliquid spiritalis auræ adhuc retinentes, ut fertur fecisse Asclepiades, referens è funere hominem & seruans, sed tumulto pressos, & in Orci thesauro numeratos: quibus contigit, ut Petri aut Pauli manu vocéque Deum exorare solita, duplici vita fruerentur. Vterque tamé diram mortem obiit plaudente Nerone: hic capite plecti iussus est. Magnum fuit hoc ipsum prædixisse, maius verò contempsisse. At Petrus figendus cruci saltem impetrauit, ut pedibus sursum versum vergentibus, capite terræ inuerso, poneret spiritum: ne per omnia salutaris Christi supplicio cliētulus exaquaretur. Omitto reliquos Christi affeclas mirifica & vtilissima gentibus variis conferentes, à quibus crudelissimè vexati & trucidati sunt: quæ mihi quandoque visæ fuere non dissimiles Vmbris ab Vlysse ex Erebo per incantamenta reuocatis, & sanguinem victimæ iugiter sequentibus: adeò humana impietas effuso bonorum cruore oblectatur.

Quamobrem fateamur oportet non Saronem so-

lùm inter spectatæ virtutis heroës fato tristissimo occubuisse. Cui Galli percepto tanti mœroris nuncio, quia religioso sepulchro condere non poterat, honorarium excitarunt, quod Græci Cenotaphium vocant, quasi inanem tumulum, memoriæ tantum causa paratum, ut Florentinus Iurisconsultus respondit, à Gallico populo usurpatum, & crebrò variis principibus procul mortuis positum, præcipuè Alexandro Seuero Imperat. qui à consiliis ipsum Florentinum inter complures Iurisprudentes habuit, & in Deos à Senatu relatus, Romæ sepulchrum amplissimum, in Gallia cenotaphium meruit, ut verbis utar Ælij Lápridi, qui festiuitatem eiusdem celebrari vidit. At, quò clarius funus repræsentaretur Saroni, Tolosates Garumnei facta scrobe vnam auream defoderunt, qualem ferè Homericus Hector magno Troianorum luctu accepturus erat, extincto vini copia rogo, ut ossa commodiùs legerentur. Nam & Tolose vrendi antiquiorem morem quàm humadi perdurasse argumento est, quod nos busta & urnas fictiles longiores & patulas in ore, imoque gracilescentes, inferiis solùm idoneas, conspeximus erutas ex agro Tolosano: & in antiquo autore legimus urnæ aureæ congestum monumentum operosius in colle vitifero, quem paulò superiùs à Sarone vineis condecoratum retulimus. Nam inoleuerat mos ille, in montibus insignium virorum, præsertim Regum, sepulchra instituendi: & inde natum, ut columnæ & pyramides tumulis collocarentur, ut narrat Seruius,

Abdias
Babylon.
lib. 1. vii.
r. e. Appo-
stol. vii.
ceph. lib.
2. cap. 36.

elin lib. 7
cap. 37.

Euseb. lib.
3. hist. Ec-
cles. cap. 1.
1. ad Ti-
mot. 2.
cap. 4.

Abd. Ba.
byl. lib. 1.
historia.

odys. II.

l. Monu-
mentum
ff. de reli-
gios. &
sumptib
fun.

Iliad. 24.

- ingens monte sub alto

Aneid.
11.

Regis Dercenni terreno ex aggere bustum.

Fidem facit, quod Tarinæ Sacarum Reginæ officiosissima & inuictissima post obitum, Sacræ, id est, Scythæ Aramei, sepulchrum magnificum extruxere, triangulari pyramide, cuius quodlibet latus tribus stadiis protendebatur: altitudo in arctum sensim descendens, vnus fuit stadij. Addita est aurea statua instar colossi, & heroici honores, beneficiorum acceptorū recordatione. Et D. Augustinus ait, Asclepij auum, medicinæ repertorem, habuisse templum, & tumulum in monte Libyæ iuxta litus crocodileum. Et Iosias Rex superstitionis vanissimæ hostis, sepulchra quæ erant in monte, deturbauit, proiectis ossibus, præterquam Prophetarum, quæ ex elogio & inscriptione cognouit. Eodem spectat ille infamis spiritus apud D. Marcum, qui obnoxium habebat hominem; die ac nocte in montibus & monumentis versantem, quem Christus valetudini menti quæ pristinæ restituit, expulso dæmone multiplici. Cæterū vel hominum vel annorum auaritia sepulchrum Saronis iam pridem nobis inuidit; & quidem nuperrimæ arbor sepulchralis in vertice collis vitis emines, cui vetustate longinqua victa & retorrída est. Eam Saroni equalem didicimus. nec nouum, cum in Protefilai sepulchro ad Hellepontum arbores Plinij ætatem attingerint ex aduerso Iliensium vrbs, quæ cum in tantū accreuisset vt Iliū aspiceret, inaresceret, rursusque

Diod. sicul. lib. 3. cap. de Medor morib. lib. 8. de ciuit. Dec. cap. 26.

4. Reg. 23.

Marci 5.

Lib. 16. cap. 44.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 40
adolecerent. Argis tunc etiam perstitit olea, ad quæ Argus Io in vaccam mutatam alligauerit.

POST Saronem arduum & iustum principem, qui Gallos disidiis domesticis & feritate mutua attritos, domiciliis primū, deinde coniugiis, studiis denique communibus coniunxerat, vsque ad Galatheū Regem, Herculis magni filium, imperauere Galliæ hi gradatim Reges: Dryius, Bardus, Longho, Bardus iunior, Lucus, & Celtes, maternus Galatheus auus inclytus & circumspectus. Dryium peritiæ plenum Berosus vocat, à quo Dryidæ seu Druides nominati. Sed Plinius mauult à roboris seu quercus fronde, absque qua nullum sacrum in lucis opacis faciebant. Quinetiam putem Dryium Regem sacris rebus impense deditum, inde agnomen hausisse: cum Græcis quercum significet, quæ arbor Ioui dicata est, vt præcipuo numini. tametsi Iulius Cæsar innuat Mercuriū Gallis maximè cultum, postea Apollinem, Martem, Iouem, & Mineruam: id quæ Druidum assensione, qui non in Garumnæ confinio, vt Saronides, sed in intima Gallia in finibus Carnutum confederunt, vbi certo anni tempore congregati conueniebant, vt doctis iudiciis & decretis publicas priuatæque cōtroversias dirimerent, ac ingeniam iuuentutem magnū numerum versuum edocerent, quibus rarior disciplina comprehenderetur: ideoque tributorum & belli immunitate donabantur. Imprimis verò volebant persuadere, non interire animas, vt Cæsar refert: ab aliis post mortē trāsire ad alios: atq; hoc maximè

Lib. 16. cap. 44.

Lib. 6. de bell. Gall.

advirtutē excitari putabāt, metu mortis neglecto. Nō
puto tamen eos abstinuisse ab esu animalium, quorum
morte cum tam frequenter alimur, non est cur mor-
tem obire formidemus. Pulchrē quadrat his, quod
lib. 15. re-
vii gestar. Ammianus de Gallia annotavit, paulatim quidē ex-
cultis vigentibus studiis laudabilium doctrinarum
inchoatis: Per Bardos, inquit, & Eubages, & Drui-
das. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium fa-
cta heroicis composita versibus cum dulcibus lyræ
modulis cantitarunt: Eubages verò scrutantes sum-
ma & sublimia naturæ pandere conabantur: Druidæ
ingeniis celsiores, ut autoritas Pythagoræ decrevit,
sodalitiis adstricti, consortiis, quæstionibus occul-
tarum rerum aliarumque erecti sunt: & despectantes
humana, pronunciarunt animas immortales. Idem
attigit Lucanus lib. primo:

Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremptas

Laudibus in longum vates demittitis ævum,

Plurima securi fudistis carmina Bardi:

Et vos Barbaricos ritus, morèmq; sinistrum

Sacrorum, Dryidæ, positis repetistis ab armis.

Solis nosse deos & cæli numina vobis,

Aut solis nescire datum: nemora alta remotis

Incolitis lucis. Deinde pergit poëta recensere

animarum in nova corpora migrationē: & qualiter

-regit idem spiritus artus

Orbe alio. Quæ opinio non à Pythagora in-

lib. 6. de
anti. gest. uenta est, ut perperam Ammianus putavit, & Diodo-
rus de Gallis scribens Pythagoræ plaudentibus, &

ob

ob eam causam in defunctorum pyram epistolas cō-
iectas, tanquā legendas mortuis. Alius adiicit, dedif-
se Gallos pecunias mutuas, quæ his apud inferos red-
derentur, sceneratoria Philosophia satis iucunda. Di-
cerem, inquit, illos stultos, nisi idem Brachati sensif-
sent, quod palliatus Pythagoras credidit. Ego verò
accepi Druidas minimè illam animæ vitam spirantis
transmissionem introduxisse, sed spiritus nihil nisi
cœlestis & diuinum sapientis, qui velut nouus hospes
nutu Dei in alios atque alios transfertur homines, si-
cut Eliæ spiritus in Eliseum, & in eo quieuit: & Deus
spiritum suum aufert minaciter ab impiis nihil nisi
ferinum sapientibus, licet dulci vita fruereantur. Di-
uum quoque Petrum accepimus mirificè gauisum,
quia D. Marcus particeps spiritus sancti in scriben-
do Euangelio præcurrisset Romæ, & quasi diuinæ lu-
cis ac vigoris non nihil sibi subtractum sensisse. Nā
& à Mose manus imponente spiritus migravit in Io-
suem. Caterum cuilibet vel modicè perspicaci pate-
bit, Druidas philosophatos plus mille annis antè
quàm eruditio Pythagoræ, qui primus nomen Phi-
losophi sibi assumpsit, innotuisset in Italia: nec claruit
ei dogma ad Philolai vsque tempora. Hic enim tres
illos nobiles libros euulgavit, quos decem millibus
denarium Plato mercatus est: quod quidem pretium
ei donauit Dion Syracusius, quo nemo Platoni ami-
cior: qui Pythagorica sapientia adiutus, continuauit
preclarum illum dialogum Timeum, naturæ secre-
tiora complectentem, & Mosis præterea occultiores

yal. Max
lib. 2. cap.

4 Reg. 2.
Genes.

Deuter.
34.

Laert. lib.

A. Gell.
lib. 3. cap.

17.

1

sententias. Nam & quod ab animantium esu absti-
 nuit Pythagoras, respicit vetitum comedi sanguinē,
 qui brutis, inquit, est pro anima. Ne ergo comedas a-
 nimam simul cum carne, sed vt aquam in terram ef-
 funde. Heraclitus quoque censuit, teste Porphyrio,
 animis humidis non mortem accidere, sed delecta-
 tionem. Et alibi, Nos illarum mortem viuere, illas
 verò nostram. quod eueniebat, argutè conficta trās-
 latione à sene illo Samio in Italia, quæ tum magna
 Græcia appellabatur. Et quidem, quantum licet con-
 iicere, è Gallia in Siciliam facile serpsit eiusmodi
 Philosophia, cum Galli Tectofages illa potiti sint,
 vt inferius narrabitur. Inde facile fuit Pythagoræ af-
 fatim excellentissima quæque decerpere, ac sibi arro-
 gare: vt cui discipuli nimium semper tribuerint, &
 quodammodò diis æquare non sint veriti. Nam Me-
 tapontini domum illius, Cereris delubrum voca-
 bant, vt Phauorinus Gallus in omnimoda historia
 tradit: at Crotoniatæ ipsum Apollinem Hyperboreū
 esse autumabant, & quod aliquando sit visus à multis
 eodem die Metaponti & Crotonæ in ludis surgere,
 & femur alterum aureum ostendisse. Constat verò
 Druidum imitorem Pythagoram, desultoriam a-
 nimarum migrationem non nisi tertiam asseruisse.
 Nam si perenni serie animas in alia atque alia corpo-
 ra transcripsisset, quis quæso locus fuisset Elysiis cā-
 pis, aut cœli sedibus? quod miror satyricis scriptori-
 bus falsis admodum infulsè derelictum. Quicumque,
 inquit Pindarus, ter in vtraq; vita à vitis alieni fue-

Deuter.
12.

In Antro
Nymphæ-
rum.

Sic Læur-
tius re-
fert.

Æliolib.
varia hi.
2. cap. 26.

In Olymp.
od. 2.

runt, viam sibi à Ioue destinam abiere ad Saturni
 urbem. *ἔθα μακρῶν νῆσων ἀκεανίδος αὐραὶ περιπλοισιν, ἀνθεμα δὲ
 χρυσῶδ' φλέγῃ.* id est, Vbi beatorum infulam Oceanides
 auræ circumflant, & flores aurei fulgent. Proculdu-
 biò idem Pythagoras Reipublicæ maximo bono le-
 gislatores summos instruxit, vt Zalcucum Locrensiū,
 & Charondam Rheginensium: ne sequamur quorū-
 dam animaduersionem, qui Philosophos à politicis
 rebus arcendos clamitant, cum Solon ille sapiens A-
 theniensibus leges promulgarit, vt Mitylenæis Pitta-
 cus: nec Socrates Reip. administrandæ curam fasti-
 disse, nisi Atheniensium Democratiam vidisset si-
 millimam tyrannidi.

MVLTA præterea Druidæ de syderibus atque eorū
 motu, de mundi, de terrarum magnitudine, & vt
 Cæsar prodidit, de rerum natura, de Deorum im-
 mortalium vi ac potestate disputabant, & iuuentuti
 tradebant. Proinde minimè adstipulabor Plinio, qui
 Galliæ, Hispaniæ, & Africæ neminem syderum quid
 prodesset exortus, obseruasse retulit. quod vix Py-
 thagorei admiserint, qui se à Gallis cœli & stellarū
 cursum didicisse non iam inficiabuntur: ne diuinan-
 di scientiam omittam, quam vel mulierculæ exactis-
 simè calluerunt. Citetur Alexander Seuerus Imp.
 Rom. cui in Gallia belligeranti Druyas mulier ex-
 clamauit: Vadas, ne victoriam speres, ne militi tuo fi-
 das. Non fefellit omen. nam paulò post milites, qui
 sub Heliogabalo effloruerant præmiis & licetia, cum
 tam sanctum ac seuerum ducem pati nequirent, si-

Lib. 18.
cap. 25.

Lamprid.
in vita
Alexad.

mul cum Mammea matre occiderunt, postquam an-
nis XIII. diebus IX. imperasset. Non defunt, qui à
Maximino Thrace submissos occifores ferant: quo-
niam & is illicò rerum potitus est. In Gallia, inquit
M. Tullius, Druidę sunt, è quibus ipse Diuitiacu ho-
spitem laudatorémque cognoui, qui & naturę ratio-
nem, quam Physiologiam Gręci appellant, notam
esse sibi profitebatur, & partim auguriis, partim con-
iectura, quę essent futura dicebat. hæc ille. Atqui e-
go in coniectura bene ducenda non diuinationem
tantum, sed etiam prudentiam laudauerim:

Bene, qui coniectet, vatem hunc perhibebo optimum.

cum res fortuite cautè & prouidè præsentuntur, siue
tempestates à gubernatore, aut ab Imperatore hostiũ
insidię, aut à medico exitus morbi: quod genus Phi-
losophiæ saluberrimum est, & Druidis ante Pytha-
goram accepto ferendum. Quod ne nimium ambi-
tiose per nos Gallis vendicari, & à Gręcis subtrahi
aliquis putet, audiatur Diogenes Laërtius. Philoso-
phiam, inquit, à barbaris initia sumpsisse plerique
autumant: nam Persis Magos, Babylonis & Assyriis
Chaldæos, Indis Gymnosophistas, Celtis seu Gallis
Druidas, & qui Semnothei appellabantur, eius rei
fuisse autores ait Aristoteles in Magico. Et paulò
post subdit, Druidas obscure ac per sententias phi-
losophari consuetos, colendos Deos, nihil mali fa-
ciendum, & exercendam fortitudinem. Et ne sit qui
suspicietur Druidas ex humili conditione cooptatos,
fidem faciet Diuitiacus ille Ciceronianus ex clarissi-

Lib. I. de
diuinat.

Lib. I. de
vita phi-
losoph.
cap. I.

ma Heduarum familia, cuius passim mentio à Cæsare
fit: siue cum ait, Diuitiacum & Liscum, qui sum-
mo magistratui Heduarum præerant, quem Vergo-
bretum appellabant, annuo imperio, & vitę necisq;
potestatem habebant, Cæsari in magna gratia fuisse:
præcipueque Diuitiaci summum in populum Ro-
man. studium, summam in se fidem, voluntatem, iu-
stitiam commemorat. siue cum adiicit, Diuitiacum
Suesionum Regem totius Gallię potentissimum
extitisse.

Ceterum Eubages plerumque mediocribus fortu-
nis, & natalibus non adeò splendidis educti, profite-
bantur sapiētiam & sanctimoniam: vnde & ipsis no-
men, subducta litera. nam *εὐαγής*, sanctum ac pium si-
gnificat. Mortalia omnia, exceptis diis & animis, es-
se demonstrabant: animam verò diuinitatis aliquod
fragmentum esse, & corpori superstitem: nec incon-
stanter in alia subinde corpora transire, nec renouari:
secus atque Heraclitus, asserens animis humidis
delectationem, non mortem accidere: & nos illarum
mortem viuere, illas autem nostram. Nam nemo ex-
tinctam vel immutatam dicet Eri Armenij animam,
qui, vt est apud Platonem, cum occubisset in præ-
lio, sublatis decimo die cadaueribus iam corruptis,
integer ipse domum delatus vt sepeliretur, duodeci-
mo ab obitu die pyrę impositus reuixit, & omnia,
quę viderat in inferis, recitauit: vt Iudices in hiatu
sedentes, qui iustos ad dextram cœlum scandere iu-
berent, iniustos contra ad sinistram deiici, signa eo-

Lib. I. de
bell. Gall.
& lib. 2.

Porphy-
in Antro
Homeric

Dial. 10.
de Repub.

rum quæ in vita malè patrauerant, à tergo ferentes. An non etiam multa corpora sanctorum, quæ dormierant, moriente Christo reuixerunt, & post eius resurrectionem ingressi sanctam ciuitatem, apparuerunt multis? Meritò Hebræus sapiens, cum de anime immortalitate hæsitasset aliquando, & vtrum anima hominis sursum ascenderet potius quàm iumentum, tandem ait, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis, redeatque puluis in terram qualis fuit, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Accedit quòd cum ad Dei expressam effigiem anima ratione prædita creata fuerit, nunquam senescet, nunquam desinet, sed æternam iuuentam fortita cælo fruatur. Cæterum & cum ait non habere hominem quicquam præstantius pecore, nominatim præfatus est se de illo hominum genere sentire Salomon, qui se in pecudum conditionem deiiciunt, quæ natura cælum spectare non permisit, sed prona & ventri obedientia finxit. Illi enim bis moriuntur, daturi in tartaro inhonesti poenas: proinde quadrupedibus deteriores, quibus semel emori licuit. Quoad mundi naturam exitumque, Eubages Stoicis per omnia cõueniebant: nec sequebatur eos, qui vniuersum Dei opus nunquam interemptum iri rentur, quorum fuit Aristoteles, qui etiam tẽpus ingenitum statuit; nec eos, qui natum quidẽ fatentur, sed post futurum sempiternum: Imò ortum fuisse mundum, & finem expectare pro certo prædicabant, idque euenturum ex cursu syderum, assignatis cõflagrationi vt

Matth. 27.

Ecclesiast. 3. 12.

I. b. Me.
recor. I. ca.
vlt.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 44
diluuiio tẽporibus. Nam cum omnia sydera, quæ diuersis motibus aguntur, in Cancrum cõuenerint, eodem sic posita vestigio, vt recta linea exire per orbem omnium possit, arsurum tum elementa: sicuti inundatio facta est, & sine litore fuit mare cælo finitimum, cum eadem syderum turba in Capricornum simili ferie concessit. Rationem mundi corruptibilis, & pessum ituri reddit Lucretius, licet Epicureus:

Omnia natiuo ac mortali corpore constant:

Debet eadem omnis mundi natura putari.

Quippe etenim quorum parteis & membra videmus

Corpore natiuo mortalibus esse figuris,

Hæc eadem sermè mortalia cernimus esse,

Et natiua simul. quapropter maxima mundi

Cum videam membra & partes consumpta regigni,

Scire licet cæli quoque idem terræque fuisse

Principale aliquod tempus, clademque futuram.

Planè cum ait cæli quoque vt principium fuisse, sic futuram cladem, non puto tanto incendio supremo magis periturum cælum, quàm periit diluuiò. Neque enim ignem stulti Phaëtontis perhorrescit in fabulis, cum solem & alia ignita lumina perpetuò domi habeat prorsus innoxia: nec quisquam hæcenus de ruina labèque metuit, aut cautionem damni infecti ex iuris formula à Deo expetiuit, quem expectamus vltima die cum tuba & pòpa magna de cælo descensurum, & nos in occursum ituros raptos in nubibus, & obuiam progressos in aëra, fideiubete Apostolo. Proinde nõ periturum est cælum, Dei Max. domici-

Lib. 5. de
rer. nat.

I. Thess. 4

liū: nec trāſibit perēni ruina, ſed cōcuſſis quæ infra illud ſūt elemētis, & omni diſcuſſa ſæce & nube, clariſſo ſolito & ſplendidiū nitēs, renouatum videbitur. Sic docet D. Auguſtinus, ſtellas caſuras de cœlo, & cœlum ſimul tranſiturum nouiſſimo tempore: hoc eſt, cadere viſum iri, & tranſire. vnde illud Virgilij,

Lib. de ciuit. Dei 20. cap. 24. Math. 24.

Sapē etiam ſtellas vento impellente videbis

Lib. 7. Thebaid.

Præcipit es cœlo labi. & Papinij illud,

-lapsiſque citatior aſtris. & in Apocalypſi:

Stellæ ceciderunt ſuper terram. Præterea diſſerebāt Eubages mortem contemnendā, neque quicquam ad nos pertinere: cū mors ſit ſenſus priuatio, & ſenſu tantum malum bonumve percipiatur. Itaque non eſt mors, quan diu homo eſt: cū autem a deſt mors, iā homo eſſe deſiit. ſic nec ad viuos, nec ad mortuos pertinere poteſt. Virtutem miris præconiis efferebant, & vnicam tantum eſſe diſputabant, in ſpecies diuiduam iuxta animæ facultates: Sicut lumen ſolis figuris carens, figuras contrahit ex ſpecularibus & fenestris per quas tranſit, ita conſiliorum maturitate effici Prudentiam: Iuſtitiam, ſuum cuique reddendi volūtatē: Fortitudinem, mentis conſtantia: & Temperantiam denique, ſedatione & ornatu cōgruo: quæ omnes licitæ affectiōnes velut aureo rationis vinculo connexæ & coniuñctæ ſint diuinitus, vt liquet ex Iuſtitia, quam imprudens & alieni immoderatus appetitor nunquam conſequetur. Quamuis autem Iuſtitiam ſummoperè laudarent, legum interpretationi minimè inuigilabant vt Druides, ſed iactabant ſe præſtatu-

præſtatuſſimos frequentiſſimis auditoribus, vt id ſponte facerent, ad quod legum minis alij adigantur. Sed cū pigeat homines gratis probitatem ſequi, nec niſi præmiis excitati aut pœnis deterrii equo & bono obediant, idcirco factum eſt, vt apud Gallos Iuriſperiti in magno pretio ſemper extiterint, tanquam incolumitati Reipublicæ & priuatorum ſecuritati valde conſulentes. Et quia aluntur artes gloria & præmio, & ad eas certatim incenduntur omnes, quæ tum vulgo, tum optimatum iudicio lectiſſimæ & laudatiſſimæ habentur, illustrata maximè fuit Iuriſprudētia ab ingenioſis iuris enarratoribus, & regum Gallorum ſalariis propoſitis: quæ in tantum augeri contigit, vt non Philoſophis frugalitatem commendantibus, ſed magnificis & luculentis Principibus eroganda viderentur.

SANE Longho & Bardus iunior, quorū antea meminimus, honoraria profeſſorum, laudēſq; ſuas poſitiſſimum amplificarunt, & inuiti poſteris mentiendi præbuerunt occaſionem. Nullus enim eſt, qui à Longhō & Bardo non ſibi iam perſuaſerit gentē Longobardorum trans Alpes iam pridem ſitam nomen accepiffe, cū veriùs ſit natio Germanica Sueuis cōtermina. Habitant, inquit Ptolemæus, Germaniam à *Lib. 2. Geo* ſeptentrione iuxta Rhenum, Buſacteri, Sicambri: ſub *graph.* his Sueui, Lāgobardi: (ſic enim ſcriptum eſt, λαγὸβάρδοι:) deinde Tingri & Ingriones inter Rhenum & Aunobęos montes. Cornelius Tacitus librum edidit de moribus Germanorum, non hoc prætermiſſurus.

Is refert Sueuorum nobilissimos Semnones habitos. Adiicit, inquit, auctoritatem fortuna Semnonum: cētum pagis habitatur, magnoque corpore efficitur, ut se Sueuorum caput credant. Contra Langobardis paucitas nobilitasque, quod plurimis ac valētissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed preliis & periclitando tuti sint. Et alibi Tacitus nusquam nisi ^{lib. 2.} ^{Annual.} Langobardos recensuit. sed concinnitas utriusque nominis mellitum errorem induxit. Poterat similiter quisquam ementiri, ut Semnones Germani Senonibus Gallis aut dedissent originem, aut traxissent. sed nos vera, non modò verisimilia amplectimur.

SE D redeūdum est ad professorum cuiuslibet discipline, præsertim ciuilibus, stipendia per reges Gallorum, maximè Tolosatum, aucta: paulatim per Duces ac Comites perseueranter non minus quàm liberaliter distributa, quoad ventum fuit ad Alphonsum Pictonum Comitem, fratrem Diui Ludouici regis, in cæleste regnum indigetis cooptati virtutum potiùs quàm Pontificum suffragio: cui Iana nouennis vltimi Raymundi Tolosæ Comitis filia sponfa, in manū tandem conuenit paternæ ditionis, regno parum absimilis, heres. In cuius matrimonij conciliatione, ad abolendas bellorum iras, quæ diu res Tolosanas attriuerant, pacto conuento inter præcipua fœderum ^{* Lutetia} capita actum est, ^{anno} vti Academia Tolos. consuleretur ^{1218.} salariis Marcarum quatuor miliū præstitutis ex ^{mese} pro- ^{prili.} uentu Comitis Tolos. in proximum decennium. Est autem Marca, talentum Gallicum argenteum in am-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 46
biguo, nisi expressim aureum designetur: inde appellatum, quia præsci Galli Marcam equum vocabant, & Trimarcisiâ voce patria, equestris pugnae institutionem Brenno duce vtitatam, qua fessis aut faucibus integros certo ordine succenturiabat, Persarum imitatione, ut Pausanias eleganter explanat in Phocicis. Cuiusmodi Romanam in acie milites fuere, qui Optiones dicerentur, sufficiens agris & impeditis. Ideò autem talento inditum Marcæ nomen, quod certo argenti aurive ponderi Marcæ, id est, equi nota fuit impressa, pondus legitimum significans. Equus autem Soli adhiñnere videbatur alacriter, propterea quod olim veteres equum Soli sacrificare consueuerant. quod genus victimæ perrexisset ad Francorum vsque seculū Agathius testatur, vbi desitū in Gallia & Germa- ^{Lib. 1. de} ^{bello Gerh.} nia ab eo more equos & boues & infinita eiusmodi pecora sectis ceruicibus immolandi, Francorum salubri conuersatione retulit. Cuius quidem sacrificij ratio, si modò rei vanæ ratio vlla reddi potest, ab O- ^{Lib. 1. Fa-} ^{stor.} uidio allata est:

*Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum,
Ne detur celeri victima tarda Deo.*

Diomed equum candidum Venetos, ut numini, ^{strab. lib.} ^{5. Geogr.} mactasse accepimus, & id honorificum duxisse: sicut Mylij, qui cum M. Crasso conflixere, statim ante aciem immolato equo concepere votum sanequàm barbarum, ut caesorum ducum extis litarent, & vescerentur: nec tubam sustinere potuerunt inani sacro, ^{Luc. Flor^o} ^{lib. 4. cap} ^{12.} quod pridem oblitteratum religioni Christianæ ces-

Niceph. hist. eccl. lib. 7. cap. 46.
 fit: præcipuè posteaquàm magnus ille Constantinus Imperator monetæ suæ Crucem insculpi & imprimi iussit, à cuius imagine quamplurima sibi prospere obtigisse compererat. vnde etiam à iudiciis Romanis Crucis supplicium abrogauit. Id persequè reges Galli in signata pecunia obseruarunt. Solem tamen vnà cum cruce aurea retinuerunt, vestigio quodam antiquitatis, & quia is Dei filio simillimus est radiis & beneficiis. nam & Plato Solem boni filium dicit, què ipsum bonum sibi genuerit consimilem. Cæterum hodie Sol nūmo numerabili imprimitur, olim ponderi accommodabatur nondum percussa pecunia, cum res inuicem permutarentur, aut emerentur pretio rerum in pondere, numero, mensurave consistentium: vt tauro, argentove infecto, aut ære rudi in pondere, bobus & pecoribus. sicuti cum Iacob emit partem agri à filiis Hemor centum agnis, seu nouellis ouibus, quò deinde Iosephi ossa ex Ægypto transferri accidit. Alij emebant Siclis in viginti particulas secundis. Siclus enim priusquam trāsiret in nummum, pondus extitit, & talenti Hebraici genus: quanquam & talenta vsurparentur pondere, qualia decem argenti puri puti se credidisse Gabaëli Tobias testatur. quo tamen vtitur Plinius, Gallicum frumentum vt leuissimum commendans, non excedens in modium vicesas libras. Si quis, inquit, granum ipsum ponderet, adiicit Sardum selibras, Alexandrinum trientes. hoc & Sicli pondus. sed Budæus legit, Siculi. Sic apud præcipuum poetarum Achiui Lemnium vinū

Dial. 6. de Rep.

Genes. 34.

Leuit. 27.

Tob. 4. Lib. 18. cap. 7.

lib. 5. de Ass. Iliad. 7. et Ios. cap. ult. Agnis em.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 47
 coëmerunt ab Euneo Iasonis & Hypsipyles filio, ære, ferro, mancipiis:

Ἄλλοι δὲ ῥηνοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν.

hoc est, alij verò pellibus bubulis, alij bobus ipsis. vt liqueat boues pellitos fuisse animalia, non pecuniam bouis nota signatam, vt Budæus Plutarcho credulè assentiens perperam suspicatur. hic enim Theseum mauult nūmum percussisse boue inciso ob Minois fortè taurum: ad quem vulgò referunt illud prouerbij, Bos in lingua. perinde ac pecunia non sinat corruptos oratores eloqui. sed certè ad pòdus animalis linguam celerrimam compescentis pede graui referri decet. Etiamnū Galli passu bubulo tractari debere seria vulgò dicunt. Et Theognis de animali aperte loquitur, his verbis:

Βῆς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῶ ποδὶ λαξ ἕπιβαθεῖς ἔχθ' κατόλλῃ. id est, Bos mihi in lingua

forti pede calcitrando insiliens vetat nugari. Ceterū si Theseus autor monetæ Græcis suis extitisset, idque Athenis vbi regnavit, iam quidem Troiano bello, quod multò post secutum est, nummi vsus propter facilem & perpetuam rei æstimationem fuisset plausibilis: nec æs, aurum, aut argentum tam serò signari cœpisset puppis nota & Iani gemini, ob eius in Italiam nauigationem: quanquam & ipsum Ianum seu Liberum Patrem emere ac vendere instituisse exploratum habeam. Sed Athenæus deceptus est, quòd putauit ab eodem æs primò signatum, tãquam non nisi pecunia numerata empta essent antiqui. Libet in di-

preio fit. vbi Pagninis interpretatio teiuna est

Plin. lib. 7 cap. 56.

Lib. 15. cap. 19.

uerfum Cæfaris testimonium subiungere de Britan-
 Lib. 5. de
 bell. Gall. nia scribentis. Utuntur, inquit, nummo æreo aut an-
 nullis ferreis ad certum pondus examinatis pro num-
 mo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis
 regionibus, in maritimis ferrum. Nec Plutarchus ab-
 horret in Lyfandri vita, conticiens virgulas ferreas
 antiquitus obelificis similes pro nummis vsitatas, vn-
 de Oboli nomē manuerit. Nec est quoddam aliquis fer-
 ri vilitatem spernat, cum & de corio inductos num-
 mos sciamus Lacedæmoniis. νομισματι δὲ χρῶνται σικυτίω,
 serm. 4. inquit Stobæus: ita ut capitale esset, aurum argētūm-
 ve penes quemquam deprehendi. Nam etiam cum
 Ioannes Gallorum Rex melior quam fortunatior in
 campis Pictonicis ab Anglis parua clade magno in-
 commodo superatus esset, & in Britanniam perdu-
 ctus, eò inopiæ Gallia deuenit, ut Arietini aurei arie-
 tis effigie impressa pluribus solito assibus æstimari
 cæperint Carolo Delphino iubente, ne quicquam re-
 clamante populo Parisiaco. Nam & Solon Athenis,
 vt vulgum ære alieno obrutum subleuaret, minam
 centum drachmarum fore constituit, cum antè dun-
 taxat LXXIIII. vsitaretur: vt numero quidem æquū
 solueretur creditoribus illæsis, precio autem minus
 cum debitorum commodo: nempè aucta nummi æ-
 stimatione lege, quam σειςόφλας vocabat, id est, oneris
 leuationem. Sed & paulatim factum est, in eadem
 Philipp. Gallia captiuo Ioan. Rege mœsta & inope, vt coria-
 Cumini in Lud. xi. cap. cei nummi traiectione clauo argenteo fabricari cœpe-
 rint, auro & argento ad redimendum Regem im-

penso deficientibus. Sed & Diuū Ludouicum dena-
 rios Victoriatos, qui antea aurei cudebatur, scorteos
 110. &
 Nic. Gil-
 lus in 10. a.
 Rege. ibi
 de Aric-
 tinis. molitus est cum tenui argentea effigie: edicto pro-
 posito, vt tam priuatis quam fisco auri loco censeretur:
 quem Ioannes postea amulatus creditur, fortuna-
 næ tantisper cedens & Gallici agri ingenio, frugum
 magis quam auri, electri, vel argenti fertilitate laxi.

HINC indagare libet, quid causæ Druidas impule-
 rit, vt à se Dite Patre prognatos Gallos omnes prædi-
 cauerint: cum Dis diuitiarū Deus habitus sit. Terrena
 Caslib. 6
 de bell.
 Gall. enim omnis vis atque natura Diti Patri dicata est, te-
 ste M. Tullio, qui diues, vt apud Græcos πλάτων: quia
 Lib. 2. de
 nat. deor. & recidant omnia in terras, & oriuntur è terris: cui
 Proserpina coniunx, Cereris filia, à matre quæsitā ob-
 fruges in sinu terræ primū latent, donec pandan-
 tur, & flauescant. Quod si hæc verissima sunt, non
 vna ratio in promptu erit, cur Gallia ad Ditem gene-
 ris sui originem retulerit: ad Ditem, inquam, Samo-
 then, cuius crebra antè mentio facta est, literatura &
 opum vi florentissimum, tantiq; à posteris suis æsti-
 matum, vt Galatheus Herculis filius Gallos omnes
 Samotheos nuncupauerit, tanquam à Samothe Dite
 oriundos, & ita obstupenda maiorum nobilitate
 Berosiml.
 de regib.
 Assy. censendos. Bellissimè Plato, vel potius apud Pla-
 tonem Socrates, Plutonis doctrinam & leporem
 collaudat: hac de causa neminem huc ab inferis
 velle reuerti, neque etiam Syrenes ipsas: imò eas
 & ceteros omnes suauissima Plutonis oratione
 demulceri. Estque, inquit, proculdubio is Deus

sophista disertissimus, & ingentia confert iis, qui apud eum habitant, beneficia: cum affatim abundet diuitiis, & suppeditet, ne nomini suo non respondeat. Est præterea Philosophus non adhaerens hominibus, priusquam animus eorum corporeo vinculo solutus, malis cupiditatibus purgatus sit. Itaque longè abest ut nomē ἀδύς, quasi ἀδύς, id est, triste & tenebrosus dictū fuerit: imò ab eo quod est ἀδύς, id est, nosse pulchra omnia.

SE D iam ad exquisitas opes reuertamur, non tantum frugum & fructuum omnium, quibus copiosissime natura beavit Galliam, sed etiam ad abundantiam auri & argenti, ferri, necnon plumbi, & gemmarum aliquot: quorum omnium tam benigna mater videtur fuisse Gallia aureis illis viris, quam nunc seuera noverca apparet, cum ferrei mores emerferunt. Hoc manifestat Diodorus Siculus, quo scribente uniuersa Gallia aurum habuit absque opificio penè & labore, sed sponte nature, cum flumina è montibus labentia arenam auream passim per campos eiicerent: attritis postea glebis, quibus aurum splenderet, & aqua lotis, mox in fornacem coniectis dempta terra, donec aurum liquefceret: quo mulieres, ut viri, ad ornatum corporis promiscuè utebantur, annulos & torques inde fabricantes: & thoraces militares auro exornabantur, & brachia armillis aureis. Queritur Plinius, viros etiam in lacertis aurum gestasse, idque à Dardanis profectum: proinde Dardaniam vocari. Viriæ Celticæ dicuntur, inquit, viriles Celtibericæ. Cæterum displicet

Plato in Cratyl.

Lib. 6. de antiquor. gestis.

Lib. 33. cap. 3.

displicet id quod temerè Diodorus asseruit, Galliam ubique argento caruisse. Atqui Strabo, cum dixisset Tarbellis (quæ gens Pyreneis montibus propinqua est) summum auri effodiendi esse studium, paulò post subdit: ἡ δὲ τῶν ῥητινοῦς ἀργύρια ἔχουσι ἀργύρια καὶ οἱ γαβυαῖς. Ex quibus patet argentifodinas & artes argentarias Rhutenis & Gabaliensibus non defuisse. Quorsum plura huc congeram de argento Gallico? cum ipsemet Diodorus Pyrenè montē vocatū detexerit ab incendio sylvarum, quod subsecuti sūt argenti riuuli puri ac liquefacti manantes: nisi nobis persuadere frustra conetur, non in Galliam, sed Hispaniam versus, argentum potius defluxisse. Omitto plumbum albū sine mixtura vix utile, cœpisse Galliarum inuento incoqui arcis operibus, ita ut vix ab argento discerni quiret. Deinde plumbum argentarium ex albo & nigro conglutinatum, similiter incoctum, equorum ornamentis iumentorumque iugis in Alexia Burgundiæ opido. Reliqua gloria Biturigum fuit, qui effeda & vehicula ac petorita (ut verbo non tam Plinij quam totius Galliæ vtar) exornarunt. Nam M. Varro lib. xiiii. rerum diuinarum, Petoritum dicit esse vocem Gallicam, & vehiculi genus Transalpini penitus. Retinuere pristinæ facultatis non nihil Galliæ flumina, & aurum gignere nondum obliuiscuntur, ut Garumna, & qui in ipsum influit, Tarnis, de quo Aufonius:

Concedet gelido Durani de monte volutus
Annus, & auriferum postponet Gallia Tarnim.

In Mosella.

Cotidie exigua quædam ramenta veluti scobes afferrī inde cernimus, non tamen ad explendam auiditatem mortalium suffectura. huic enim nec Ganges Indiæ, nec Pactolus Asiæ, nec Hebrus Thraciæ, nec Padus Italiæ, vel Tagus Hispaniæ, aurifera flumina sufficerent, nec si prisca fœcunditate pollerent. Nā non sola Gallia senescente mundo & ferè effœto parere aurum desinit, sed & aliæ regiones quondam auri splendore & vbertate claræ: vt Asturum iuga in Hispania, arida alioquin, & in quibus nihil aliud nasceretur. Sic & ager Dalmatiæ Neronis ætate, tam immani & ferreo Principi aurum fundere desinit. Hinc annua nauigatione vltra anni & Solis vias ex Hispania ad quarèdū aurum vitæ pretio hodie cōmeatur, cuniculi per inuios montes aguntur ad lumina lucernarum, vt iam minus stultum sit in medio mari quarere vniones. Scitè medijsfidius Demetrius Phalereus dixit, Auaritiam vel Plutonem ipsum ex intimis terræ penetralibus se tracturam sperare. quod nunc maximè verum fiet, cum penuria auri contigit: nec opus est lege illa Censoria, qua cautum fuit in agro Vercelleni, ne plus quinque M. hominum in opere publicani haberent, quam Plinius commemorat. ac subiungit, omni auro inesse argentum vario pondere: alibi dena, alibi nona, alibi octaua parte: In vno tantum Galliæ metallo, quod vocaretur Albicratense, xxxv i. portionem inueniri: idè cæteris praestitisse, non sine Galliæ gloria. Idem Carbunculos Massilia importatos Boccho autore retulit. Gagatè

lib. 33.
cap. 4.

lib. 37.
cap. 7.

quoque & versicolores Iaspidas innasci in eadem experimur, & varios eiusmodi lapillos & gēmas, quas quidem plurimi faceremus, nisi essent vernaculæ, cū Indi margaritas fastidiant, & corallio Siculo vehementer delectentur: adèd sola gentium persuasio res aut viles, aut pretiosas facit.

RESTAT adhuc alia ratio indaganda, quæ impulit Gallos, vt se Dite Patre in Deorum albo non vltimo genitos gloriarentur. An quia vir doctissimus M. Varro vitæ regnis & ciuitatibus dixit, vt proceres, viri fortissimi, animi & corporis viribus præcellentes, se diis genitos suaderent & crederent, vt ita humana mens cœlestis stirpis fiducia res magnas moliretur, & audentius conficeret? Hinc Æneas ille Troianus Veneris filius lepido commento habetur: & Romul' Martis & Rheæ Syluiæ Vestalis proles: & filij Dei, Mose attestante, connubia mortalium mulierum elegerunt, quæ perpulchræ erant. vnde geniti homines plus æquo insolentes, omne fas & nefas miscentes: quorum facinora similia essent eorum, quæ de Gigantibus calce cœlum ferire minantibus, ipsūque pertundere, & numina deturbare nitentibus, Græci tradiderunt. Angelorum filios Iosephus ^{lib. An. tit. 1. cap. 4.} putat: vt ita Angeli ipsi pro Dei filiis accipiantur, sicuti Pindarus, cum deos immutabiles & ad malum inflexibiles inquit, ^{in Isth. mjs. ad. 3.} τῶν ἀσθεῶν ipsos vocat, deorū nempe filios, pro diis. Ediuerso flores inscripti nomina regum Virgilio vsurpantur, pro regum liberis, Hyacintho vel Aiace, in florem versis, vt est in fabulis.

Atqui Plato in Cratylo, cenſet Heroas omnes ex deo-
rum amore erga mulieres, vel virorum erga deas, fuiſ-
ſe genitos, & nomen accepiffe *Σὸς τῶ ἐρωτος*, id eſt,
ab amore. Suidę verò placet filios Dei pro filiis Seth
eruditi, & cœleſtium rerum conſcij autoris, accipi,
qui Caini filiabus miſti, Gigantes genuerint robu-
ſtos, ob iuſti deſenſionem, vel ob ad iniuſtitiam ef-
feratos. Sanè cœleſtis homo Melchifedech rex Salem
cùm ſe diis genitum dicere vereretur, interim iuſti-
tię cultor aſſiduus, ignotis parētibus ac penè ſine il-
lis eductus, creditur. quod ego ipſi beatiùs obtigiffe
reor, quàm Alexandro Macedoni, qui dum ſe homi-
nib⁹ ſubtrahere, & diis exæquare ſtudet, in intolerã
dam hominibus & diis ſuperbiam incidit: nihil non
agens, vt Hammonis Iouis filius haberetur. De quo
quæſta ſæpiuſculè Olympia mater, quia ſe Iunoni
pellicem inſimulari doleret à filio victoriis ingenti-
bus & aſſentatorum blandimentis ſupra fidem elato:
adeò vt Draconem ſibi parentem nonnunquam fin-
geret, non ſecus atque P. Scipio Africanus, qui Hã-
nibalem & Carthaginienſes in Africa bello Punico
ſecundo vicit: cuius mater diu ſterilis, anguem ob-
dormiens experta amatorem marito abſente, diuinę
virtutis puerum enixa eſt. Sed talia oſtenta vtrique
admodum profuere, vti vel res maiores gerendas ag-
grederentur, vel leues & ſuperſtitioſas gentes ad pa-
rendum diuinitatis opinione vrgēte adigerent. quã-
quam nequeo ipſe non laudare Philippi verè ipſius
Alexandri parentis moderationem & prudentiam:

In diſt.
vñ.

Paul ad
Heb. cap.
7.

A. Gel-
lius lib. 7.
cap. 3.

qui cùm in Charonea fu-diſſet Athenienſes, nihil in-
temperãter egit belli & fortunę ſucceſſu euectus, ſed
puerum è ſatellitio regio præfecit, qui cotidie, vbi
diluxiſſet, inclamaret: Philippe, homo es. Hoc ferò
filius probauit, vt quem

Post ortus obitusque fulminatos,

Anguſto Babylon premit ſepulchro, vt inquit Staius.

CELTES rex poſt Luci parentis mortem etiam-
num adoleſcens regno feliciter inauguratus eſt: cuiùſ-
que animus ſenum probitate & ſcientia gaudentium
monitis obſequens, tanquam ager fertilis & benè ex-
cultus, concepta virtutum ſemina, & conſiliorum ſe-
getem honeſtiſſimę laudis protulit: præſertim cùm
ipſe eſſe quàm videri bonus ciuib⁹ ſuis mallet. Ita-
que ei accidit id propè, quod poſtea. M. Catoni apud
Salluſtium, vt quo minus gloriam peteret, eo magis
illam aſſequeretur, dum cum ſtrenuo de fortitudine,
cum modoſto de pudore, cum innocente de abſtinẽ-
tia, certaret. Vno denique ore & conſenſu populorũ
eò itum fuit, vt à nullo potiùs rege Gallia quàm hoc
ſenilis mentis iuvene, nomenclaturam ſempiternam
ſumeret, & Celtica impoſterum diceretur, propagato
in dies celebri titulo & limite. nam Celta ſeu Celtes
idem quod Illuſtrem ſignificat. Phœniciam vocem
eſſe quidam putarunt, vt tamen à nomine regis ama-
bilis & admirandi appellati Celte fuerint, quemad-
modum Berofus notat, nec diſſitetur Marcellinus
& Strabo, Eos, inquit, Gallos, qui Narbonenſem re-
gionem colunt, Celtas antea nominabant, à quibus

Alian.
lib. var.
hiſt. 8.
cap. 15.

Annius
Berofus in-
terpres in
lib. de re-
gib⁹ Af-
fr.
Lib. 15. re-
rum geſt.
lib. 4.

vnuerfos Gallos à Græcis Celtas vocatos opinor, *Ἰσθμὸν Ἰσθμίωνων* vel à Mafiliensibus vicinis. nam nullo tempore non aliis Gallis præcellentes, & domi ac militiæ præpotentes fuere ij, qui Celtæ propriè sunt. quod Cæsar dilucidè ostendit. Gallia, inquit, omnis est diuisa in parteis treis, quarum vnã incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli, appellantur. hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Mox subdit, Belgas horum fortissimos, quia minus compta & culti, atque, vt arbitror, eruditi. Coniecturam huius rei inde facio, quia idem Cæsar Gallos Græcis literis vulgò vsos alibi recitat, & tamen paulò antè Neruios Belgas in Flandriæ finibus, earum profus imperitos declarat. Venit, inquit, magnis itineribus Cæsar in Neruiorum fines: ibi ex captiuis cognoscit, quæ apud Ciceronem gerantur, quantòque in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis præmiis persuadet, vt ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc Græcis conscriptam literis mittit, ne intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur. Proinde soli Gallorum Celtæ genere quodam excellentiæ Galli dicebantur: & eorum clarissimi Hedui, vt Aquitanorum Ausci, Belgarum Treueri. Rhenus Belgas terminabat. Ex quo fateri necesse est, Celtarum nomen inclytum metas Galliæ à natura præstitutas longè ac latè tran-

*Lib. 6. de
bell. Gall.
cap. lib. 5.*

*P. Mela
lib. 3. cap.
2.*

siluisse, & vix Germanico Danubio coercitum, aut Italico Pado. Vtque res ipsa, vix à doctissimis perspecta, liqueat, Agrippæ regis elogium in Gallos honorificum adferemus. Is namque Iudæos rebellionem meditantés aduersus Neronem & Rom. Imperium à proposito reuocare studens, qui debellati à Pompeio Magno hæreditariã obedientiam abiicere, sine viribus, sine consilio, sine opibus tantæ audaciæ suffecturis, conabantur, omninò id agit sua oratione, vt quamplurimas gentes multò ditiores & potiores ipsis ponat ob oculos: quæ olim ne domesticum quidem dominum agnoscentes, tunc sponte exarmati Romanis obsequerentur. Veruntamen, inquit, si aliquos magnæ causæ ad defectionem incitare deberent, Gallos potissimum oporteret insurgere; quos scilicet tantis munimentis natura cinxit: ab orientali plaga, Alpium iugis: à septentrionali, Rheno flumine: à meridie, Pyrenæis montibus: ab occasu autem, Oceano. Sed tali munitione freti, trecentis & quindecim gētibus numerosi, fontes (vt sic dixerim) felicitatis domesticæ habentes, omnibusque bonis totū penè orbē irrigantes, ferunt tamen se vectigales esse Romanorum, ac felicitatem suam in eorum felicitate reponere. haud sanè per animorum molliem, nec propter ignobilitatem parentum, quippè qui octoginta annos pro libertate pugauerunt: sed Romanorum admirati sunt, & horruerunt cum virtute fortunam. Hæc Agrippa bellè diduxit: omisit tamen quintum litem, nèpè mare

*Joseph. lib
de bell. Iud.
cap. 2.
cap. 16.*

mediterraneū, à promōtorio, vbi Pyrenæa Veneris e-
des & port⁹ in Hispaniæ confinio, Africā ab Europa
discludēs: ex quo Narbonēsem Galliā maritimā præ-
donibus Afris plerumque infestatam vidimus. Quin
etiam eadem Punicæ incurfiones in eodem maris
finu, Carolo Magno Gallis imperante, Mau orū au-
xilio non mediocrem iacturam Galliæ inuexerunt:
tandem fusi & fugati in Tuscum mare, ac cedere
coacti, in proprios fines modica præda & tenui lau-
de onusti reuerterūt. Pausanias in Atticis de Olbia-
de scribens, qui irruentibus in Græciam Gallis, ducē
se Atheniensium præsidio ad Thermopylarū ingres-
sum præbuit, Gallos ipsos ad vastum mare in extre-
mis Europæ oris deguisse narrat, & intra eorum fi-
nes Eridanum fluuium perlabi, casu Phaëtonis no-
bilem. Verū, inquit, vt Galli appellarentur, serō
vſus obtinuit. Celtas enim tum ipsi se, tum eos alij,
antiquitū nominarunt. Hi contractis vndecunque
copiis ad Ionium mare conuerſi, omnes Illyriæ &
Macedoniæ ac Theſſaliæ populos oppreſſere. Hinc
pateſcit, Celticum nomen Galliam Togatam Transal-
pinam comprehendisse, quod Silius Italicus liquidō
probat, & simul diuerſum in latus tendens Boios,
quos Bauaros nominamus, trans Rhenum cōplecti-
tur, & Hānibali contra Romanos subsidio fuiſſe ait:

*Iam verò Eridani tumidiſſimus accola Celtæ
Incubere malis iterum, veteriſq; doloris
Tota se socios properarunt iungere mole.
Sed fas id Celtis, fas impia bella referre*

Boiorum

Boiorum populis.

Et alibi idem Silius: Lib. 13.

At Celtæ vacui capitis circundare gaudent

Oſſa, nefas, auro, & mensis ea pocula ſeruant.

Nec vtique de Celtis citra Alpes Rhenūque iſta
referuntur, ſed de vltioribus, qui Gallæ vel Celticę
gloriæ dulcedine illecti, eoſdem ſe cenſeri, ſaltem
appellationis communionē, gaudebant. T. Liuius
bellum L. Poſthumio & T. Sempronio Graccho
Cōſulib. geſtum memorans, & de Boiis ſeu Bauaris
verba faciens, Poſthumius, inquit, omni vi ne capere-
tur obnixus occubuit: Spolia corporis, capūtque du-
cis præciſum Boij ouantes templo, quod ſanctiſſi-
mum eſt apud eos, intulere. Purgato inde capite, vt
mos iis eſt, caluam auro celauere: idque ſacrum vas
iis erat quo ſolem nibus libarent: poculūque idem
ſacerdotis eſſe ac templi antiſtitibus. Præda quoque
haud minor Gallis quàm victoria fuit. hec Liuius.
Cæterū Carolus Magnus cū audiſſet Nicephorū
Orientis Imperatorem à Bulgaris, quos bello laceſ-
ſerat, ſuperatum, vehementer indoluit, quòd Cru-
mus eorum dux victoria nimium elatus Nicephori
caluariam argento induxerit, eaque pro calice vtens
inſuſum vinum ſociis propinauerit. tametſi non i-
gnoraret Carolus Nicephorum, Irene Auguſta per-
dolum ac vim pulſa, ſibi ad diadema gradum feciſ-
ſe, vectigalibus magis quàm virtutibus augēdis ſtu-
diſſe, fauiſſe Manichæis, re quidem Chriſtum ne-
gantibus, quem verbo tenus colerent: Solem adoran-
dum prædicantes, fatum pro libero arbitrio aſſeren-

Decad. 3.
lib. 3. Zo-
nar. lib. 2.

Zonar.
tom. 3.

Epiphan.
lib. 2. to.
2. contra
hæref. ca.
66.

Autor
Enginbar-
tus in vi-
ta Caroli.

Lib. 11. de
bell. vumi-
co.

tes: non multum à Pythagorę transmutatione alieni,
 Manem quendam libertinum vāsanię autorem inse-
 cuti, qui semetipsum Spiritum paracletum dicere nõ
 fit veritus, librum scelestum sic inchoans: Erat Deus
 & materia, lux & tenebrę, bonum & malum. atque
 ita duõ principia contraria præstituens, nec Deum
 boni vnicum fontem agnoscens. Sed cum Perfarum
 regis filium agrum frustra se instaurare posse assen-
 uerasset, circulator nefarius cute detracta & stipulis
 referta pœnas dedit, teste Epiphanio. Nihil miran-
 dũ, si exhausto cerebro tanta peruersitate, Nicepho-
 rus hosti atrocissimo poculũ præbuerit. Scythę au-
 tem non hostium, sed parentum aut amicorum per-
 politis capitibus à morte inauratis bibũt: imò intro-
 spiciunt, frontem ac verticem interim suam manibus
 attollentes. quod genus barbarę magnificentię nun-
 quam Gallis Celtisve intra eos terminos, quos eis ve-
 rē natura præscripsit, placuit: non magis quàm mas-
 culorũ amores, quos ipsis exprobrat Aristoteles, qui
 hallucinandi Athenęo causam dedit: Celtę, inquit,
 cum mulieres pulcherrimas habeant, magis puerili-
 bus amoribus gaudent, ita vt nonnulli super pellib^o
 cum binis catamitis concumbant. Idem Aristoteles
 alibi, pudendo prorsus errore, negat in Celtica regio-
 ne, vt Scythica, propter immodicũ frigus asinos in-
 ueniri. quod vix asinus quisquam, licet hebes & stu-
 pidus, effutiret. Non inficior ipse Druides asinum
 contempnisse, & odisse, tanquam animal solum, non
 factum harmonię modis, & nullo sensu ad lyre so-

uR. ffn.
 lib. 1. hi-
 stor. eccle-
 siast. cap.
 22.

Plato in
 Euthyde-
 mo.

lib. 2. Po-
 litic. cap.
 7.
 Lib. 13.
 cap. 26.

Lib. de
 hist. ani-
 mal. 8.
 cap. 28.

num idoneum, proinde absurdam beluam: sed tamē
 arationi & admiffurę commodissimam nemo non
 experitur. Vnde Claudianus vetus poëta mulas patre
 non solertiore genitas in Gallia, sic laudat vt celeres
 & dociles: *Claudian.*
in epigr.

Aspice morigeras Rhodani torrentis alumnas,

Imperio nexas, imperioque vagas.

Dissona cum varios flectant ad murmura cursus,

Et certas adeant voce regente vias:

Et paulò pòst:

Consensuque pares, & fuluis pellibus hirtę,

Esbeda concordēs multisonora trahunt.

Miraris si voce feras pacauerit Orpheus,

Cum pronas pecudes Gallica verba regant?

Et hodie nihil vsitatius mula mulõve reciso inter
 proceres viros: licet Horatius innuat frugali vita v-
 tentibus olim magis conuenisse, dum sua se tenui for-
 te contentum beatũmque describit: Num, inquit, mi-
 hi curto ire licet mulo. De Ponto igitur, non de Gal-
 lia temperatissima Aristoteles id promere debuerat,
 vir alioquin reprehendendi cupidissimus, qui nec
 Platoni præceptor iam tum superstiti pepercit: quę
 ferunt propterea molestę tulisse, ac dixisse, sic recal-
 citrare Aristotelem philosophicis educatum, vt in
 matres pulli solent. Quod si nobis tanta carpendi li-
 bido esset, facilè redargueremus quod idem Aristo-
 teles fabulosè admodum tradidit, Pyrenem montem
 ad occasum solstitialem in Gallia Danubium atque
 Tartessum flumina deiicere; hunc extra Herculis co-

Lib. 1.
 Meteor.
 cap. 13.

lumnaserumpere, illum per vniuersam Europam profluentem, se demum in Euxino condere. Tartesium fluuium, vt urbem eiusdem nominis, in vltima sanè Hispania esse sinam: quæso quis è diuerso nescit Danubium nec Europam mediam præterfluere, nec ex Pyreneo monte Garumnæ nostri parente scaturire: sed extra Celtarum fines è monte Abnoba Germaniæ, multis vltra Alpes milibus, infinitis à Pyreneo stadiis, ac tum nomen mutare cùm Illyricum attigerit, & Istrum nominari, & in pontum per innumeras gentes & regiones vasto aquarum agmine proœlui, nusquam Celtarum campos irrigantem: quâuis ex iis, quæ attuli, perspicuum sit Celtas seu Gallos tripartita significatione censerî: interdum angustè & propriè ab amne Garumna ad Belgarum tractum: rursus aliquanto laxiùs, vt etiam Belgas ipsos ad Rhenum vsque cõtineant: & nouissimè ad eò diffundi, vt Rheno traiecto Boios & Sueuos vsque protendantur, nec Alpium iugis contenti Galliæ togatè gentem absorbeant. Sic Græciæ siue Helladis vox, modò in genere, modò in specie vsurpatur. Ante Hellenem Deucalionis filium, inquit Thucydides, suum cuique genti nomen erat, vt Pelasgis, Argiuis, Achæis: Hellene autem, cuiusque liberis rerum potitis, omnes maximè linguæ commercio, Hellenes, id est, Græcos vocitatos. Adhæc P. Mela de Isthmo loquens, Hoc illi cognomen, inquit, est, quia quinque milium spatio Ægeum mare ab Ionio submouens angusto tramite, Helladi Peloponesum an-

*lib. 1. bell
peloponesus*

*lib. 2. cap
3.*

nescit. Asiam quoque minorem, id est, Phrygiam, Priami florētis ditionem, à tertia parte orbis discludimus, & *τὴν Ἰνδοῦ Ἰβήρω* ab Africa vniuersa, quæ Libya quoque est in genere, vt placet Ptolemæo, & Mauritaniam, Cyrenaicam, & Ægyptum, & mox Libyam interiorem continet.

Admirabilem fuisse oportuit Celtam regem, & virtutibus cumulatissimè decoratum, cuius nomen tot & tam præclaræ nationes ambierint, & ætatis imbecillitatem animi maturitate pensasse, nec luxui, nec inertia se mancipasse, sed iaculando, equitando, consulendo, senes robur mentis & corporis aluisse. Planè si quisquam regum ante ipsum Celtis imperasse legatur, non eò spectat, quasi nō ipse primus Celticæ nomen accommodauerit: sed *ἡ ἀρχὴ τῆς Ἰστρίας* auctori conceditur quædam ex sua persona dicere, quæ accidisse postea scire potuit. Vt cùm Palinurus ille Virgilianus obsecrat Æneam, vt terram iniiciat sepulture, & portus Velinos requirat: quos quidem poëta nouit, non Æneas, cùm Velia opidum Seruio Tullio regnante Romæ post annum amplius sexcentessimum conditum fuerit in agro Lucano. Eodem pacto M. Cato in Originibus scripsit, Ianum cū Dyri & Gallis progenitoribus Vmbrorum rate cum colonis per Tyberim vectū, & ad leuam Tyberis Hetruriam tenuisse. Certè cōstat Tyberis nomen Catoni quidem cognitum, Iano inauditum fuisse & Italis: donec Tyberinus Capeti Latinorum regis filius ex Æneæ minoribus, traiectu Albulæ fluuij submersus, celebre poste-

*cell.
lib. 10.
cap. 16.*

7. *Liui.* ris nomen ac flumini perenne reliquit. Non aliter
lib. 1. Berosus, anno Nini x. Ianum ex Africa venisse in
Lib. de Celtiberos Hispalos recenset, ibique duas colonias
reg. Babyl dimisisse, post in Italiam migrasse. At Celtiberi innum-
 meris post Ianum annis appellari coepere, cum pri-
 mum Celtæ ultra Pyrenem armis transgressi, Iberos
 suppeditarunt, præcipuam gentem Hispaniæ. Cate-
 rum nemo improbet, quod pro vero scripsi, Celtam
 adolescentulum ardua & consulta negotia feliciter
 expleuisse: sed potius reputet occulta quædam vir-
 tutum semina Regibus ingenita, quæ si adolescere si-
 nantur, repente fructum ferant industriæ & gloriæ
 supra aliorum mortalium facultatem, & ante tempus
 naturæ legibus præstitutum, quasi præcoci fruge. Id-
 circò Salomon paruulus puer sapientiam prudenter
 3. *Reg. 3.* petit à Deo, ut iuste imperare possit: & immolatis
 mille hostiis sensit se litasse, ac feliciter exorasse. I-
 gnatus martyr Antiochenus Salomonem vix duo-
 decimo ætatis anno regno potitum, terribile illud &
 diiudicatu difficile de duabus mulieribus pro filio
 4. *Reg. 22* dissidium terminasse refert, & sententia non minus
 23. arguta quàm æqua controuersiam valde ambiguam
 diremisit. Iosiam octenem regnare incepisse scim⁹,
 neque pedem vnum à iustitiæ & veræ religionis via
 recessisse: deorum vanissimos ritus & sacerdotes ex-
 terminasse: altaria & equos Soli consecratos sub-
 uertisse: & lucos succidisse, in quibus verus cul-
 tus impia superstitione profanabatur, ut populus
 Deum verum, cœli, & Solis, & mundi totius

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. I. 56
 autorem cognosceret, & coleret. Sex annos vixdum
 natus Achilles feroces leones sagitta trucidauit & a-
 pros, adeò vt Dianæ & Mineruæ mirabilis esset, feras
 sine retibus & canibus, pedum velocitate & manuum
 robore conficiens, & se Peleo rege parente dignum
 per omnia exhibens, si Pindaro credimus, vt Zona-
 re de Romulo: quippè qui annorum duntaxat xviii. *In Ne-*
 urbem Romam in eo loco condiderit, vbi Faustu- *meis, od.*
 lus educator habitarat, postquam collectitia pasto- *Tom. 2.*
 rum manu Amulium interfecisset, & Numitori a- *Annal.*
 uo Albanorum regnum restituisset, & augurio Re-
 mum fratrem vicisset in mote Auentino, vt urbem sibi
 cognominem potius extrueret. Nam, vt ait Ennius,

Certabant urbem Romamne Remamne vocarent.
 & mox: *- simul aureus exoritur sol,*
Cedunt ter quatuor de cælo corpora sancta
Auium, præpetibus sese pulchrisq; loca dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse priora.

Ita prior regnum stabiliiuit & potior, quia Remus
 sex tantum vultures vidisset. Tantumdem ætatis a-
 gebat ferè Alexander, cui post ex rebus gestis Magno
 cognomentum fuit, cum studiis literarum & bello-
 rum excelleret, equumque domitaret Bucephalū, &
 contra solem ipsum sisteret, quia umbræ motu ob
 oculos obuertantis sensisset consternari: cumque A-
 ristoteli operam daret, querereturque quod Aristote-
 teles Aufcultatorios libros vulgasset, quos decebat
 vt secretiores à rege solum intelligi vt præstantif- *L. Gell.*
 simo, & qui eleganti epistola, filo tenui & tereti cõ- *lib. 10.*
 cap. 4.

textu, id significauit. Vix sextumdecimum agebat annum, dum Philippo patri ac subditis non sine admiratione quadam amabilis esset propter egregia huiusmodi facinora. Mox vicefimo, Macedoniae regno successit, & maiora longè adorsus est. Facile id cõstitit ex eo, quòd cū magnas eluctat' itineris difficultates ad delubrum Ægyptij Ammonis peruenisset, Sacerdos eum puerum seu filiolum salutauit tam humanè, quàm audacter Demosthenes appellare solebat adolescentulum: contrà Alexander, Pro Atheniensium, inquit, muris me virum præbebo. Non præteribo Octauium Augustum, qui à Consulibus ad seipsum, Cæsaris parentis inceptis persistens, transfuit Rom. imperium, Consulatū iniuit pridie quàm viginti annos impleret, collega Q. Pedio, post urbē conditam annis D C C I X. Ideò M. Tullius, qui Augusti conatibus valde fauerat, se facti poenitere, in quadam epistola testatur. Ego, inquit, Rempubl. fefelli: ego ipse Senatum sibi manus afferre coëgi, cū te Iunonium puerum, & matris tuæ partum aureum esse dixi. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vastares urbem incendio, Italiam bello: qui castra in templis deorum immortalium, Senatum in castris habiturus esses. Nimiùm profectò Tullius verus ariolus fuit, & præfagiuit eius animus, adolescentis supra ætatem audacis & cauti solertia statum Reipubl. commutatum iri, & regnum ei portendi. Planè optimates Gallorum melius de Carolo Simplice (sic enim ei agnomen ex bonitate naturæ & morum candore)

Ioan. Machus in
vita A.
lex. &
Plutarch.

Roll. va-
terculus
lib. 2. hist.

dore) ominati sunt, & cõmuni consensione per Fulconem Rhemensium antistitem inungi & corona insigniri curarunt anno ætatis duodecimo, aut ad summum, vt aliis placet, decimoquarto. Ephebus hostibus terrori fuit: suis autem charissimus perstitisset, si postrema prioribus respondissent: nec molliter iure regni se abdicasset, cedens Rodulpho. Burgundia regi, Ludouici transmarini filij proprij immemor: quem tamen paucis post annis Galli in solium patrum reducerunt ex Anglia, vbi cum rege auunculo anceps & inglorius degebat. Carolus ille tertius tam teneræ ætatis rex acclamatus præiudicio postmodum fuit, vt Carolus sextus regno inauguraretur eodem pubertatis nondum inchoantis anno: vtque clientum & fœderatorum sacramenta colligeret, & se omnino præberet regem, exemplo Diui Ludouici, quem Io. Marcus, regius in Senatu Parisiensi aduocatus, pacandi regni gratia, & proceribus de gubernatione rixatibus, citeriore tempore sceptro potitum pleno iure, graui & facūda oratione demonstrauit, quā senatus cõsulto patres cõscripti firmarunt. Vnde & regi & populo valde gratiofus fuit, non tamen fortunæ. Nā demū vix causā cognita capitalem passus est sententiam, magno omnium luctu, præsertim studiosorum & literatorum hominum, quos non semel ipse ab Ambrioti præfecti Parisiensis insidiis & violentia eripuerat. Sed quia plebs leuiter fortunam sequitur, & damnatos etiam in fontes odit, causabantur plerique Mareum nimis fuisse popularem, & sacerdotibus nõ

P. Amil.
& Nic.
Gill.

Nic. Gill.
anno Christi
1380.

fatis propitium, dissimulantes interim Burgundiæ & Biturigum Ducibus non perinde gratum extitisse. vnde tota seges calumniæ. Nec immeritò dixit Solon ille legislator, nec minus sapiens quàm Carolus quintus rex, huius sexti pater, à cuius consiliis Mareus diutissimè & saluberrimè fuerat, eos qui apud reges autoritate valerent, similes calculis, quibus ad supputandas rationes utimur. Vt enim hi interdum maiorem numerum, interdum minorem significant: ita regum asseclæ, & qui claris in aula honoribus fulgent, repentè obscuro & ignobiles fiunt, iniusta nota, publicatis opibus, adempta vita, non magis propter delicta propria quàm propter principum leuitatem, aut inuidorum insimulationes. Scimus utique reges diuinitus edoceri, nec solum Minoem Iouis fuisse discipulum, eiusque familiarem ab Homero vocatū, sed & alios instinctu quodam afflari præ cæteris mortalibus. *Οὐ δὲ δὴ τοὺς βασιλῆες*, inquit Hesiodus. Si igitur à Ioue reges peculiariter sunt, iam animo prævalent, ut idem vates innuit, vbi Calliopen Musarum excellentissimam venerandos reges comitari canit, & eorum linguæ dulcem cantionem instillare, ut ius & fas rectis iudiciis ab iniquo possint discernere: vsque adeò Deus curam habet, *διοσφείων βασιλῆων*, ut eius verbo utar. Et Deus, ut reor, libentius fauet præcellentibus principibus, quàm aliis à se educatis: sicut medicus peritus & eximius libentissimè sanabit oculum multis circumspicientem & vigilantem, qualis est rex multorum nomine sollicitus & peruigil, quasi

*vide Plu-
tarch. in
lib. Cum
principe
philoso-
phandum
esse.
In Theo-
gon.*

publicus quidam Philosophus. Sed regibus studio-
sissimè cauendum est, ne Dei gratia singulari & cœ-
lesti munificentia ingratisimè abutantur, neve spiri-
tum extinguant, ut cum Apostolo loquar. quemad-
modum fecit Salomon regum sapientissimus, cum
mulierum illecebris irretitus adorauit Astarthen Ve-
nerem Deam Sidoniorum, & diis alienis thura ado-
leuit: & ita insaniuit immoderatè, ut nec scintillam
spiritus melioris inextinctam reliquerit: nec recor-
datus est eorum, quæ sanctissimus parens cecinerat
de Deo, qui, inquit, aufert spiritum principum, terri-
bilis apud omnes reges terræ. Itidem Nero, qui ma-
gnum profectò comitatus & pietatis præbuit speci-
men ineunte adolescentia & dominatione, cum se-
ptemdecim natus annos pro palatij gradibus saluta-
tus Imperator, castris & curia hilariter exceptus, ex
immensis quibus cumulabatur honoribus, Patris pa-
triciæ nomen propter ætatem recusauit, D. Claudium
solemni funere elatum laudauit: atque ut amplius in-
dolem ostenderet, nullam occasionem liberalitatis
vel mansuetudinis omisit: vestigalia grauiora abole-
uit, aut minuit: declamauit publicè, musicis incu-
buit, carmina recitauit, quæ mox aureis literis Ioui
Capitolino dicari contigit: & cum de supplicio cu-
iusdam capite damnati rogaretur ut de more sub-
scriberet, Quàm vellem, inquit, nescire literas. Ius
dixit, cunctanter postulatoribus & libellis non nisi
postridie respondens. Cæterum posteaquã in Chri-
stianos sauitum est, deseruit eum bonus Regum ge-

*1. ad thes
sal. 5.*

3. Reg. II.

psal. 74.

*Sueton. in
Nerone,
cap. 8. &
10.*

nius:ita in procacitatem, avaritiam, libidinem & crudelitatem luxavit. Faxit rex cœli, totius bonitatis perennis fons, vt lectissimus spiritus, quo cœpit numine ornet, & comitetur Carolum IX. Gallie Regem, turbulentis rebus componendis apprimè necessarium: cuius prudentia, quando hæc scribere adorirer, more citri arboris cum floribus vnà fructum dedit populis non insuauem, naturæ, non ætatis beneficio: quippè cùm adolescentiæ oblitus senilia cõsilia suppeditet, & subita tam acutè, quàm præuisa grauiter explicet: & quod caput est sapientiæ, sapienter & ex animo suadentibus auscultet. Hebræus quidem concionator execratur terram, cuius Rex puer est, & principes manè comessantur: beatam autem prædicat eam, cuius Rex nobilis est, & principes sobrij non viuunt vt epulentur, sed comedunt vt viuant. Igitur non damnauit in Rege pueritiam is, qui puer regni sui gubernacula suscepit, & qui senectæ flagitiis, pueritiæ bona propè incredibilia obruit, & inquinat: sed abigendos docet à Regum palatii voluptatibus deditos aulicos, & deliciarum mancipia potius quàm primores regni. Scitè herculè Marius Maximus dicebat, meliorem & propè tutiorem Rempub. in qua princeps mal' esset, ea, in qua sũt amici principis mali. siquidem vnus malus à bonis quamplurimis facillè corrigetur: plures verò mali ab vno bono difficulter superabuntur. Quocirca optimè cum illis agitur, qui bene nato Rege, & affessoribus eiusdem consultissimis, gubernantur. quod quia

*Hæc scribat au-
tor, anno
Christi
1562.*

Eccles. 10

*Cambrid.
in Alex.*

Gallis frequentissimè euenerit, diuturnum eorum permanet imperium, & pignore quodam diuinitatis munitum, ex quo Clodoueus primus Christi sacris initiatus est, & sibi crucem plus hasta & iaculo in præliis profuisse sensit. Huic intimus & fidelissimus vir fuit Lanicetus nomine, quo armigero plurimum utebatur, frigoris & æstus iuxta patiente, atque consiliorum hostilium exploratore industrio. Is quantumuis strumis, morbo tam fœdo quàm pertinaci, correptus est, glandulis concretis circa guttur tumētibus: cùmque rusticorum experimento Corn. Cel-
*Lib. 5. de
re medica,
cap. 28.*
sus admonisset, si quis anguem ediderit, liberari, idque frustra bis tentatum esset, & medicina in super herbis & ferro adurente armata, ac vi morbi toties superata præ pudore delitesceret, per quietem visum est Clodoueo Regi se guttur Laniceti permulcere, & atrectare, ac confestim cœlestem splendorem rutilis flammis totum cubile impleri: & ibidem Lanicetum nullius cicatricis nota remanente sanum & integrum euadere. Latior solito Clodoueus, & pro amici salute anxius, cum primùm diluxit, surgens Deo primùm operatus, periculum fecit, an tactu suo morbum auellere quiret: vt quidem accidit plaudentibus omnibus, & Deo gratias agentibus dulcissimo hymno, & pro renata accommodato. Sed hoc fortè me magis ad ostentationem scenæ miraculis gaudentis scripsisse aliqui garrient, quàm vt verum existimem. Credant illi potius Corn. Tacito, qui quendam ex
*Lib. 26.
Annal.*
plebe Alexandrina tradit oculorum tabe notum,

Vespasiani principis genibus aduolutum, remedium cæcitatibus poposcisse gemitu, ac mōitu Serapidis Dei, quem dedita superstitioni gens ante alios colit, rogasse ut genas & oculos sputo respergere dignaretur. Alius manu æger, eodem Deo autore, ut pede Casaris calcaretur, orauit: qui aliquantisper cunctatus, denique cogitans peracti remedij gloriam penes se fore, irriti ludibrium penes miseros, nec ultra quicquam incredibile ratus, latus iussa exequitur. Statim conuersa ad usum manus, & cæco reluxit dies. Atqui id ipsum soli Vespasiano cœlestis fauor, & quædam inclinatio numinum concessit, non posteris. Sed Clodoueus, sicut lex xii. Tabularum hereditatem, sic eandem strumas sanandi sacram facultatem ad liberos & posteros Reges Gallorum sempiterna serie transmisit, re diuina prius facta. Illud à Diuo Ludouico additum didici, ut crucis signo medela tactus regij fulciretur, ne non regie potius quam cœlesti maiestati salutare miraculum tribueretur. Non taceo interim, Chosroë in Persas, qui rebellarant, mouente, & illustri victoria potito, Turcas captiuos ad Mauritium Imperatorem Orientis dono missos, uti pro arbitrio de illis statueret. Quos Mauritius signo crucis in fronte notatos cernens, attonitus sciscitatus est, quam ob causam, quæ non colerent signa, circumferrent: Tum respondisse eos, Persidem nuper pestilentia graui laborasse: unde edoctos se à quodam Christiano, ut se tali stigmate præmunirent, quod experientia saluberrimum declarauit. Sed Zo-

Nic. Gil-
lius in Lu-
donico. 12.

Niceph.
lib. hist.
18. cap. 20
& Zonar.
lib. 3.
Annal.

naras compunctos liquato mox atramento Turcas cruce prominente narrat aduersus famem. λιμῶν enim vexatos, non λοιμῶν, scriptum est. Mauritij seculum* * Anno attigit Gallorum Rex Guntchramnus: nisi verius ille dicendus est Tetrarcha: (cum tribus enim fratribus regnauit, & concordiam pro viribus inter eos aluit.) Medica diuinitus non animorū tantū, sed etiam corporum potestate claruit: nec modò suis Aurelianensibus, sed & aliis, ut potè Massiliensibus lue dira vastatis, succurrit: Deum infensum pacare docens oratione, & diutina continentia, & ita morbos grassantes pepulisse. Eundem Greg. Turonicus scribit quendam puerum quartana molestatum valetudini restituisse, & quidem imprudentem: quia pueri mater regie vestis fimbrias clam subductas aqua macerasset, deinde filio dedisset potionis loco. Quinetiam autem idē se vidisse asserit, laruas & dæmones audito Regis Guntchramni nomine obriguisse, & aufugisse. Pyrrh^o ille Epirotarum Rex, quem subditi Aquilam, Hannibal rei militaris peritissimum ducem nominauit, splene laborantibus medebatur facto galli albi sacrificio, & resupinis iacentibus dextro pede pressis: cuius medelæ pretium gallum quoque album lubenter capiebat. Lienosis medicatum Plini^o mauult, & dextri pedis pollicis vim hæsisse innuit: quia cū reliquo corpore non potuit cremari, ideo in templo loculo conditus. Nec quisquam Epiri Rex eo bono pollens secutus est. Intercidit etiam funditus Marsorum gens in Italia, à Marso Circes filio orta,

Lib. 9. hi.
Francor.

Plutar. in
vita pyr-
rhi.

Lib. 7. cap.

A. Gell.
lib. 16.
cap. 11.

serpentes vi quadam genitili domitare solita, vt in Africa Pnyllorum, quorum ad sugenda venena ingens facultas extitit. Itaque cum Cleopatra M. Antonio triumuiro in Ægypto per Octauium superato & mortuo parentasset, & se Ægyptiam reginam in triumphum Romam ductum iri præuideret, generosa mulier aureo in lecto iacens, brachio sinistro Aspidem admouit, cuius morsu dulciter periret: quia is serpens icu oculis caliginem inducens cum nonnulla voluptate perimit, & absque labore, vt Nicander * perhibet. Re comperta Octauius Augustus sedulo Pnyllos accersuit, iubens venenum exugere irritò conatu, cum illa iam amore proprio & dolore non minus quam Aspidis veneno expirasset. Nihilominus Augustus imaginem eius in triumphum tulit, Aspidem mordicis affixa. Solus itaque mortalium Rex Gallorum immortalis medicandi dote præfulget, & strumosis mirabili tactu opitulandi. Manasse tamen idem cœleste beneficium in Anglorum reges Polydorus contedit, ab Edouardo Normano, qui Britannis imperauit * summa cum æquitate & prudētia, & è Normanis leges transtulit, ac optimas quasque selegit, & vsurpari diligenter mandauit: deinde religionis cærimonias auctas stabiliiuit, nec in strumis sanandis eas neglexit. Alij, ne hoc ex Gallo Rege profectum pateat, Edouardum non genere Normanum fuisse malunt, sed furentibus in Anglia diffidiis fortunæ tantisper celsisse, & in Normania exulasse, & interim famæ suæ ac ciuium saluti consuluisse, & ex damno

compen-

P. Oros.
cap. 19.
lib. 6.

* Dioscori
des lib. 6.
c. 38.

Plutar.
in
Anton

lib. 8. rer
Anglic.
* Anno
M. LII.

compendium retulisse, exemplo Thucydidis, qui exul bellum ab Atheniensibus & Peleponnesiis gestum conscripsit in Thracia ad syluam Scaptem: in Elia Scillunte Xenophon: in Peloponeso poeta Bacchylides: qui omnes lucubrationes pulcherrimas Musis fauentibus procul à patria, velut in liberiore otio meditati, reliquerunt. Quid multa? Nonne Hermodorus Ephesius in Italia exulans, autor fuit Decem-^{L. 2. §. 2.} uiris Romanis, vt duas tabulas legum decem illis, ^{ff. de orig. iur.} quas à Græcis ciuitatibus per legatos petierant, adicerent, tanquam Solonis seu antiqui Draconis sanctionibus adderent lumen? Et ob eam causam exuli pernobilis in Comitio statua publicè dicata est, vt est ^{lib. 34. cap. 5.} apud Plinium, qui Hermodorum earum legum interpretem vocat.

SED iam ad alium legislatorem sponte exulem, vel potius totius mundi incolam transgrediamur, id est, ad Herculem Libycum, qui ornamentum non vulgare Gallorum genti attulit, & accepit. Causam aduentus multiplicem esse comperio. Vna fuit, vetus necessitudo, & amicitia contracta ex officiosa Saronis Gallie Regis benignitate, qui ne inultam sineret mortem Osiridis Ægyptiorum, ac plusquam Asiæ & Africae Regis, & qui laudibus non minus quam pedibus orbem terrarum circumdederat, vt iam narrauimus. Osiris autem ex Iside Herculem ipsum genuerat. Addit Berofus, interfuisse tum Herculem pugne, qua Typhon Ægyptius eius patruus parricidij sceras, sed graues, poenas dedit. Non desunt qui exi-

fliment Herculem, ne quam nominis sui expertem regionem relinqueret, in Galliam profectum, utque fœdus cum Celta Rege redintegraret, quem ubique gentium decantari perceperat propter coniunctissimam virtuti fortunam, cum alioquin amari diligeret, metui timeret. Quocirca cum Hercules in Phœnicia Busiridem, & alterum Typhonem in Phrygia substulisset, deinde Geryonem in Hispania, suffecto Rege Hispalo, quem filium Herculis autumant nonnulli, aduersus Italiæ tyrannos arma parauit: cumque in Italiam per Celtas transfret, inquit Berosus, parentum consensu ex Galathea illis Galathem Regem genuit. hunc alij Galatheum dicunt. Nam cum puella iam antè nubilis, formæ venustate & decore excellens, complures procos spreuisset, ut fastus inefse formosis consuevit, à parente Celta cotidie interpellabatur, uti se dignum spõsum vndique eligeret, & regni & opum ingétium relinqueret successorem. Illa contrà præ pudore, quem pulchritudinis arcem

*Lib. de ve-
gib. Af-
syrior.*

*stob. ser.
72.*

*Ammi-
an. lib. rer
gest. 15.*

*Diod. Si-
cul. lib. 6.*

Demades rhetor vocauit, aut nihil patri optimo respondere, aut comperendinare solebat: tãtis per dum venit in Galliam Hercules victoriis & spoliis hostiũ abundè ornatus, nuperrimè occiso Geryone in Hispania, & in Gallia cis Pyrenem Turisco seuisimo tyranno oram Celticam maximè infestante. Proinde Galathea demirata singularem Herculis virtutem, tũ corporis robur ac præstantiam, nuptias expetiuit illius, & patrem genero claro latissimum fecit, & mox nepote Galatheo, regni & ingenij auiti herede dignif-

fimo. Interim Hercules inquit, & bene gerendæ rei ut iustè laudis audus, Celta senescente, Galliam malis hominibus ac rebellionibus studentibus purgare auebat: cumque pacata omnia circa Garumnam & Sequanam flumina viderentur, Alexiam in finibus Madubiorum, nunc Burgundionum, extruxit in colle summo & admodum edito, cuius radices duo vtrinque flumina subbluebant. Ante id opidum planicies circiter tria passuum millia in lōgitudinem patebat: vbi Iulius Cæsar castrametatus obsedit Vercingetorigem Aruernum, summæ autoritatis adolefcetem, & munitiones ad occultandas insidias & præsidia continendâ obiecit: quas terra stipitibus & virgultis firmatas à floris similitudine Liliũ appellauit. Alexia hodie non magna ciuitas, veteris famæ vestigia latè ostendit, autore suo, & oppugnatore nobilis. Nondum videbatur patere satis latus campus ad capiendam Herculis generosam mentem & famam. Quare in Italiam transire decreuit, flexo itinere per eam Galliæ regionem, quæ postmodum Narbonensis fuit. vbi quidem sibi semper similis egregiè laborauit, ut innoxios homines ab improborum iniuria vindicaret: ut fluuios vrbibus cōmodos induceret, vrbes conderet in agris fertilitatem promittentibus: cuius rei peritiam Heros, non iam Libycus, sed Gallicus, probè callebat. Cumque venisset ad campum, qui Rhodano flumini & Mafsilix interiacet, à mari centum stadiis fermè distantem, obuios comperit Albionem & Bergiona, qui vectigalem omnem ma-

*Lib. 7. de
bell. Gal-
lic.*

ritimam oram reddiderant, & Salyum gentem intoleranda seruitute premebant, nedum nauitas vndique illò appulso: & ideò se Neptuni filios iactabant, imperium in ipsum mare exercentes. Contra vtrumque confixit Hercules: sed quia ægrè vicit, & locus silice crebro abundat, data est materia fabulæ, vt ab inuocato Ioue Herculem telis defectum, imbre lapidum adiutum ferant: sub quibus tamen gramen nascitur pecoribus vehementer expetitur, & pabulo suauissimum. Hoc Prometheus apud Æschylum Herculi prædixerat, vt rotundi lapidis imbrem Iupiter infunderet, subueniens aduersus Ligusticum exercitum: tantum abest vt verum sit quod vulgò dicitur, nunquam Herculem cõtra duos pugnasse. nam & Geryonem tricipitem vicisse fingitur, quia sol⁹ tergeminos fratres superauit. Alioquin non video cur tantis præconiis dignus habitus sit, vnicum hostem se aliquantò minus fortem domitans, si Platoni & receptæ parcemiæ assentimur. Sed fortè Plato Herculem Græculum respexit, non hunc Libycum, qui Asiam atque Europam peragrauit, & cõposuit, diuinòsque honores est affecutus, maximè in Gallia tractu Ligustico, ædificata arce Monæci, quæ etiamnum extat: vbi statio nõ multarum nauium capax, & olim templum Monæci Herculis: quia, vt Straboni placet, solus in eo coleretur: vel quòd pulsis omnibus illic solus habitauit, vti Seruio collibuit, vbi apud poëtam ciet stragem Cæsar, mox Pompeius ipsius gener,

*P. Metela
lib. 2. cap.
5.*

*Strabo
lib. 4.*

In Phædone.

lib. 6. Æneid.

*Aggeribus socer Alpinus, atque arce Monæci
Descendens: gener aduersis instructus cois.*

tametsi verissimum sit Herculem oblata sibi sacrificia respuisse, & Deum totius mundi vnicum architectum & rectorem coli docuisse, vnde arci nomè obtigit. In reliquum verba M. Catonis subiiciam opportunè, ni fallor. In montanis Liguribus, inquit, sunt portus Herculis Ægyptij. nam Lybarnum in his est à nomine simul & cognomine illius. Græci vbiunque nomen Herculis audiunt, putat esse suum, à nomine fumentes argumētum: cum tamen ille neque nomine Libyus, à quo deuicti Libyi, sed Alceus dictus sit: Neque, inquit, dictio Hercules sit Græca, sed Ægyptia. nam illi Heraclio, id est, Iunonis gloria, cognomen fuit. Herculis portus, & Lybarnum seu Lyuorna opidum adhuc manentia, & nautarum cõmercio celebria, fidem Catoni adiiciunt. Quinetiam Herodotus testatur se in Phœniciam & Tyrum nauigasse, vbi Herculis fanum erat, donariis aureis & smaragdinis luculentum: vbi deprehēdit auditis sacerdotibus longè antiquiorem hunc Herculem Græco Amphitryonis filio, cui nec immolatur vt immortalis, sed vt Heroi parentare solitum. Et, vt sex Hercules, quos M. Tullius recenset, sileam, hic Ægyptius siue Gallicus, is prorsus fuit, quem idem Orator scribit, secutus Prodicum & Xenophontem, cum primùm pubesceret, quòd tempus à natura ad deligendum quam quisque viuendi viam sit ingressurus, datum est, exisse in solitudines, atque ibi sedentem

*In fragm.
Origm.*

*Lib. 2.
hystor.*

*Lib. 3. de
nat. deor.
& lib. 1.
off.*

diu secum multumque dubitasse, cum duas cerne-
ret vias, vnam voluptatis, alteram virtutis, vtram
ingredi melius esset. Hoc Herculi Iouis fatu edito
potuit fortasse contingere, inquit Cicero, vulgi more
loquens. Sed profecto Osiride parente fatus fuit is,
qui in biuio constitutus, amœnam primò ac blandi-
entem flosculis confestim perituris voluptatis
viam neglexit, & alteram cliuosam & asperam prima
fron te elegit, quia ad mirificas delicias & perennes
perduceret. Nam Hercules ille sextus, quem tertius
Iupiter per adulterium ex Alcumena substulit, nihil
antiquius habuit voluptate, & quidem impura, &
quouis iure vetita. Itaque ne non patris sui similis
esset, fastidita Megara vxore, Iolem Euriti filiam si-
bi iungi flagitauit: repulsam passus Euriti armen-
tum abegit, Iphitum famulum Euriti, qui abigea-
tum domino prodiderat, de altissima turri præ-
cipitavit: longè abhorrens ab Herculis Gallici mo-
ribus, qui concessis voluptatibus abstinuit, nec vlli
quidem bello captæ puellæ vim intulit: quinimò
violentos castigauit, & compescuit, sobrius ipse in-
terim, & vino parcissimè vtens, quia nec tunc pas-
sim vitis crescebat. Certè nec cœnandi tempus vaca-
re honesto exercitio patiebatur, sed exhiberi sibi
certaminis alicuius speciem iubebat: qui mos diutis-
simè in Gallia viguit. Nec fallit Possidonius, qui in
historiis refert, Celtas inter cœnandum singulari cer-
tamine pugnare armatos in umbra, aut summis ma-
nibus inter se colluctari: aliquando ad vulnus vsque
processum, & nisi distraherentur, ad interitum vsque

Diod. lib.
5.

pergere. solent enim bene inuenta in nimium vsque
augefcere. At Hercules ille, a quo, ingenio, gloria lon-
gè inferior, Lepreum Pyrgi filium in voracitatis certa-
men prouocauit. Fingamus, quæso, lacepsitum verbis
& crapulæ ostentatione à Lepreo, vt in Eliacis vult
Pausanias, quid laudis inde sperare potuit, vbi v-
terque bouem epulaturus occidisset? nisi fortè tanto
dignus fuit obsonio Hercules, qui à Sole aureum
poculum acceperat, in quo tam bibere quàm nauig-
are quiret. Quantò maior & diuturnior laus Her-
culem sequitur Gallicum, eò quòd rerum cœle-
stium minimè rudis fuit, & eloquio suauis prædi-
tus? unde veteres Atlantis humeris ac vertici cœlum
incumbere commenti sunt, ideò quòd cursum Solis
& Lunæ, ac syderum ortus & occasus, & mundi
versationum rationes, vigore animi hominibus tra-
diderit: & pro eo beneficio à pictoribus mundum
sustinés formatur: nisi quòd ei fatigato subuenit Her-
cules, Astrologiæ equè peritus, & tã pulchrum quàm
graue on° fulcit, & sustinet. De eloquētia eiusdē plu-
ra dicēdi ansam Lucianus præripuit, dum Herculem
Gallicum exprimit inusitata figuradepictum, senem,
decrepitū, caluum, ac canum, non sine leonis exu-
uis, claua, arcu, & pharetra: sed itavt senex cathe-
nulis aureis aut electrinis linguæ suæ pertusæ nexis,
ingentem hominum turbam auriculis reuinctam ad
se trahat, non sine oblectatione. quoniam Galli vim
copiamque loquendi, & animos hominum quocun-
que impellendi, suo Herculi, non Mercurio tribue-

Athen.
lib. 4. cap.
17. &
lib. 11.
cap. 6.

Virg.
lib. 6. cap.
10.

lib. 6. de
bell. Gall.

runt. Idque Cæsar non diffitetur, cum ait, Mercuriū à Gallis maximè cultum, vt artium inuentorem, viarum ducem, quæstui & mercimoniis præfectum. Nihil subiunxit de facundia, quæ senectæ comes est, ex quo Homerus ait à Nestoris senis lingua melle quouis dulciorem orationem fluxisse, vnde Regum pectora permulsi: quia telo quouis magis penetrat disertus sermo, & arcu tenso certius sagittam quocunque iusserit, figit. Planè leoninum spoliū valde Herculeam virtutem & seculū detegit, tum propter regiam & ferocem animantis naturam, tum quòd dentes leonis cum villis rostri inferioris, præcipuè ex parte dextra, gratiam circumferenti conciliant apud Reges & populos: tū denique quia prisca illa ætate arma erant pellita, non sine quadam venustate, auratis ferarum pellibus ac vnguibus, vt Æneas ille vsurpauit, quem apud poëtam

Plin. lib.
28. cap. 8.virgil.
lib. 8.

-fulua leonis

Pellis obit totum præfulgēs vnguibus aureis.

Nec dum lorice & galeæ frequentabantur, nec pila vel macheræ, sed clauæ scabræ nodis Heroas fortissimos armabant, & feras mactabant, vt direptis tergoribus pectora probitatis & virtutis plena munirent. At minutior Hercules præ altero recens videri potest. vix enim præcessit bellum Troianum, & ipsemet Ilium depreddatus est occiso Laomedonte Priami patre, & abducta Hecione filia, quam Telamoni, quia nauiter arcem oppugnarat, dono dedit. Huc adfuere ocreæ æræ, aureus thorax, hasta acie terribilis.

lis. Taceo galeam adamantinam: nam in hac parte nugari puto Hesiodum, sicuti circa scutum auro, ebore, ^{In lib. de} electro elaboratum, non enim prædo tantas ostenta- ^{scuto Her} uit diuitias, sed se dignum demùm sortitus est exitū ^{cul.} in monte Oeta: dum viscera veneno imbuta cruciatos tetros cierent, dum sic interim exclamaret in veterè Tragœdia:

Hæu qui salsis fluctibus mandet

Me ex sublimi vertice saxi?

Iam iam absumor, conficit animam

Vis vulneris, vlceris æstus.

In noua Senecæ paulò constantior fingitur:

Immotus, inconcussus, in neutrum latus

Corrupta flectens membra, abottatur, monet,

Gerit aliquid ardens: omnibus fortem addidit

Animum ministris, prære ardentem putes.

In Hercu-
le Oëteo.

Hæc vtique conuenissent Herculi Gallico, qui à Liguribus in Italiam, spretis Alpium iugis transiit, & primus omnium eas penetrauit: quo in tractu Græiæ dictæ sunt recentius, vt Græco Herculi is conatus adiudicaretur. Sed Vercellæ Libycorum à Plinio ^{Lib. 3. cap.} vocatæ, à comitibus Herculis prisca conditæ in Alpium ramentis, & quondam aurifodinis nobiles, rem produnt, deinde colonis Salyis possessæ. verùm aliter comminiscuntur poëtæ, & plerunque tales faciunt viros, quales esse oportuit. Atqui pro certo didicim⁹ Herculem Gallicum orbe peragrato Gades insulam Hispanici Oceani littori proximam petiisse, duobus quidam promontoriis euectam: vbi ferunt colum-

nas gestorum suorum testes erexisse, quas visu mirabiles Dionysius Cosmographus vocat: & earum altera Europam spectari, altera Lybiam è montium cacumine. Aliis placuit p̄sos montes vtrinque pro coluninis habitos: quibus, opinor, succurret Pindarus, à quo Ætna mons Siciliæ niuem toto anno fouens, cœlestis columna nominatur, *κλεινὴ ἄγρυπνα*. Sanè Gadium insula in altero cornu eiusdè nominis urbem habet, in altero Ægyptij huius Herculis templū, Tyriis cōditoribus, religione, vetustate, opibus illustre. Sanctū ossa eius ibi sita efficiunt, inquit P. Mela, in eo hallucinatus, quòd ad Iliacam tantummodò tempestatem principium sepulture speciosæ reuocat, & Gallici Herculis illustria facta est oblitus, qui se Gadibus idcirco humari studuit, tanquam aduersam inde Libyam prospecturus, vbi genitus & educatus virium suarum specimen præbuerat.

*In Pythiis
od. 1.*

*lib. 3. cap
6.*

Libri primi finis.




STEPHANI FORCA-

TVLI IURISCONSULTI, DE GALLO-

rum Imperio & Philosophia,

LIBER SECVNDVS.



LONGE antequàm obiret Gallicus Hercules, qui laudis suæ maximis fluctibus orbem vniuersum latissimè inūdarat, Galatheum filium regno commodum & charum conspicatus, lætari mirificè cœpit. Et sanè eo filio, virtutis & ditionis paternæ successore designato, vidēbatur superasse omnium hominum fortunam. Nā & ipse Galatheus velut genius quidā salutaris Reipubl. Celticę vulgò habitus est: qui quoque filium suum Narbonem cœlestibus beneficiis cumulatè refulgentem vidit. Idcirco viuo se diu laudari & amari eum simul gauisus est, & suæ quodammodò interfuit posteritati. De vtrouis plura mihi comperta dicere, nisi acerbam mihi ipsi iam indixissem legem, ne in historiis, plus quàm in iudiciis, veritati tantum, sed testimoniis, & quidem perspicuis, credatur. Cer-

*Bersus in
xij. rege
Assyrior.*

tè præteruerecundum esset præterire Narbonis nomē
 haud vulgare fuisse, & cognominem habuisse ferti-
 lissimam Celtarum regionem, nempe Narbonēsem,
 vini, frugum, & insuper olei, copia clarā: vt non
 tam cum Aquitania & Lugdunensi de fœcunditate
 dimicare censeatur, quàm Liberi, Cereris & Miner-
 uę, tanquam in speciosa orbis terrarum palęstra, spe-
 ctare certamen, contententibus diis inuicem cuius-
 nã munerib⁹ maximè locupletetur prouincia, agro-
 rum cultu, morum, virorūque dignatione, ampli-
 tudine opum nulli postferenda: breuiter Italiaverius
 Lib. 3. cap. 4. quàm prouincia, vt verbo utar Plinij, quæ antè Bra-
 chata dicta, amne Varo ab Italia discreta & Alpiū iu-
 gis: à reliqua Gallia latere septentrionali Cebenna &
 Iura montibus. Narbo Martius Decumanorum colo-
 nia, XII. M. passuum à mari distans, tam à Narbo-
 ne Rege inclyto appellationem accepit, quàm po-
 Lib. 3. hist. stea regioni communicauit. Sed & fluuius urbē præ-
 termeans, Narbo à Polybio vocatur, qui, inquit, non
 longè distat ab ora Massilię, ac Rhodani ostiis, quæ
 in Sardoum defluunt mare. Cæterum cur Polybius
 Gallicum sinum, qui Narbonensem oram circumluit
 vsque ad Ligusticum, maluerit Sardoum appellare,
 non video, cum Samius Eratosthenes quicquid est
 inter ostium Oceani & Sardiniam, dixerit Sardoum:
 inde in Siciliam Tyrrhenum, quod alij Tuscum, alij
 inferum, nisi quis Polybij misertus, Narbonensem pe-
 Lib. 3. cap. 4. in princip. lagus Sardonium audeat nuncupare ab ora Sardo-
 num, quam Plinius in prouincia Narbonensi sitam

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 67
 tradit. sed æui longinqua vetustas nomina subtrahit:
 interdum est vt adiiciat. Nam Narbo Martius apud
 Ptolemæum fundatoris nomen retinet *ναρβων*: sæpe
 ab aliis Narbona vsurpatur, vt *ναρβων* & *καλδων* Dalmatię
 ab eodem Ptolemæo. Fluuius autem, qui urbem Lib. 2. in
 perluit, pertinaciter à veteribus Latinis dicitur Atax, *fi.*
 ex Pyrenæ monte digrediens, tenuis & inops, nisi si
 quando hybernis niuib⁹ vel imbrib⁹ increfcit:
 iuxta urbem tandem nauigabilis, tranquillè fluit, ex-
 cipiendus lacu Rubreso admodum spaciofo, nisi quã
 mari iungitur. ibi enim tenuis adit, vt Mela testatur, Lib. 2.
 & ego puer videndi desyderio flagrans, furtim ab- *cap. 5.*
 sente præceptore in rem presentem veni: vt qui non
 procul à vasto lacu Atacem fluuium velut iure fidei
 commissi reddente marinis thesauris, studiis iuueni-
 lib⁹ imbutus & institutus fui: & ipsum, insuauem
 potu, aspectu horridum, pro suauiore Permessi flu-
 minis aqua habui, postquàm sic tempora melioris
 hauustus expertia ferebant. Lucanus Narbonensem
 militem Cæsari aduersus Pompeiū studuisse innuēs,
 Atacis sedatum cursum atigit, inquiring, *Lib. 1. de bell. civil.*

Soluuntur flauis longa statione Rhuteni:

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

nimirum quia Galli certatim equis, quod aiunt, &
 velis auxiliatum Cæsari properabant, nec Latinis tū
 patebat nauigatio eius fluminis, quod mirum in mo-
 dum ab Aufonio simul cum vrbe laudatur. sic enim
 ait:

Nec tu, Martie Narbo, silebere nomine cuius

*In lib. de clar. ur-
 bib.*

*Fusa per immensum quondam provincia regnum
Obtinuit multos dominandi iure colonos.*

& paulò post: - *Tu Gallia prima, togati*

Nominis attollis Latio proconsule fasces.

Quis memoret portusque tuos, montesque, lacusque?

Quis populos vario discrimine vestis & oris?

Quòaque tibi quondam vario de marmore templum,

Tantæ molis erat.

Itaque coniectu facile est, Ausonio scribente, nō extitisse templum, sed verustate aut clade aliqua collapsum: siue id templum fuit, siue Capitolium. quia idem comparat Romano Capitolio, quod toties incensum, toties resectum fuit in melius, & aureo fastigio exornatum, & æde Iouis Capitolini ære Deliaco. Et D. Vespasianus auidissimè resecit Capitolium & templum, ita ut ipsemet terram & rudera egereret, ut cæteris exemplo esset: & in reliquis frugalis ac parcus, in ea re nulli vel operæ, vel sumptui pepercit. Prætermitto quæ notissima subdit de Narbone idem poëta, quòd ex tota Europa & Africa commercio nauigantium dicitur: & redeo ad id, quod est præfatus de colonis Narbonis, & de Romano proconsule ibidem ascripto. Velleius Paterculus tersus autor, qui stipendia sub Tiberio Augusto miles fecerat, Narbo, inquit, Martius in Gallia, M. Porcio, Q. Martio Coss. abhinc annos circiter CLIII. deducta colonia est. Post tres & viginti annos in Baciennis Eporedia Mario sexies Valerioque Flacco Coss. Neque facile memoriæ mandauerim quæ, nisi militaris,

*Xiphil. in
Vespas.
& Sueton
cap. 8.*

*Lib. I.
hist. Romana.*

post hoc tempus deducta sit. Sed & Suetonius est autor, Neronem patrem Tiberij Cæsaris Questura functum, colonias in Galliam deduxisse, in quibus Narbo & Arelate. Planè fas est colligere, coloniam Narbonensem, sicut Eporedicam Alpinam, non vi capto à Romanis opido, nec pulsis ciuibus, institutam fuisse à Nerone, vel à Q. Martio Consule, sed sine militari violentia, ut frequenter contingit, lue aut alia calamitate ciuibus exhaustis, ac Romani Consul prudentia resectis & substitutis, & coloniæ necessitudine honoratis, quæ potior erat quàm municipij. Nam Colonia simulachrum ac effigiem aliquam populi Romani præ se ferebat, eisdemque legibus nitebatur ac moribus: Municipis verò, quamuis vulgò appellentur cuiusque ciuitatis ciues, propriè tamen dicti sunt in urbem Rom. recepti, ut munera simul obirent certis conditionibus, quemadmodum Vlpianus noster explicat. Primos autem municipales sine suffragij iure Carites ex Carere opido esse factos accepimus, inquit Gellius, concessumque illis ut ciuitatis Rom. honorem quidem caperent, sed negotiis atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Vnde Tabulæ Carites dictæ, in quas Censores referrent, quos notæ causa priuabant suffragiis. Municipibus Decuriones perpetui tenuis iurisdictionis magistratus præerant: è quorum numero quotannis eligebantur Duumviri, tanquam duo omnium præcipui, nec aliunde poterant

*A. Gell.
lib. 16.
cap. 13.*

*L. I. ff.
Ad municipial.*

*L. honores
S. is qui
ff. de decurion.*

Lib. 13.
Epist. cap.
Tante.

cooptari, nec ex plebeiis. Tamen Cicero in Epistolis commendat Valgium amicum Quatuorviris & Decurionibus Fregellanis. quæ res indicat Fregellas in Italia non parui momenti opidum extitisse, & duplici magistratus municipalis numero dignum. Sed nec Duumviratu honorati multam dicere, vel in quenquam capitaliter animadvertere audebant, aut restituere in integrum minorem x x v. annis adolescentem læsum in pactionibus & negotiis, aut ex aliquo decreto in possessionem mittere, nobili officio. hæc enim ad eum magistratum pertinebat, quem Imperator Rom. vel Senatus prouinciæ totius moderatorem præfecerat: qualem Viceregē hodie videmus in singulas prouincias Galliæ destinari: excepto quòd postquæ Cæsares rerū potiti sunt, qui iussu eorum præerant prouinciis, Præsides appellabantur, vel Legati Cæsaris: qui verò Senatus imperio mitterentur, etiamnum appellabantur Proconsules. Sed & prouinciæ prætoris quædam fuerunt. Vnde M. Tullius Q. fratrem in quada m epistola monet, vt diligenter caueat, ne comites apparitorésque, qui, inquit, ex cohorte prætoris appellari solent, aliquid durius exerceant in homines Asiæ, prouinciæ ipsi decretæ. Pomponius Iurisconsultus addit, capta Sardinia, Sicilia, Hispania, & demique Narbonensis prouincia, tot prætores Romæ creatos, quot prouinciæ in ditionem venerant, qui vrbaniis rebus, & partim prouincialibus præsent. Caterum Præsidis prouinciæ & Proconsulis eadem potestas post Principē maxima

L. 2. §. ca.
pia. de o-
rig. iur.

L. viij. ff.
de offic.
procons.
C. l. 4.
de offic.
præs.

maxima deprehenditur, vt vicem omnium magistratuū Romanorū in prouincia sibi decreta præstaret. Proinde etsi in Augustum pop. Rom. omnimodam iurisdictionem trāstulisset, ipse tamen honoris gratia aliquot prouincias Senatui pop. que Rom. guber- *strabo lib*
nandas permittebat: præsertim si quæ pacatæ essent, & *17. in fin.*
custodia militari ac Præsidis minimum egeret. quod Cæsares omnes postea imitati sunt. Planè Dion Cæsarius scriptum reliquit, Augustum composito, impe. *lib. 54.*
rio Cyprum & Narbonensem prouinciam populo reddidisse, quia nihil armis suis egerent, & Proconsules primū eò missos, quod diutissimè perseuerasse indicat Ausonius, Gratiani Cæsaris intimus comes & præceptor. Cū autem Narbona in prouincia vniuersa, si non magnitudine propter Tolosam, saltē nominis primæui lucē præstaret, ibi Proconsulem residere, præesse, & ius dicere, moris erat: qui meritò inueterauit, propterea quòd Narbona clauis regni luculentissimi, & fera Hispaniæ opposita Gallorum consensu habetur, situ & mœnibus impendiò fabricatis inuia, nisi Perseus aliquis, aut alius ærius & volans hostis supernè delaberetur: adeò munimentis pollet, & quod maximum est, ciuium fide & obsequio. M. Tullius de Gallia loquens: Est, inquit, in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum *In Orat.*
ciuium, specula populi Rom. ac propugnaculum *pro M.*
istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Celsus *Fonteio.*
Iurisconsultus notat, Narbonensem coloniam iuris *L. si. ff. De*
Italici fuisse, immunem per omnia, nec magis quàm *cenfibus.*

fuerit Italia, veſtigalem, ſingulari favore. Et ſtrenuorum militum iugis altrix: è quibus non eſt tacendus D. Sebaſtianus, primę cohortis in Diocletiani copiis tribunus ſanequã ſtrenuus, qui Narbonę claris ortus natalibus, detectus demum ſub Chriſto duce vere cœleſti ſtipendia facere, iuſſus eſt Romę ſagittis eminus confodi, vetito legibus ſupplicio. Faſces Proconſulis, quorum meminit Auſonius, non plures ſex fuere: bini enim Conſules ſimul duodecim fruebantur Romę. qui honos erat eximius, liſtoribus totidem pregradientibus cum faſciculis virgarum, alligata & eminente ſecuri in terrorem vltionemque facinororum hominum. vnde Proconſulibus abunde cõſultũ eſt faſcibus ſenis, Vlpiano id ſtatuẽte, qui ſepiſſimẽ ſiebãt ex Betulla arbore Gallica mirabilis cãdoris & tenuitatis, ſiue virgis magiſtratuũ, ſiue corbium, vel circulorum, accommodetur, teſte Plinio, qui ſubdit Gallia ex eadẽ arbore bitumẽ excoquere.

Iac. Bergomenſis
anno 305.

L. 14. ff.
de off. pro
conf.

lib. 16.
cap. 18.

Propenſam colonorum Narbonenſium erga Auguſtum voluntatem, & mutuam gratiam, nuper nobis declaravit ara lapidea eruta caſu, dum humus altiũs ob fundamenta murorum & aggerum ſuffodetur, incifa huiuſmodi inſcriptione:

T. STATILIO TAVRO L. CASSIO LONGINO COSS. X. K. OCTOB. NVMINI AVGVSTI VOTVM SVSCEPTVM A PLEBE NARBONENSIVM IN PERPETVOM.

QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT IMP. CÆSARI DIVI F. AVGVSTO P. P. PONTIFICI MAX. TRIB. POTEST.

XXXIIII. CONIVGI LIBERIS GENTI QVE EIVS SENATVI POPVLOQVE ROMANO ET COLONIS INCOLISQVE C. I. P. N. M. QVI SE NVMINI EIVS IN PERPETVVM COLENDO OBLIGAVERVNT PLEBS NARBONENSIVM ARAM NARBONE IN FORO POSVIT. Prolixum eſt quod ſequitur, vt ſolent qui prono & leto animo quippiã ſtatuunt ac celebrant, copioſiore ſermone vti. Nam illicõ ſubiunguntur, qui equites, qui ingenui libertinive: quibus hoſtiis, thure, vino, immolatione & litatione ſolemni, rem diuinam ad eam aram facere debeant quotannis VIIII. Cal. Octobr. qua die Auguſtum ſeculi felicitas rectorem orbi terrarum edidit, & item VIIII. Cal. Octobr. ac Cal. Ianuariis: & eodem menſe VII. Idus, quibus primũ auſpicatus eſt imperium. ET PRIDIE. K. IVNIAS QVOD EA DIE T. STATILIO TAVRO M. ÆMILIO LEPIDO COSS. IVDCIA PLEBIS DECVRIONIBVS CONIVN- XIT. Non diſſimilis ſuperiori titulus in Alpium trophæo Auguſti honori erecto, à Plinio memora-^{lib. 3. cap} tur, excepto eo quod hęc Tribunitia potestatis XIII.^{20.} tantũ mentionem facit. Nam (vt multos inuenit ^{sueton. in} Iul. Cæſaræ præcones felicitas) Auguſto imperium Romanum ^{re, cap. 5.} adepto non trophæa tantũ vt victori, ſed etiam vt diuo, & ſupra humanitatis faſtigium euecto, multæ gentes, præſertim Celticę, delubra & aras dedicarunt: quarum in numero ſit illa Lugdunenſis ara gentium LX. numero inſcriptum habens titulum, & totidem

Lib. 4. Geogr. P. Mel. cap. 1. lib. 3.

statuas, præter templum communi Gallorum imp̄-
 fa designatum, vt est apud Strabonem. At in Hispa-
 nia Astures tres aras Augusti numini sacrarunt, illu-
 strantes terram ignobilem & peninsulam, in qua sita
 fuerunt. Planè huiusmodi elogia liquidò patefaciūt
 Tribunitiæ potestatis speciosum Cæsaribus fuisse de-
 cus, & titulum, ac munus deuotæ & obsequentis
 plebis, cui Tribuni scita conferebant antea, eo ma-
 gis quod Suetonius notat, Vespasianum tantè fuisse
 modestiæ, vt inuitus triumpharit, &, non nisi serò,
 Tribunitiam potestatem receperit: tametsi Augustus
 eandem Agrippæ in quinquennium concesserit, &
 rursus in Pannonicam expeditionem eunti in totidè
 annos prorogarit, si quid Dioni credimus. Eandem
 potestatem à L. Sylla Dictatore diminutam C. Cæsar
 enixè iunxit, & instaurauit. Non credo tamen maiore
 superstitione vsquam cultum Augusti genium, quàm
 in ara illa Narbonēsi. Nam & idem lapis effossus, qui
 hoc loquitur, admonet etiam, vt tergere, ornare,
 amplificare, & donaria offerre liceat. CÆTERÆ
 LEGES HVIC ARÆ TITVLISQ. EADEM
 SVNTO QVÆ SVNT ARÆ DIANÆ IN
 AVENTINO. Nam Romæ in monte Auentino, vbi
 Auētinus rex Albanorum sepulchrum accepit, post-
 quàm xxxvii. annos regnauerat, Diana templum
 nobile habuit primò institutum à Seruio Tullio re-
 ge vi. Rom. vel ipsius suasu à pop. Romano, Lati-
 nisq; proceribus, cum quibus amicitias publicè ac
 priuatim, necnon hospitia iunxerat. Iam tum erat

Fadiano
 pulchrè
 de hac a-
 ra, ex Li-
 uio.

Dian. Ha-
 licarnass.
 lib. 1.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 71

inclytum Dianæ Ephesinæ fanum, quod communi-
 ter à ciuitatibus Asiæ factum fama vulgaris ferebat, vt
 inquit Liuius. Alij maluere ab Amazonibus condi-
 tum ob venandi & sagittandi studium virginè, cū
 è Scythia progressæ Asia potiri cœpissent: ideòque
 Deæ propitiæ eodem dicasse effusis opibus, cedrinis
 trabibus, simulachro autem numinis ex ebena niger-
 rimo. Tale fuit exemplar eius, quæ in Auentino col-
 le posita fuit à Martiale, ideò Dianæ dicto:

Dec. 1.
 lib. 1.
 Iernan-
 des in re-
 bus Geti-
 cis.

Lib. 7. ad
 Maximū.

Exquiliis domus est, domus est tibi colle Dianæ.

Id vnum non dissimulo, quòd Narbonensis aræ di-
 catio, tribus itidem titulis constans, non eodem tem-
 pore edita videtur. nam in hac postrema de Augu-
 sto, & eius Tribunitia potestate xxxv. agitur, quæ
 antè xxxiiii. repetita extiterat. Præterea vidimus
 primam dicationem T. Statilio Tauro, L. Cassio Lō-
 gino Coss. celebratam. Sanè à priore Tauri Consula-
 tu ad sequentem triginta quinque anni interfluxere.
 Prior Christi prosperum præcessit ortum, qui afful-
 sit anno Augusti imperantis quadragesimo secundo,
 ante diem viii. Calendas Ianuarias, censum agente
 patrimoniorum & incolarum Cyrenio Præside Sy-
 riar: Posterior autem Christum natum subsecutus est
 annis duodecim, viuo adhuc Augusto: vtpotè qui
 imperium tenuit annis lvi. mens. vi. cū tredecim
 Consulatus gessisset: in quorum octauo, sicuti
 Romanorum Facti habent, collega vsus est Statilio
 Tauro primùm Consule: nec vsquam Cassius Lon-
 ginus in albo est, tametsi ara Narbonensis aliter sen-

Nicephor.
 in Chron.

Luc. 2.

tiat. Sanè L. Casij Longini multa mentio est apud Cæsarem, vbi rebus in Theffalia fortiter cõtra Pompeium gestis, honoribus claruerit: quique forsitan Augusti mox imperantis seculo in Cõsulem meruerit euasisse, prætermisus à concinnatore Rom. annalium. Atqui Pomponius Iurisconsultus adiicit, C. Casium Longinum sub Tyberio Vinitij Quartini in Consulatu collegam, in Sardiniam exulare iussum, quoad à Vespasiano reuocaretur. Idem auctor iuris alium Longinum equestris ordinis & prætura functum illicò commemorat: vt Suetonius Casium Longinum Iurisconsultum oculis orbatum, què Nero interimi iussit: quia imagines Casij illius, qui cum Bruto Cæsarem mactasset, in gētis suæ stemma retulisset. Vnde in tanta varietate fides vacillat. Nec profectò huius rei periculum in me ausim recipere, cum Diõ Statilium Taurum Augusto octauum Consuli adiungat in functione: nempè ob nauatam operã feliciter aduersus Antonium in prælio Actiaco, & fuso eius equitatu: quo tẽpore Agrippa Leucadem & propinquas insulas classè accepit: vterque nouus homo, vt ait Paterculus: sed virtus aut felicitas splendorem attulit. At fortunæ inuisus, vt Cæsari Tyberio Longinus, iuris æquique cultor & obseruator, inhumanè pulsus legitur, non alio fato quàm vir magnæ autoritatis, sed virtutis calamitosæ, Votienus Montan⁹, Narbonēsis orator disertissimus, in Balearis insulas relegatus, contra Tarraconensia Hispaniæ littora spectantes, maiores ac minores spatio suo

Lib. 3. de bell. civili.

L. 2. de orig. iur.

Lib. 51. c. 53.

Platina in vita D. Petri. Euseb. Chron. anno Christi 29.

cognominatas: quas ille homo verè sapiens, & innocentia sua tutus, tanquam duos Anaxarchi mundos habuit. Eius meminit Martialis ad librum suum, ^{Lib. 8. n. 1.} scribēs de Artano Iurisperitissimo & optimate Narbonensi perquam erudito, vbi Narbonem fœminec concipit.

*Nondum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus
Artanum properas sequi, libelle,
Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti patria Narbo Votieni,
Ad leges iubet, annuoque fasces:
Votis quod paribus tibi petendum est,
Continget locus ille, & hic amicus.
Quam vellem fieri meus libellus.*

Nec omittam, posteaquàm doctos memorare licet, Varronem Atacinum in prouincia Narbonensi Atace vico natum, qui Græcas literas summo studio didicit: poëta verò elegans & purus Argonautica æmulatione Apollonij Rhodij perscripsit, ^{Euseb. in Chron. Olympiad. 174.} summa cum gloria, quamuis à Quintiliano fugilletur, ^{Lib. 10. cap. 1.} qui nec pepercit Ennio. Atracinus Varro (sic enim pro Atacino legitur) in iis per quæ nomen est affectus, inquit, interpretis operis alieni non spernendus quidem, verùm ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grãdia & antiqua robora iam non tam habent speciem quàm religionem. Sed non gustarat acer hic reprehensor Atacini Elegias

prædulces, & condita sale Epigrammata, quæ nobis tempora inuiderunt, non sine Leucadię puellę damno, quam ille peramauerat. Hinc illud notum & vetus,

p. Crimit. lib. 2. de poët. Latinis.

Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro,

Varro, Leucadię maxima flamma suæ.

Mela lib. 2. cap. 5.

Sic amicam nominauit cõsultò, quia esset ciuis Leucata, tenuis quondam opiduli, quod hodie munitum muris, vallo, & aggere firmatum vltra Narbonem, Gallia propugnaculum est aduersus Salsufam arcem Iberorum, sic retinentem nomen fontis salstioribus quàm marinæ sint aque propè defluentis, sicut Leucata retinet littoris. Lõgum esset percurrere eos omnes, qui doctrinæ suæ radiis Narbonem illuminarunt.

Lib. Carminum, cap. 23.

Complures nominat Apollinaris Sidonius, Narbonem depingens pulchri carminis coloribus, ad Consentium eiusdem ciuem clarissimum, cuius patrem mirè commendat.

Illum, cui nitidi sales, rigorque

Romanus fuit Attico in lepore.

Hunc Milesius & Thales stupere

Auditum potuit. Et paulò inferiùs nõ defuisse

Narboni poëtas Virgilij persimiles, aut historicos Liuiõ conferendos, aut Iuris interpretes & doctores eximios ostendens, ait:

O dulcis domus, ò pij penates,

Quos res difficilis sibi que discors

Libertas simul extolit pudorque.

O conuiuia, fabulæ, libelli,

Risus,

Risus, serietas, dicacitates,

Occursus, comitatus, vnus idem:

Seu delubra Dei colenda nobis,

Sive ad Pontificem gradus ferendi,

Sive ad culmina Martij Maronis,

Tecta illustria seu videnda Liuij,

Sive ad doctiloqui Leonis ades,

Quo bis sex tabulas docente iuris

Vltro Claudius Appius taceret,

Claro obscurior in Decemuiratu.

Nã Appius Claudius Decemuir ex Appij illius Cacci familia, qui legis actiones, quibus quis, quod suum esset, foro persequeretur, in formam redegerat: qui multum animo videns, & facundia pollens, turpissimas pacis conditiones cum Pyrrho rege ineundæ lectica in Senatum vectus discusserat, ille, inquam, de gener, incensus amore virginis Virginio Rom. ciue genitę, ius XII. Tabularum, quod antè ipsemet trãtulerat, peruerterat, & ingenuam falsò addixerat ei, qui ancillam callidè diceret: ex quo stomachans pater, filia libertatem & pudicitiam vitæ prætulit, & cruore madens ad commilitones se contulit: & in causa fuit, vt plebs vrbana signa militaria in Auentinum montem transferret, & Decemuiri populi cõsensu vel exularent omnes, vel deterrimi in carcere necarentur. His alludit Sidonius:

Marcelline meus perire legum,

Qui verax nimis, & nimis seuerus,

Asper crederis esse nescienti.

At si te bene quispiam probavit,

Nescis quid velit ipse iudicare,

Nam nunquam metuis loqui quod æquum est.

Decet enim clemens seueritas iudicem, ne cum vultus facilitatem detegit, procliuiore homines reddat ad delinquendum: sicut nec L. Cæsij asperitatem probauerim, cuius tribunal scopulus reorum dicebatur. nam pro seueritate nunquam admiserim sæuitiam. Tacuit Sidonius Aprunculum Gallicum oratorem, qui Rector Narbonensis declamando multorum pectora permulsi, & causas agendo à iudicibus penè extorsit quales vellet sententias. Fortè ideo tacuit illum, quòd multis antè annis præcesserat, & æquales suos tantum memorabat: vel quia Aprunculus Aruspicinæ peritus, vt Ammianus tradit, extis inspectis futura prædicere assueuisset, & ex alieno pectore & brutorum corde plus sapere quàm ex suo, & incassum ex mortua pecude viuam veritatem inquirere, atque ita profari futurum excessum Constantij Cæsaris in Cilicia, Iuliano in Illyrico agenti. Quod cum verum forsàn rescisset Iulianus, vatem illustri honore donauit, lætitiã interim dissimulans, eò quòd patruelem à se lacepsitum imperio & vita fata priuassent, vt erat vafer, & Christiani nominis hostis acerimus.

Ceterum quoniam Pontificis Narbonensis mentio à Sidonio facta est, Christianæ veritatis amatissimo, & Episcopo Aruerno rare eruditionis, nos etiam Pontificem septingentis & viginti annis postea Nar-

boni cœlitus cõcessum, & Romanæ demum sedi merito præfectum referemus, sola naturæ & morum ac ingenij bonitate, sine magnarum opum adiumento ad eam dignitatem euectum. Hunc autem plerique non patria, sed regione Narbonensi ortum asserunt, ex fano Ægidij. Vt cunque se res habeat, constat Vidũ Fulcodium (sic etenim vocabatur) in auditorio D. Ludouici Gallorum regis pari eloquentia ac fama causas agitalle: quod ei fuit per facile, cum præter dicendi nitorem iuris ciuili sciẽtia excelleret, sine qua strepere potius quàm eloqui cauidici censentur. Sed tandem orbatus vxore honesta & chara, ex qua duas filias substulerat, secundas omninò respuit nuptias. Deinde vitæ integritate, sacerdotio dignus habitus, Narbonensis antistes dictus, & mox purpureo galero insignitus, non in fastum aut superbiam conuertit: pauperibus reditus suos libentissimè erogauit: Gallix & Angliæ dissidia intestina diligenter composuit, quoad absens Pontifex Romanus communi suffragio nominaretur, summa Quiritum lætitia & plausu. sed heu,

Ostendent terris hunc tantum fata, nec vltra

Esse sinent: nimium vobis Romana propago

Visa potens, Superi, propria hæc si dona fuissent.

Nam tertio Pontificatus anno & die vigesimo primo obiit, successores quidem varios, sed imitatores perpauca habiturus. Narbona luctum publicè indixit annum. Roma biennio interregnum passa est, dum quæritur Fulcodio similis: qui moriens, si quid

*Val. Max.
lib. 3, cap.
7. in M.
Ansonio*

*Lib. 22. re
vii gestar.*

*Platinain
Clemente*

*Ex lib. 6.
Æneid.*

opum superfuerat, pauperibus largiendum legauit. Altera filiarum, quia virginum cœnobio iam se cōsecrarat, pusillum quippiam reliquit, nupturæ verò trecentas tantum libellas doti dici iussit: quæ tamen sponsum nacta est nobilem, puellæ formâ vt fama integra, & foceri virtute contentum, ac recordantem Cn. Scipionem post res in Hispânia prosperè gestas, nec pecuniam quidem reliquisse, quæ ad dotem filiarum sufficeret, ita vt publico Senatus decreto dotata sint pecunia publica, pudicitia priuata, laude domestica insignes, vt Aristidis filia Athenis. Eiusmodi inopia thesaurum cœli obtinere hi viri æternum victuri cum Clemente III. Pontificè. sic enim è Fulcodio vocatus, posteaquàm obtinuit, vt summi Pontifices maiorum alicuius nomen sibi asciscant, suum reiiciant: propter Sergium II. qui antea Os porci vocabatur, fœdo prorsus nomine, à Iulio Dauolo auo eius manante, qui vnguenta & delicias fragrantès auersatus, Amaracinum odoratû tetricè fortè respue- rat, suillo quoque generi parum gratum: Hinc Lucretius:

Id. Frontinus lib. Stratage. 4. cap. 3.

Denique Amaracinum fugit sus:

herbam ex qua id concinnatur, coronamentis expetitam. Galli Mâriolaniam dicunt, quibus tam placent odores, quàm vnguenta canitiem maturantia, si Athenæo credimus, displicuere. Cùmq; amuli ipsum dicerent nomen, non mores Pontificum immutasse, neque D. Petri nauem eo meliùs gubernatum iri: tum ille, quia ex Romanorum splendida esset familia, Pa-

rum, inquit, perspiciatis apud Poëtam, Sergestum Æneæ socium, *Domus à quo Sergia nomen,* naualibus ludis acriter pugnantem, non sine gloria. Non obscurabo, inquit, maiorum meorum prælucès lumen. Promissis certè stetit, toto reliquæ vitæ triennio, paci & liberalitati studens, raro exemplo eiusmodi dignitatis. Vel forsàn ideò nouauit nomè Sergius, quoniam, qui diuinitatis aliquid, vt cœlestium clauium custodiam, receter adipiscuntur, digni censentur nouo nomine pro numine aduentitio. Ita Romulus cœlo locatus, si creditur, Quirinus dici cœpit, & Circe deinde Marica. Ino postquàm se præcipitauit in amare, Leucothea seu Matuta dicta est, & filius eius Melicertes, Palæmon, seu Portunus: cui quinto quoque anno ludi fiebant Isthmici iuxta Corinthum inter Ægeum mare & Ionium.

NON modò bonos Pötifices Romę suppeditauit Narbona, sed etiam Augustos, paci & bello idoneos: vt Carus, qui post Probum imperauit, & protinus imperij participes fecit Carinû & Numerianû filios: quorum æquissima rescripta Codici Iustiniano inserta passim ius ciuile decorant. Carus Reipubl. charissimus simul atque Imperator cōclamatus est. Probi mortem acerrimè vindicauit, à quo de Proconsulatu Ciliciæ ad præfecturam prætorianam euectus fuerat: & statua equestris decreta eidè ac marmorea dom^o, qui Sarmatas morte Probi feroces, & Pânoniis ^{*Flau. Pân. in*} infestos, occisis sedecim milibus plurib⁹, captis, cōpe- ^{*Caro.*} scuit. Persas iâ propè attriuerat, nisi dū Ctesiphótem

opidum obsideret, ictus fulmine interiisset, magno omnium dolore, præsertim Numeriani filij, quem comitem expeditionis sumpserat, propter militaris rei scientiam: tametsi facundia præpolleret & poetis. Huius oratio fertur ad Senatum missa tantum habuisse eloquentiam, ut illi statua non quasi Cæsari, sed quasi Rhetori decerneretur ponenda in Bibliotheca Vlpia, in qua quidem libri erant lintei, referente Vopisco. Carus demum, cum prælachrymis oculos non minus quam pectus præmoerore & angustia dolentes haberet, lectica se portari iusserat: tunc insidiis Arrij Apri sui foceri imperium affectantis occisus est. Sed insidiatori prædam & vitam Diocletianus præripuit, profligato etiam Carino aliquot præliis, qui in creditis sibi Galliis perperam & molliter se gesserat, crapulæ & balneis maximè frigidis indulgens: (nam aquam muliebrem vocabat tepidam habetia:) ubi crebrò inter rosas, pepones, & poma, vino & unguentis delibutus natabat: frequètius ad fontem frigidum non procul à Narbone, ubi post templum Diuæ virginis extructum est pro balneo. Suidas quoque Carino exprobrat crudelitatem, & insontium plerosque mactatos, quia formam orationemve suam non laudassent, vel quia se coram risissent. Et quoniam Vopiscus Syraculius addubitare videtur, ne non Carus & liberi Narbonenses fuerint potius quam Illyriciani, Insabres, vel Romani, id fatetur Iornandes Gothus: Carus, inquit, cum filiis Carino & Numeriano regnauit annos undecim, oriundus Narbona Gal-

In vita
D. An-
reliani.
& in
meriano.

In lib.
de regnor.
success.

liæ. ubi Gothicè oriundum pro orto scripsit. Sed expressius Sidonius. Postquam enim abundè Narbonè illustrauit encomio à salubritate, agro, ciuibus, capitolio, theatro, delubris, thermis, fontibus, salinis, flumine, ponte, & ponto, & moenibus, egregiam ciuium fidem erga suos Principes testatibus ruina & ictibus machinarum, subiungit:

*Quid quod Cæsaribus ferax creandis
Felix prole, virum simul dedisti,
Natos cum genitore principantes?
Nam quis Persidis expeditionem,
Aut victricia castra præteribit
Cari principis? & perambulatum
Romanis legionibus Niphatem?
Tum, cum fulmine captus imperator
Vitam fulminibus parem peregit?*

Nec verò insolitum est cælestibus flammis Romanos principes interciderè. Nam Romulus Syluius Albæ rex, à quo gen^o Quirini defluxit, fulmine quoque periit: & Tullus Hostilius tertius Rom. rex, dum decessoris sui Numæ sacrificia parum ritè imitatur, Ioui Elicio litare nequiuit, sed cum tota domo fulmine conflagrauit. Num verò id in melius interpretati fuerint Romani, addubito, cum Clemens Rom. Pontifex, D. Petri auditor, scripserit Zoroastrem Magiæ magistrum, amicum Dei, Persis creditum, quia fulmine ictus interiisset: & in Græcia plerosque simili fato peremptos, & sepulchro honoratos. Cæterum longè post Carum Anastasius Imperator similiter de

Carmine
23. in
Narbone.

T. Livius
lib. 1.

lib. 4. Rē
cognit.

In tomo. 3
Annal.

cælo tactus est. Sed de hoc aliter paulò Zonaras prodidit, vidisse eum in somnis virum terribilem, qui librum manu gestans diceret, Ecce ob peruerfitatē fidei tuę annos **XIIII.** vitæ tuæ doleo: & quia fatale sibi præsciuerat, vt fulmine interiret, vir alioquin nō pessimus, iuris ciuilibus disciplina imbutus apprimè, at vāsana & nimiū curiosæ religionis. quippè qui diuinitatem Christi simul cum carne conflatam, & vnica natura confusam asseueraret, persuasus ab impiis, cum aliquando tonitrua & fulgura præter modum eliderentur, ipse perterritus in regio cubiculo mortuus inuentus est, ad quod trepidus confugerat: tunc experiturus seorsum diuinitatem, eiusque iudicium, & vanitatem sectæ vtramque naturam commiscētis. Quam vt aliquādo confutaret Agarenorum rex Alamundarus recenter ab orthodoxis institutus, mœstitiā vultu coram scelestis simulauit: eo quòd, vt fingebat, rumor pertulisset Michaëlem Archangelum mortuum. Illis id fieri non posse affirmantibus, Ecqua igitur ratione, inquit, o vēcordes, Anastasio Cæsari imposuistis, dum suastis diuinitatē Christi promiscuè cum carne cōglutinatam pati potuisse? Hoc lepido & scito responso plerique illecti, à solita peruerfitate discesserunt: eò lubentiùs, quòd Anastasius meticulo sè semet territans occubisset, morte sola verum sequi edoctus: cum serpentium & aliorum animalium, quibus mortifera vis inest, venenum omne consumatur protinus atque fulmine feriūtur: & illas parietibus ac valuis eodem, quicumque in-

seneca
lib. 2. natura
quæst.
cap. 31.

tus

tus sint, perimi queant, & inuiolato dolio vinum vaneſcat, & intactis loculis conflatur argentum.

Cæterū blanditū Narboni hodie quis non ab re Sidonium suspicetur, salubritatem olim efferentem?

Salue (inquit) *Narbo potens salubritate,*

Urbe & rure simul, bonus videri.

quandoquidem ægritudines æstiuæ sæpè ingruunt, & vexant ciues: fortè quia cæli temperies longa syderum conuersione immutata est, aut ratio ventorū.

Nam Plinius, in Narbonensi prouincia clarissimum ventorum Circium ponit, nec vlli violentia inferiorum, qui tamen perflans regionem, Viennam Allobrogum non attingat. At hic ventus ad latera Cauri temperatior est. Nunc autem Auster ætuosus spirat frequentissimè, qui humidus & grauis, lacus & stagna proxima verrens, multam luem solet aduehere. Altanum vulgus nominat Tolosæ. Sed Vitruuius subtilius agens, Austro Altanum coniungit, non confundit: sic & Euronotum. In vniuersum constat noxiū esse Austrinum flatum, eo omnia facillimè putrescere: cum sit calidus & humidus. Quocirca damnat Galenus eorum sententiam, qui ver humidum & calidum autumarunt, cum si tale esset, non vtiq̄ tam salubre ac lætum existeret. Habet itaque mistionis æquabilitatem, & concinnam quatuor qualitatum temperaturam.

lib. 2. cap. 47.

lib. 1. de
architect.
cap. 6.

lib. 1. de
tempera.

SANE verò Sidonio tantoperè Narbonenses felicitates extollente, desierant Romanè eò Proconsules mittere, exuti dominatione à Gothis: quorum

u

Theodericus rex gente magis quàm moribus barbarus, Tolosanam ditionem, & Hispaniæ non minimam partem complexus, armis subiicere rebelles, & subiectis ignoscere nouerat, vt amplius & opportunius dicemus. Pulsis Gothis Narbo Vicecomitib^o paruit. Inuenio tamen & ipsam Comitibus subditam: quorum primus legitur Emericus Bellandius, qui Carolo Magno aduersus Sarracenos belligeranti fidiſſimus comes aſſiterat, & martio animo dimicauerat, ideoque à rege munifico Narbonis Martij ditione donatus, à quo Balaacum Africum regem expulerat. Factus mox Comes stabuli Franci, si quid Gillio creditur, multorum liberorum felicissimus pater, generum promeruit Ludouicū Pium, Caroli Magni filium, postquam Isorū gigantem extra hominum expectationem in campo Parisiensi duello fudisset. Ex illius sobole progenerati feruntur Vicecomites, quorum res gestæ peculiare volumen expeterent. Alij argumento vbere prebito enarrabunt, quomodo Narbonensis domus Fluffatum seu Fuxentium Comitatu coniuncta demum fuerit: deinde hortatu Ludouici XII. Gallorū regis, cum Ducatu Nemorsio commutata, & gradatim regno addicta, vt solent omnia flumina in mare denuò regredi, & semper plus habēti largiri. Nobis namque festino gressu properandum est à Narbonensi in Aquitanicam Galliam, vbi nos rex Aremorus plausibiliter excipiet, ab aliis scriptoribus neglectus, suis tamen virtutibus honorificè æstimandus. Nescio, hercule, quid mali ei adfuit, aut

Nic. Gillio lib. 1.
Annal.
anno 812.

potius quid defuit boni, vt tam longo silentio tandiu premeretur, vir nec Lugdo, nec Belgio, nec Iasio, vel Allobrogi, quorum Berosus apertè meminit, fortunæ vel mentis excellentia postferendus: cum esset sagax, circumſpectus, procerus, adhæc non sine oris dignitate, quæ illi plurimum gratiæ conciliabat. Ex his enim naturæ & industriæ dotibus regium aliquid inesse viris ipsis vulgus conijciebat, vt innuit Lucretius, sic inquit:

*Ingenio qui præstabant, & corde vigeant,
Condere cæperunt vrbeis, arcemque locare,
Præsidium reges ipsi sibi per fugiumque:
Et pecudes & agros diuisere, atque dedere
Pro facie cuiusque, & viribus, ingenioque.
Nam facies multum valuit, viresque vigeant.*

Lib. 5. de
rer. nat.

Nec frustra Aristoteles dixit pulchritudinem plus quàm epistolas omnes ad commendationem valere. Eandem naturæ priuilegium Plato vocabat, quod quidem valde decorat Reges. Proinde Samuël Deo obsequens, Saulem vnxit Regem iuuenem, perpulchrum, humeris quemlibet è populo supereminente: qualis electus est à Ioue Homericus Agamēnon,

ἄμματα καὶ κεφαλὴν ἰκελὸς Διὸς περὶ κερεῶν.
Æthiopes ij, qui immortales appellantur, vt notat Bion, non nisi suorum pulcherrimos Reges faciunt, quod & in Apibus seruauit natura, quorum Rex legitimus est ficto altero potior,

Et rutilis clarus scammis, ille horridus alter.
Apes autem veram effigiem Reip. gubernandæ

expressisse scimus omnes, regi parere frequenter, stipare, & satellitio communire, honore & obsequio profequi.

Ille operum custos, illum admirantur, & omnes

Circumstant fremitu denso. --- nam

--Rege incolumi mens omnibus vna est.

tantum pulchritudo tranquillitatis & obseruantiae ingenuit. Ephori Lacedaemonij Archidamū Regem multarunt, quia deformem vxorem, sed locupletem formosę pretulisset, geniturus Regulos pro Regibus.

Athenensium lib. 13. cap. 7.

Itaque cum Hēricus tertius Angliæ Rex duos superstites filios reliquisset, Emundum Comitem Lancastrii, & Edouardum Vuallia Principem, primores assentientibus plebeiis hunc natu minorem solio paterno destinarunt: quoniam Emundus gibbo & ore deformis esset, nonnullis tamen refragantibus: ex quo secessum fuit in duas factiones, pro totidem familiis, albæ & rubræ Rosæ, quæ foedissimis turbis Angliam diu exagitarunt. Atqui præstantissimo Aremore Gallia vltro morem gessit, illa potissimum quę postmodum dicta est Aquitania, à Garumna flumine ad Oceanum & Pyreneos mōtes,

Plin. lib. 4. c. 17.

Aremerica prius appellata. nam Oceano conterminam & Saxonibus, qui Britanniam occupant aduersam, haud obscure dicit Apollinaris Sidonius, ad Auitum Augustum scribens:

Lib. Car. cap. 7.

Quin & Aremericus piratam Saxona tractus

Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum

Ludus, & assuto glaucum mare findere lembo.

Tangit obiter poëta Britannorum morem vitilibus nauigiis corio circumfusus veterium. At tractui Aquitanico alij Ligerim fluium terminum plurima ex parte statuunt, ita vt deinde à Circio Oceanus occurrat, ab occasu Hispania, à Septentrione & Oriente Lugdunensis Gallia, ab Euro & Meridie Narbonensis. Et hac partitione à Iulio Cæsare disceditur, qui totam Galliam in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam secuit. Sed hæc tripartita dimensio non quibuslibet arridet, qui solam Celticam rursus à Belgica discretam trifariam diuidunt, nec iniuria: cum sicut fundorum spatia non natura, sed arbitrio cuiusque patrisfamilias limites capiant, ita & prouinciarum. Namque aliter Augustus Cæsar quam Iulius Galliam diuisit, extollens interim Aquitanos mirum in modum, vt Strabo testatur: eisdem insuper decem gentes adiiciens inter Garumnam & Ligerim: Celtas Narbonensium prouinciæ ascribens: mox Lugdunensi vsque ad superiorem Rheni partem: residuam Belgis. Vix etenim Aremericæ vox vsurpatur, sed Aquitaniæ, ab Aquitanis populis, vt Plinio placet: vel certè Burdigalensibus, vel Burdigalæ finitimis. quod ideò mihi persuadeo, quia Vbiscos Plinius Aquitanis priscis coniunxit. Sic & Ptolemaus Bituriges, Vbiscos, Nouiomagū & Burdigalam contiguos ponit. Strabo denique Bituriges, Ioscos, Burdigalam, marino lacui fluminum eruptionibus facto incumbere notat, celebre quidē emporium. Ex quo liquet Bituriges, Vbiscos seu Ioscos populos circumfretisse Burdigalæ, sicut Parisios

Plin. li. 4. c. 16.

Ann. lib. 1. cap. 3.

Lib. 4. Geogr.

Lib. 4. c. 19.

Lib. 2. Geogr. Lib. 4.

Lutetia, & illam antè Aquitam appellatam, & ciues Aquitanos: nimirum ab abundantia aquarum. Demum Burdigalam cœpisse dici recentiore nomine, nulli ante Strabonem audito, à Biturigibus accolis, qui potentia excellabant: perinde ac dicas Burgigalam, siue Burgum Gallorum. est enim velut arx & munimentum in mare procurrans. Nec ignotum est Bituriges illos ad Ligerim sitos, quorum hodie gloria & opes non minimæ sunt, antiquitus in Gallia præcelluisse: ita vt Celtis regē darent, & summam imperij penes se haberent. vnde varias deduxere colonias, non in Galliam modò, sed etiam in Italiam. Eorum ciuitas vulgò etiamnum Burgea dicitur. Proinde verum arbitror quod Isidorus, qui non vbiq; dormitat, in Etymologiis tradit: Burdegalim, inquit, appellatum ferunt, quòd Burgos Gallos primùm colonos habuerit, quibus antea cultoribus adimpleta est. Nec nouum est elementa D. & G. mutua vice fungi, vt liquet ex eo, quòd Clodio Francorum rex secundus à Greg. Turonico Chlogio semper vocatur. Et meruit Burdigala nomē indere vniuersæ prouinciæ, in qua situ maritimo, & agri hominùmque ingenio excellit. Idque fatetur Ammianus, & prædicat Ausonius Burdigalensis, Gratiani Cæsaris institutor, Consulatu patriæ atque Romæ conspicuus, quem cum Olybrio collega gessit eodem anno, quo Gratianus imperio Barbarorum aggressuris laborante confortem accepit vtrò Theodosium Magnum accitum ex Hispania, bello valde exercitatum. Et quò magis in-

T. Euius
dec. 3. lib.

5.

lib. 15. c. 1

lib. 15.
rer. gest.

Secret. lib
5. hist. Ec-
cles. cap. 2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 86
telligas ab Aquis pelagi, fluminū & fontium quon-
dam latè scatentium vbertate, Aquitaniam nuncupa-
tam, poëtam veridicum audiamus.

Burdigala est natale solum: clementia cæli

Mitu, vbi rigua larga indulgentia terra.

Ver longum, brumæque breues: iuga frondea subsunt.

Æstiuque amnes, quorum iuga vitea subter,

Feruent æquoreos imitata fluenta meatus.

Quadræ murorum species, sic turribus altis

Ardua, vt aerias intrent fastigia nubes.

Ferūt namque Burdigalam olim arces habuisse edi-
tas, mare procul intuētes, pro nocturna specula. Nam
dux, quæ nunc extant, Buccinæ & Fagi nomine in-
clytæ, nouitiæ fermè sunt, tunc instructæ, cum Angli
tota Gallia Caleto excepto excedere coacti fuere,
Ioanne Talboto apud Petragoreos interfecto vnà cū
filio Anglorum præfecto, qui antè diu floruerat, vt
crudelius extingueretur, Carolo VII. Gallis imperan-
te, & ad muniendam Burdigalam propenso. Cæterū
Ausonius deinde fontem describit vrbi mediū, ma-
nentem limpidis aquis, & marmore Pario contactū:
necnon Oceani fluctus reciprocos amplius effert.

Salue fons ignote ortu, sacer, alme, perennis,

Vitree, glauce, profunde, sonore, illimis, opace:

Salue vrbi genius medico potabilis haustu

Diuona, Celtarum lingua, fons addite Diuis.

Non Aponus potu, vitrea non luce Nemausus

Purior.

Ecce quomodo innuit Nemausum fontem opido

Emil. in

Carolo

vii. anno

1453. in

Resario

Ludouici

x.

Nemauso in Gallia Narbonensi percelebri appellationem communicasse, ne pudeat iam ab aquis nomine vrbis clarissime prius, & postea prouinciæ deductum profiteri. Nec mirum medijsfidius, si tot loci aquis Aquitani, tot rigati amnibus & fonticulis, cæteris mortalibus puriores & cultiores fuerint. Sic enim ait Ammianus de Gallis: Metuendæ voces complurium minaces, placatorum iuxta & irascentium. Terfi tamen pari diligentia cuncti, & mundi: nec in tractibus illis, maximeque apud Aquitaniam, poterit videri vel scemina, licet perquam pauper, ut alibi, frustis squalere pannorum. Certè Cornelius Tacitus Iulium Agricola m socerum suum à Diuo Vespasiano in patritios relatum cum primis laudat, quòd prouinciæ Aquitanie præpositus fuerit, splendidæ, inquit, dignitatis administratione, ac spe Consulatus cui destinaret. perinde atque dicat, præiudicio Consulatum quodammodò designatum, cui tam clara prouincia à Cæsare credita esset. Sanè Posthumus pater ex Præsidente prouinciæ Aquitanicæ irrepsit ad imperiū Rom. Gallieno Augusto voluptati & socordie dedito, vir bello fortis, in pace constans, in omni vita grauis, ut Pollio notat: totoque decennio malè partō dominatu benè & moderatè usus est, magno Gallorum bono & gaudio. Eum tanti fecerat Gallienus, ut Saloninum filium educandum in Galliam misisset. vnde adhuc Burdigalæ extant vestigia Amphitheatri, quod vocant Palatium Gallieni: cui quidem Posthumus obsequabatur, priusquam popinis & luxu obrue-

In 30. 7y.
rann. &
Oros. lib.
7. cap. 22.
anno Domini
270

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 81
obrueret. Posthumo interempto Victorinus à Gallis suffectus est, huic Tetricus æquè Aquitanie Præses, Senator Rom. quem Aurelianus fregit. Non desunt qui in eo Amphitheatro Gallieni agitata olim fuisse Poësis & Rhetorices certamina circumferant. Certè dubium non est, quin liberalia studia diutissime ibidem vigerint, vel teste Sidonio:

*Istud (inquit) vix Leo, rex Castalij chori,
Vix, hunc qui sequitur, Lampridius queat,
Declamans gemini pondere sub stybi,
Coram discipulis Burdigalensibus.*

Lib. 9. E-
pist. c. 13.

Ruinam eius Amphitheatri seu Palatij cœpisse Iustiniano imperante didici, & Fræcis iam in Galliam late irrupentibus. Nec tacet Suidas, Burdigalam urbem esse Gallie, apud quam Bellifarius, Iustiniani copiarum ductor, varia bella gesserit, nimirum Gothis & Francis grassantibus.

SED redeo ad destinatum Aquitanie Præsibus Consulatum, qui pro certo quidem contigisset Manilio Cornuto legato Cæsaris in Aquitania, nisi mentagra, morbo scedo nõ humiles aut seruitia, sed optimates & illustres tantum viros diuexante, correptus fuisset: quo se curandum elocauit H. CCC. tantus erat rei Medicæ quæstus, vel viri dignitas: qui tamen pul-
plin. lib. 26. cap. 1.
lulanti Christiane religioni non satis æquus videbatur. Jampridem enim ibi sata fuerat, D. Martiale palam edocente tum Lemouicis, tum Burdigalæ, si vera tradit Aurelianus Lemouicensium Episcopus, qui se ab illo de orco medio suscitatum prædicat: quem-

admodum & suscitatum vidit eiusdem diui ope & precibus Neruam Neronis consanguineum in Tullensi castello Lemouicūm, ad tertium annum Claudij imperantis, & Valeriam sponsam Stephani Ducis à Nerone præfecti Galliis à Rhodano flumine ad Vascones & Pyreneum, quam repudio abiectam capitali damnauerat supplicio Stephanus, quia initiatā intellexisset Christianis sacris: post recantans, cōfringi fictiles & ligneos deos vbique iusserat, & Christo veraci templa edificari, præsertim Burdigalæ: vbi Sigibertus Comes paralisi inexorabili ægerrimè distētus, Martiale opitulante, conualuit.

vide Au-
relianus
in vita
Martia-
lis.

Ridebunt plerique: at ego nihil fieri posse diffido, quod factum sit: & pauci reprehensorū sciunt quā multa nesciāt: & mihi superstitionem aliās detestanti excusatio erroris non deerit, quod famam & grauem autorē ducē subsequar. Nam Martialis Christi assecla Deo soli bona omnia accepta referēs, quique Lazarū antea in Bethania ab inferis saluum redire prospēctarat, vt fide pia, sic facultate miraculi potuit muniti: & si qui tales se honesto viuendi genere, & re ipsa præstitere, quales reliquos admonitione fieri cuperēt. Si quisquam obstrepat, credat, si velit, potius Philostrato, qui ab Apollonio puellam ipsa nuptiarū die mortuam, vitæ redditam narrat. Planè D. Martialis prodigiosa virtute accensi Meduli, procliues ad pietatem facti Burdigalensium imitatione, Dæmonum præstigiis & superstitioni longum valere nunciarūt. Illis enim nimium diu incubuerant. Constat etiam

Lib. 4.
cap. 16.

ad eò Burdigalēses religioni syncerę addictos fuisse, vt Valentiniāni & Theodosij Augg. seculo, Vrbicam ^{Euseb. in} nobili genere fœminam lapidibus publicè obrue- ^{Chro. an-} rint, quia Priscilliani hæresim assereret, quem Syno- ^{no 3 8 7.} dus Burdigalæ simul cum Eucrocia Delphidij Rhetoris vxore damnauerat. Respuerunt itaque Medulorum proceres, antea multo plus maleficæ artis fuligine, quàm tedæ suæ tetri, vix dum immemores,

Oceani finem iuxta solēque cadentem,

Vilis arundineis cohibet quem pergula tectis,

Et tingit piceo lachrymosa Colonica fumo.

Auson.
epist. 21.

vt interim tum Virgilij, tum Ausonij versiculis vtar, qui Theonem Medulicum vatem eximium festiuo carmine prouocat. Sed si de me percunctaretur Ausonius,

Quam tamen exeres Medulorum in littore vitā?

Mercatusne agitas?

Minimè, inquam,

sed rerum naturam cōtemplor auidè, vel potius mera naturæ miracula, quæ Oceano eueniūt, societatem cum cœlo ineunti, & ad syderum motus refluenti: vt interim omittam ventorum concursus, ac conuulsi maris violentiam, & terribilem ingentium beluarū congregationem, & ipsummet Oceanum vastum, & ita latè diffusum, vt dubitari soleat, an vltra illū aliud quàm cœlum sit: nec planè explorari id potest.

Dij reuocant, rerumque vetant cognoscere finem

Mortales oculos: aliena quid æquora remis

Et sacras violamus aquas, diuumque quietas

Turbamus sedes?

vt dicebat Pædo, nauigante

senec. lib.
I. Suas.
riar. cap. 1

Germanico. Num scire cupimus vniuersam terram esse insulam, Oceano vndique coronatam, vt verbo vtar Dionysij Cosmographi: sic enim ait, de Oceano loquens:

πᾶσα γὰρ ἄτε ἦστος ἀπέλευτος, ἐπεφάσκει.

Ostendit & Orpheus in seipsum redire Oceanum in ambitu terræ circumductum, laudans

Circulum indefessi pulchre fluentis Oceani,

L. 7. ff. de interd. et releg. Philo in lib. Quod mundus sit incorruptibilis.

qui similiter quotidie nouas parit insulas. Vnde Vlpianus scripsit, in Ægypto esse quoddam genus pœnæ aduersus delinquentes, in nouas insulas relegandi: siue illæ nouæ sint natiuitate, vt de Rhodo & Delo clarissimis insulis proditum est, quæ è marinis fluctibus emerferunt. Hinc Delos in Ægeo mari à Pindaro

θεόδμητος dicitur, id est, diuinitus condita. Vel nouæ insulæ eæ sunt, quas recenter inuestigatio solers hominum, aut in somnis auaritia nauigantium periculi secura detexit: vt contigit non ita pridem, cum Christophoro Coloneo Ligur, Hispaniæ Admiralus, è Gadibus soluens, & se ventis ac fortunæ committens, & in ortum solis deflectens, in insulas duas demùm appulit syluis amœnas, auicularum cantu sonoras, & amnibus irriguas, auro in tantum abundantes, vt incolæ, qui regi suo obtemperant, & nudi degunt,

Munster. lib. 5. Cosmograph.

Glauco & Diomedis imparem permutationem facillè imitarentur, & aurea pro æreis vel ferreis (quoniam ferro carent) vel pro fictilibus, libenter darent. quæ res Hispano regi plurimum redditum tribuit, repetita sæpius nauigatione, auri dulcedine: ne non esset

Senecæ tragici verum vaticinium in Medea:

--venient annis

Secula seris, quibus Oceanus

Vincula rerum laxet, & ingens

Pateat tellus, Tiphysque nouos

Detegat orbis, nec sit terris

Ultima Thule.

Admiralus autem Gallica primùm vox fuit ac dignitas, latissimè deinde à variis populis vsurpata pro eo illustri præfecto, cui maris imperium & littorum à rege concreditum est: qui classes & naualia curat, vti facta testata sunt, & vt exarmata reparantur, nè remigibus aut commeatu egeant, vtque pirateæ arceantur, aut fugentur. Nomen sub Diuo Augusto adinuentum didicimus, & ab ipso met approbatum, tametsi nouata verba non minus quàm scopulum marinum se refugere prædicaret. Cum enim ipsi aliquando Legatus is, qui Galliam administrabat, cui transmarinarum rerum notitia multa ad copiam largitur, vt D. Iulius

Lib. 6. de bell. Gall.

retulit, cõplures Nereidas in littore exanimes apparuisse scripsisset, obstupuit, maris porteta demiratus, atque protinus classi Gallicæ præfectum Admirandum dixit. Alij hoc Tiberio ei successori tribuere maluerunt, cum cõtra Lugdunensis prouinciæ litus in insula simul trecentas amplius beluas reciprocas destituisset Oceanus miræ varietatis & magnitudinis, nec pauciores in Santonũ littore, interque reliquas, Elephan-

plin. lib.

9. cap. 5.

admirabile: maximè cum marina animalia maiora &

Problem.
sect. 1. §.
54.

vegetiora sint quam terrestria: ut potè cum Solis vis consumendo alimenti copiam hæc comminuat, nec ita adolescere sinat, ut quæ abduuntur, si Aristoteles vera sensit. Nullum enim illorum animantium Balenæ comparabitur os in fronte habenti, & in sublime nimbos efflanti. Nec frustra veteres ortam è mari Venerem finxerunt, quia non tantum infinita producat mare animalia, sed etiam vastissima. Non est igitur quod miremur Admirandum censerì classis regiæ gubernatorem, elemento tam fertili, tam variabili, tam pretioso intentum. Hinc illæ insidiæ, cum in fraudem ridens mare ad tempus, mox procellis agitatur: adeò ut aliquando nautis cum vndis, cum ventis, & cum flammis simul luctandum sit: sicut nos vidimus ignitæ machinæ violentiam navis malum antemnasque depascere, vento fugam & incendium instruente, & assatos non paucos tum igni, tum aquæ prædæ esse: & laborante navigio iactum fieri pretiosarum mercium, velut vectoribus cõtenditibus locupletare ditissimũ Neptunum, largiètem Coralliũ è frutice neglecto sensim in gemmã cõcretum in Siculo sinu, sed laudatissimũ in Gallico circa Orchadas infulas, Scotorũ ditioni cõtributas. Taceamus margaritas & lapillos, quibus sola hominum persuasio fecit pretium, vel odores suavisimos, Ambram videlicet antiquis incognitam, quinimò nobis non fat cognitæ originis, Oceani tamen nobile retributum, & nullo miraculo leuius. Quibus singillatim consideratis suspicor Christum Max. non ma-

gis propter simplices sine arte mores, Apostolos in mari piscantes euocasse ad mirificæ religionis mysteria, quàm quòd assueti portentis figurisque naturæ solertia innouatis, nec non syderum cõtemplationi, quorum multa cum æquore cognatio est. Hinc sapiens Ecclesiasticus: Qui nauigant, inquit, mare, narrant pericula, quæ audientes admirabimur: illic præclara opera & mirabilia, varia bestiarum genera, & omnium pecorum, & creatio beluarum. Propter id consequuntur felicem finem suum. hucusque Sapiens. Sic itaque Apostolis accidit, ut proniores foret ad cœlestis scientiæ cognitionem, instar vatis illius Prothei, quem Nymphæ venerantur in gurgite Carpathio, se in alias atque alias formas subinde vertentem.

nouit namque omnia vates,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Quippe ita Neptuno visum est.

*Ving. lib.
4. Georg.*

Sic Deo visum fuit è piscatoribus Philosophos facere, ut diuinæ sapientiæ retibus homines dulciter implicarèt, & malitias omnes pietatis euerriculo auferrent: qui Regi tanquam præcellenti, & ducibus ab eo missis, ac legibus obedire nos iuberent, ut liberi viuere possimus, sicut Petrus edocuit, sublimis Dei Admiralus, leges recens vndis & procellis præstituit. *1. Pet. 2.*

Alter erit Typhus, & altera quæ vehat Argo

Delectos heroas.

Nam quod de Pollionis ducis filio poeta cecinit, Sibylla de Christi cohorte *Ving. e. clog. 4.*

prædixerat. Et sicut inclyti vectores propter arietem aureum, postea Zodiaco addictum, tantum maris emensi sunt, sic veri cultores propter agnum cœlestem Sole ipso splendidiorem, qui tum maximè claudit, cum ad Virginis signum ventum est, & mortales valde prosperavit Soli subridens: quando Platoni placuit Solem summi boni filium cõsimilem asserere, quem peperit

Lib. 6. de
Rep.

Spicum in
neuro gene-
nere. Cic.
lib. 2. de
nat. deor.
ex Ara-
ro.

Cic. 1. de
dium.

Psal. 94.

Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.
Nascente enim Christo Sibylla magnam fore fertilitatem præsenferat, quam spica triticea declaravit. Et quemadmodum cum in cunis dormienti Platoni apes in labellis confedisent, responsum est singulari ipsum futurum orationis dulcedine: ita cum Midæ, mox regi Phrygum, paruulo adhuc dormienti formicæ tritici grana congestis, prædictum est (quod euenit) ditissimum fore. Huiusmodi astra apprimè callens D. Petrus, & duas Arctos, ac Pleiades septem cœliferi Atlantis filias, præcipuus nauis Euangelicæ magister, Admirali honore non abs re decorabitur, postquam ita visum est principi Deo, cuius est mare, & ipse fecit illud, vt terram manus eius finxerunt, & vtrumque Regibus humanis communicauit: sed vctigali iure, vt obsequia iusta pensitent. Alioquin meminerint quàm volucres sint regnorum potestates, equidem non aliter instabiles quàm ipsum mare, quod stellæ inconstanti subiicitur: non tam quia

Luna alit ostrea, & implet echinos,
vt aiebat Lucillius: vel quia

Ad

Ad luna motum variant animalia corpus,
teste Manilio in Astronomicis: sed quòd Luna plena vehementes æstus in Gallico Oceano & alibi excitat: cuius rei inscius Cæsar, dum è Gallia in Britaniam traiceret, penè fuit vt obrueretur oborta interim tempestate, atque vt Britania rebellaret. Octogenis verò cubitis supra Britaniam intumescere pelagus Pytheas Gallus Massiliensis autor est. Huic addit Aristoteles, nullum animal nisi estu recedente expirare: idque potissimum cõstitisse in Gallico Oceano, & pro certo in homine compertum. ex quo sinus Gallicus redditur celebrior, vt taceam quod Ælianus testificatur, Celtas olim equos & boues piscibus saginasse, sicut & Macedones: tanta fuerat maris fecunditas. Tot rationum cõgeries fecit, vt maris præfectura, & Admirali eximiũ munus in Gallia magno iam pridem in pretio sit: vt quoque non diffitetur Castor Galata seu Massiliensis, vt Suidas tradidit, oratorem illum insignem asserens, scribendo catalogum eorum, qui mari dominati fuerint, cuius portiuncula ad nos peruenit, Cæsaris ætatem redolens, Græco stylo, & maris Gallici præfectum extollente: qualem Romani autoritate non agnouere parem. Nam qui à Senatu Cæsareve Romano mari oræve maritimæ pacandæ præficiabantur, id muneris pro tempore sustinebant: vt Cn. Pompeius aduersus Cilices piraticæ facientes, qui maria inuaserant, & bello quasi tempestate præcluserant: dum sub Mithridatici belli specie, inquieta Asia, exteri Regis inuidia, impunè grassa-

Lib. 4. de
bell. Gall.

Plin. lib.
2. cap. 97.
& 98.

lib. 15. de
hist. ani-
mal. cap.
25.

In verb.
Castor.

Y

ri licuit ipsis duce Isidoro, primùm contentis Creta, Cyrenis, Achaia, sinúque Maleo, quem à spoliis aureum ipsi vocauere. Mòx etiam terra perrexere infecti, donec dispersam toto mari pestem Pompeius extingueret, Gallicis oris ipsè incumbens. Filij eius Adriaticum obsederant, Gellius Thuscum, Ponticum Metellus, & alius aliud pelagus tanquam indagine cinxerat, donec spe deiecti Cilices, abiectis telis & remis, plausu vndique pari, more supplicantium vitam peterent, & terrè redderentur. Tale fuisse Neptuni imperium conicit Lactantius, vt in insulis omnibus & locis, quæ circa mare essent, regnaret: inde maris numen credi cœpisse, qui Rex extiterit, Et M. Antonio simile à Senatu concessum commemorat, vt marinos prædones persequeretur, & paci quietique consuleret. Nam et si mare & littora maris communia sint, vt aëris vsus, & ideo occupanti cedant, tamen nihil licet ibidem cum detrimento publico facere, tuitione populo regive seruata. Nō multum ab his dissentit Tullius. Datum est, inquit, Neptuno alteri Iouis, vt volunt, fratri maritimum omne regnum, nomenque productum, vt Portunus à portu, sic Neptunus à nando, paululum primis literis immutatis. Et certè antiquitus ita Neptuni dignitate censebantur, qui finitima maris regna possiderent. Eò pertinet quod Homerus refert, Neptunum Vlyssi iratum Polyphemi Cyclopi gratia oculo excæcati.

--θάσσει δέ μιν τέκενύμφη

odysf. 1.

φόνιμος θυγάτηρ ἀλδὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος,

^{ἐν σπέσει γλαφυροῖσι ποσὶ δάωνι μυγῆσσι}
id est, Tholosa autem ipsum peperit nympha Phorcyni filia mari profundo imperantis, Neptuno mixta in cauis speluncis. nihil aliud innuens erudita fabella, quàm Tholosam fuisse vnicam Phorcyni filiam, principis iuxta Garumnæ fluentia latè dominantis, eamque nupsisse regi Aquitanorū ad Oceani litus ditionem habenti: ideo quòd Garumna fluuius Oceano miscetur tandem, & nauigij capax prope Tholosam rectà Burdigalam properat: vbi obuij Oceani exestuantis accessibus adauctus, iisdem retrò meâtibus suas illiúsque aquas agit. Ad extremū magni freti similis maiora tolerat nauigia, & more pelagi exurgens sæuit, ac iactat nauigantes. Hinc Claudianus:

*Quòsque rigat retrò pernicios vnda Garumnae,
Oceani pleno quoties impellitur aestu.*

Hoc ipsum Apollinaris euidentius describit in quadam epistola, Tigretium Vasconem Vasatensem Lib. 3. accersens Burdigalam: Portū, inquit, Alingonis tam piger calcas, ac si tibi nunc esset ad limitem Danubium contra incurfaces Massagetæ proficiscendum. Ecce iam Leontius meus facile primus Aquitanorū: ecce parum inferior parète Paulinus, ad locū quem suprà dixi per Garumnæ fluentia resluentia, non modò tibi cum classe, verum etiam cum flumine occurrerent. An non videntur hæ Oceani seu Neptuni nuptiæ & lusus, cum ad aquas, quibus Tholosa Naiadū vna præerat, recurrat, quasi puellam dilectam, festi-

y ij

Lib. de
falsa re-
lig. cap.
II.

L. littora
ff. ne quid
in loc.
pub.
Lib. 2. de
nat. decr.

Lib. 2. in
recessu.

Lib. 3.

cap. 12.

nans præ gaudio, opperiat? Nam Nymphas aquis præfidentes præfici Naiadas vocabant, *ἄπο τῆ νεμύδων*, id est, ab aquis. Et quia ex humido fit generatio, hinc factum, ut nubentes tanquam ad generationem copulata, Nymphæ Græcis appellentur, & lauacro de fonte fluuióve hausto perfundatur, ut eleganter dixit Porphyrius, enarrans Homeri antrum in Phorcyni altero portu ad Ithacam, oliuam in vertice habens: ubi Naiades habitant Nymphæ, & apes mel fingunt, ipsis purpuram textentibus iuxta perennis aquæ fonticulum. Portis verò geminis specus patet, quarum altera Austrum versus diuis solis aperitur, altera in Septentrionem mortalibus. quod quidem à poëta idè inducitur est, quia Theologi per Capricornum austrinum, signum animæ, ascendunt in cœlum: per Cancrum æquilonium delabuntur. Nec est quòd ab his quisquam dissentiat, propterea quòd Nympha Neptuno mixta, non Tholosa, sed Thoosa nominetur ab Homero: quia dulcis balbutientis puellæ sonus id effecit, ut litera L interesset, sicuti in cõiugis eius nomine accidisse Plato testatur in Cratylo. Nam Principem maris Neptunum *πρωτεύδωνα* dictum putat, quòd sit multa noscens Deus, *ὡς πρὸ πολλὰ* suffectis, id est, *πολλὰ εἰδὼς*. Nota est balbuties Alcibiadis in super, ab Aristophane notata, ob literam λ inculcatam, cum *δλᾶς θεόλον*, pro *δέσπης θεόρον*, pronũciaret. Nec dubium cuiquam esse potest postmodum, quin literæ facillè in mediâ nomina irrumpant, præsertim in Tholosa, quam Strabo semper geminato s̄, præ-

odysf. 13.

Plutarch.
in vita
Alcib.Lib. 4.
Geogr.

ter aliorum morem proferat, sed utroque oo seruato, sicut in Nympha Homericâ. nam Ptolemæo est *πολώσαι κολώνια*, sine aspiratione tamen. Ad rem pertinet, quod Valerius Coruinus primus Messanam Siculam expugnans, idem primus ex Valeriorum familia urbis captę in se translato nomine Messana appellatus, paulatim dici cœpit, mutatis literis, Messala blandiusculè. quod nomen perdurauit manans ab urbe Sicilia, in quam transfretare nos iam opportunũ est, de Polyphemo Tholose filio verba facturos, qui Siciliam incoluit,

Quam extruxit Trimacus heros,

Filius in ponto imperantis Neptuni,

ut Sibylla cecinit. vnde à Dionysio Trinacia dicitur, *τρινάκτιν*, sicuti ab Homero: sed hoc propter tria promontoria, ut verior sententia habet: cum sit insula triquetra, quondam peninsula contigua terræ circa Isthmum Ausonum, quo diducto mare vndique circumfluxit. Vnde fabulati sunt Neptunum abscidisse Isthmum tridète, quo vice sceptri gaudet, ob falsam maris, dulcem fluminum, & mediam paludum aquam. Sed profectò nõ alius quàm Polyphemus Siciliam à continète penitus separauit, dum illò colonias Gallicas deduxisset, conuocatis Pyrenæi montis accolis, ætate florida, & virente animo polentibus, ut attigit Silius Italicus:

*Post dirum Antiphata sceptrũ & Cyclopea regna,
Vomere verterunt primum noua rura Sicano,
Pyrene misit populos, qui nomen ab amne*

Senec. lib.
de. breuit
vita.Eustathius hæc
aitat in
Dionysio.Lib. 14. de
bell. punico.

*Ascitum patriæ terræ imposuere vacanti.**Mox Ligurum pubes Siculo ductore nouauit.*

Nam Polyphemus, qui domi pacē, foris arma amabat, copia domestica magis quàm inopiā suos penates reliquit, ubi quidem erat celeberrimus: ut non tantum diurnā, sed etiam latam gloriam in æuū relinqueret. Itaque peragrata Italia vidit Siciliā nullis colonis, vel iisdem ignauis, habitatā, & sponte naturæ feracē, & leui cultura fecundissimam fieri posse cognouit. Proinde occupata regione colonos ex Pyreneis magis ac magis euocauit: quāquam Thucydides Silio non cōsentiat, nec Siculos à Liguribus, sed ab meris Italis repetat, & post Cyclopes (quorum princeps extitit Polyphemus, famæ ingētis, ut nōmē eius indicat) Sicanos ex Iberia oriundos asserat illuc appulisse, & postea Phœnices negotiandi gratia ac Græcos cōplures. Nobis satis est Cyclopes, quorum ipse se fatetur nescire originē, Gallicam gentem fuisse: idē iurē præcipuo Siciliam recepisse, quæ Gallorum pridem fuerat ab Herculis Libyci & Galathæ uxoris seculo. Nam Galatheum filium adolescentulum ad Herculeū communem parentem Thuscus frater cum coloniis misit, inquit Berosus: apud quem Thuscus aspiratē scribitur, licet vulgō aliter, ut in Tholosa diximus, & in Galathea, sic cōsultō scripta, ut albam deam significet. Cæterum Theocritus & alij aliter scribunt. Fuit verō hic pœta Siculus, idēoque Polyphemi amores Galatæamque enarrauit, quam adēo dēperibat, ut pecorum

Lib. 6. de
bell. Pello-
pon.

In Rege
Assur.
xij.

Idyll. 11.

obliuisceretur. Fingūt enim antiqui ipsum innumeros greges pascentem, quoniam regum potissima opes in pecudibus consistebant, & Galatæam coagulo lactis candidiorem, agna teneriorem, implorare, & Cyclopum ditissimum & canorum se maxime gloriari, ut apud Ouidium:

Candidior folio niuei Galathea Ligustri,

Lib. 13.
Metam.

Floridior prato, longa procerior alno.

Nōne hoc est vestigium patens veritatis tempore nimio oblitteratæ, quod dilectam puellam Galatæam vocauit, siue illa fuit Galatæi antiquiore Galatæa geniti soboles, siue ita Gallus ipse Cyclops nomen ei indidit, ut & Galathanis colonis in Sicilia, & Galatæa insulæ Africam versus, non procul à Sicilia? At Philoxenus Cytherius Polyphemum inducit Galatæam pulchritudinem laudantem, tum formæ, tum aureorum cincinorum, & vocis suauissima: oculorum verō minimè, quia se obcæcatum iri diuinaret. Callebat igitur diuinandi artem: vnde & Galeotas augures ipse instituit, quorum M. Tullius mentionem fecit. Dionysij, inquit, mater, eius qui Syracusanorum tyrannus fuit, ut scriptū apud Philistum est, & doctum hominem & diligentem, & æqualem temporum illorum, cum prægnās hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum. Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, responderunt, ut ait Philistus, eum quem illa peperisset, clarissimum Graciæ diuturna cum fortuna fore. Quod

plin. lib.
3. cap. 8.

Athen.
lib. 13. c. 6
lib. 1. de
diuinat.

verò Homerus comminiscitur Polyphemum ab Vlyſſe orbatum illo oculo circulari in fronte, ex quo nomen ortum Cyclopum,

ὄνει' ἀεισφάων
Κυκλοτερής ὀφθαλμὸς ἐν ἐνέειδ' ἰο μείλιππος

vt ait Hesiodus in Theogonia, non caret venusta significatione. Nam cum debellata Troia Græci domum redirent paucis cum expoliis, variè iactati marinis periculis rursus prædam amiserunt. Ad piraticam demùm conuersi, ex improviso imbelles quasdam nationes depredati sunt, præsertim Vlyſſes, ne ab auo suo Autolyco degeneraret, furum & prædonum subtilissimo: sed cum in Siciliam venisset, à Polyphemo penè laceratus est, & comites eius mari demersi, partim elisi, quoad Vlyſſes vibicibus crebris misericordiam ciens obsecrare Polyphemum cœpit uti sibi comitibusque parum cautis ignosceret, offerens munera non parui pretij, quibus illum obcœcauit: quia Deos hominesque ea placare consueverunt. Proinde quia fucato suo eloquio persuadere non poterat, auro, licet malè parto, & vino Maroneo, fugam incolumitatemque impetrauit. Cùmque puderet cladis acceptæ à Polyphemo, ipsum tanquàm prodigium aliquod execrari, quocunque iret, institit, quem tum robore, tum humanitate, tum prudentia præstantem laudare debuerat, non inhospitalem, & deorum contemptorem, & legum expertem fingere, Homero harum contumeliarum præcone: qui inuitus alibi vrgente cōscientia, Polyphemum diis æqualem vocat, & beatum, cui sine aratione & se-

mente

strabo
lib. 3.
Geogr.

odysſ. 9.
et 1.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 89
mente omnia abundè prouenirent: quod impiis vix Deus concederet. Quocirca Doti populij in Gabalis aram Cyclopum habuere, ad quam obnixè rem diuinam facerent. Nec debuit eos Vlyſſes illè vafer calumniari, sanequàm violentus & raptor non Paride inferior. Nam Arenem Polyphemi filiã, postquam illi reconciliatus est supplex, rapere tentauit: nec impunè, si Dictys Cretensis vera tradit. Prætextum autem dabat flagitio, quod puella amore Elpenoris socij incensa videretur, quasi verò inconsulto patre filiã id audere deceat, cuius nonnunquam cum errante hospite mens & amor errare consuevit. Ventorum beneficio elapsus ocyus Vlyſſes Polyphemum effugit, quem efferum & vastum appellat: fortem & procerum veriùs dicturus, & quadam oris oculorumque maiestate venerandum, quemadmodum omnes ferè Gallos natura olim benignior progenerabat. Ple-
rumque, inquit Iulius Cæsar, omnibus Gallis præ magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est. Et Ammianus: Celsioris staturæ & candidi penè Galli sunt omnes, & rutili, luminum toruitate terribiles. Sed propius nemo Polyphemi magnitudinem attigit, quàm T. Liuius. Postquam Te-
tostagos Asiæ mediterranea sortitos retulit, illic Cn. Manlium Consulem Rom. ita loquentem inducit: Nō me præterit milites omnium, quæ Asiam colunt, gentium Gallos fama belli præstare: intermissimum genus hominum ferox natio peruagata, bello propè orbem terrarum sedem cepit. Procera

corpora, promissæ & rutilæ comæ, vasta scuta, prælongi gladij. Porrò Tectosagi, seu Tectosages, iidem qui & Tolosani fuere. Arcemicorum Nemausus, inquit P. Mela, Tolossa Tectosagum. At Plinius, Tolosani Tectosagi Aquitaniæ contermini. vt videlicet discrepent ab iis, quos paulò antè Volcas Tectosages appellauit, producto imperio. Iam verò Tectosages quid aliud esse possunt, quàm qui Cyclopes à Græcis vocati, Siciliæ occupatione falsò, sed lepidè, crediti Ioui fulmina cudere, & armamentarium cœli exhaustum denuò replere & munire? Tectosagi autè appositè Clypeorum fabri dici queunt Latine: quia Græcis σάκος, clypeus est seu scutum. σάκος πανόλονον Hesiòdos vsurpat in Scuto Herculis: & τέκτων eide est faber. sed mitioris soni gratia. ⁊ pro ⁊ suffectum est, vti sæpè accidere ostendimus. Nec præterit Lucianus querimoniâ ⁊ literæ, & ad manus venire contra ⁊ narrat, pro dictionibus γναφέας & κνέφας: & notū est Gallaicam Asturum oram quandoque auro fertilem, ab aliis autoribus res Hispanas tractantibus Callaicā nominari. Trocmi præterea Galli, qui cum Tectosagis in Asiam viriliter penetrarūt, apud Strabonem Trogini sunt, non semel: Liuiò & Ptolemæο τεώκμοι: & Sacæ populi Scytharum celeberrimi à P. Mela Sagæ nuncupantur, mutua duarū literarum functione. Sanè Galli adeò nauabant operam clypeis fabrè & exactè elaborandis, vt auri multum in his impenderent, & coraliò ipsos, galeas & gladios ornarent. Diodorus prodidit scuta Gallorū

Lib. 2.

Lib. 3. c.

4.

in iudicio vocatum.

Lib. 12. Geogr.

Lib. 3.

cap. 5.

Plin. lib.

6. cap. 17.

varias animalium formas habuisse areas prominentes, ad tutelam corporis & decus: longa verò profutura hominis fuisse. quod & Liuius suprà innuit, vasta exprobrans, quanta, opinor, Laconica extiterunt, cùm Lacæna scutum filio tradès, ipsūmq; exhortans, Fili, inquit, aut cum hoc redi, aut in hoc. nimirum id pro feretro commodè habiturus, vt quibusdam adfuit pro rate & nauigio. Refert enim Annonius, Attalum iuuenem, Lingonici Episcopi nepotem, obsidem iniuria detentum bello, quod inter fratres Theodericum Metensium Regem, & Childbertum Parisiorum, perfidè & crudeliter gestum est*, cum Leone patruī seruo Treueris in patriā nocte concubia perfugissè, & Mosam fluuium fugæ salutiq; eorum repugnātem super parmas traicissè: Galli olim Brenno dūce in Græcia belligerantes aduersus Macedonas, Antigonum & Antiochum, Reges, viginti tribus peditum milibus, equitum tribus, fretos, solutis ab hoste pontibus Sperchium amnem paludis more restagnātem partim manibus tranasse à Pausania in Phocicis memorantur, partim scutis patriis, quos Thyreos vocarent. Verum non tantum in scutis fabricandis Tectosagi excelluere, sed etiam in omni genere armorum, suppeditato ferro in Pyrenei montis ramentis. Nec falsum est quod ait Plinius, Cyclopes fabricam ferream inuenisse, non modo ad belli vsum, sed etiam ad agriculturam. nam antea homines:

Lib. 2. de

gest. Franc.

cap. 11.

* Anno

529.

Lib. 7.

cap. 56.

Aere solum terra tractabant, aereque belli

Miscbant fluctus, vt ait Lucretius,

lib. 5. de rer. natu- ra. Potentiores forte se auro munebant, ex eo arma fieri sibi curabant, vt splendidius morentur: vt Turnus Virgilianus, qui

Aneid. lib. xij. & xi. - auro scalentem, alboque orichalco
Circundat lorica[m] humeris. & alibi,
- rutilum thoraca indutus ahenis

Horrebat squamis, surasque incluserat auro.

& Homerus passim testatur ærea fuisse heroũ arma. Accedit Achillis hasta Phaselide in templo Mineruæ posita: & apud Nicomedenses in Æsculapij, Memnonis ensis totus ex ære, cum hastæ illius ima tantum & summa cuspis ærea esset. Posset aliquis Cyclopes incusare eruti ferri nomine, quod natura solers abstruserat, præuidens humani generis ex illo perniciem, nisi & auro dira vulnera non corporibus tantum, sed & animis infligeretur (nihil enim inuolatum finit:) & nisi ferrum rubigine sua esset plerisque morbis remedio, atq; scoria valde opitularetur. restringit utiq; prodèstque scæminarum profluuiis, ignibus sacris: & stomachis dissolutis ferrum candens vino aquaue sorbili restinctum. Vulneribus quoque præsens habere remedium aliqui coniiciunt ex hasta Achillis, quæ Telephum sanasse traditur: sed cum fortè ærea fuerit, id ego in medium relinquo. Satis est ferrum tam prodesse quàm nocere mortalibus, quibus nihil vsque adeò boni natura blandiens elargita est, quod aliquando non sit noxium. ne Solem quidem excipio, dum segetes & plantas nimius

Pausan. in Lacedæmonicis.

Dioscorid. lib. 5. cap. 46.

exurit, aut tabe & agridudines feruentes alit. Ne autè Tectosages magistris ferrei artificij quis temerè sugillet, meminerit Attalum regem florentissimum, qui morbo ex Solis ardore contracto, populũ Rom. Asiæ successorè destinavit, hortos primũ coluisse, *Iustini. lib. 36. in fin.* fodisse, & sua manu feruisse: mox ab hoc studio gratiæ artis fabricam nauiter tractasse. Demetrius autem Macedoniae rex in machinis bellicis excogitandis & fabricandis suum extulit ingenium, & πολιορκητης inde appellatus, obstupente Lysimacho perspecta *Plut. in eius vita.* machine industria, qua Cilicios oppugnabat, & diuinum vocante Demetrium autorem: quia etiam ab Hesiodo Cyclopes ob fabricam θεοῖς ἀλγυνοί, dicuntur. *In Theophrasti.* quidni? cum horum inuenta rem rusticam & gen. militarè Reipub. columina maximè iuuent: & cum cœlo complures antiquorum donati fuerint, & numinũ in numerũ relati propter rerũ sanequã vilium inuentionem: vt qui stercorandi rationem primus induxit Sterculius. Quamobrem Polyphemus tot artis & nature dotibus insignitus dubium relinquebat, vtrũ parentibus clarissimis plus ornamentis conferret, quàm acciperet. Matri certè Naiadum nobilissime erat longè iucundissimus, nec minus Neptuno patri, qui decẽ annis ante euersionẽ Troiæ Toloſam mœnibus & charẽ vxoris nomine donauerat: quoniam, vt antè copiosè enarratum est, priusquàm contraherentur intra mœnia ciues, vicis distracti & dissipati vitam agebãt. Fidem facit, quod etiamnum extat, castellum cum perpaucis adificiis à Garumna

utcumque remotum, quod Tolosa vetus appellatur: sicuti in Tuscia Clusini noui & veteres leguntur, à Clusio opido, quod Romanis fœderatum Galli Senones primùm obsederunt, antequàm urbem inuaderent: & fortè id sunt ex parte demoliti, quod vetus postea vocatum est. Nec debet vllus conqueri, quòd vrbi luculentæ mulieris nomen ascriptum fuerit, cùm Herodotus, historiæ parens, tripartiti orbis nomina à totidem fœminis sumpta tradiderit: Asiam, ab vxore Promethei: Europam, à Tyria puella Ioui grata: Libyam, à muliere indigena. Ea, inquit Diodorus, Ægypti limite clauditur, & prima omnium habuit Amazones, & Reginam earum dē Myrinam, exercitupeditū triginta milium, nec minimo equitatu pollētem. Adhæc Eurotas Myletis filius fluuiio iniustū alueum coacto iuxta urbem Laconū Spartem reliquit nomen: vrbi autem inditum est ab eius filia Spartes similitudine. Prætermitto Romam Heraclidis cēsura à nobili captiua Troiana asseri nuncupatam, quæ Rome diceretur, aut ab Æneæ nepte Ascanij filia, & si quid nugacius coniecit Solinus, ac Valentiam prius, mox ῥόδον nominari cœpisse: & in Syria à Seleuco Nicanorē Seleuciam, à matre eius Laodiceam, & ab vxore Apamiā, quæ ad Austrū vergit pulcherrima. vt & Tolosa regiæ coniugis nomine censetur, cum primùm muris cincta fuit, seruato prisco more muros aratro antè designandi quàm fundamenta iacerentur, post sacrum Deo factum, vt obseruauit Romulus, de quo Ouidius:

Plin. lib. 3. cap. 5.
En-
tonius in
Itinera-
rio.

lib. 4.

lib. 4.

Pausan.
in Laco-
nic.

Eustath.
in Dio-
nyf.

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.

Sacra Palus suberant: inde mouetur opus.

Fossa fit ad solidum: fruges iaciuntur in ima,

Et de vicino terra petita solo.

Fossa repletur humo, plenaque imponitur ara,

Et nouus accenso fungitur igne focus.

Inde premens stiuam designat mœnia sulco,

Alba iugum niueo cum boue vacca tulit.

Quare & cùm ciuitas hostilis capta euerteretur, aratro inducto deplorata & perdita indicabatur. Ex quo Modestinus Iurisconsultus respondit, vsum fructum ciuitati relictum amitti, cùm ciuitas mori videbitur aratrum passa, vt Carthago. Nam hæc septingentis annis postquàm condita fuerat, decem & septem diebus continuis arsit, à P. Scipione deleta: vt quam auus urbem concusserat, euerteret nepos bello Punico tertio: nec impunè, cùm in vnam arcem compulsi Libyci, & se pro viribus tuerentur, & hostes offenderent quoad dux Hasdrubal se vltro dedit. Quāto fortius fœmina Ducis vxor, quæ comprehensis duobus liberis, se à culmine domus in medium misit incendium? imitata Didonem reginam moriens, quæ Carthaginem cōdiderat. Et ita Libyæ præcipua vrbs, quæ triumphis superari non potuit, flammis succubuit & pulueri. Vestigiū eiusmodi antiquitatis Tolosæ adhuc manet eo in loco, vbi aratro circumducto desitum est. Nam porta vocatur Mactati bouis, quia ambitu peracto, & suspeso aratro, bos in victimam diis cæsus esset, non longè à

lib. 4.
Fastor.

L. 21. ff.
quibus
mod.
vssiff.

Oros. lib. 4. cap. 23.
Flor. lib. 2. cap. 15.

futuro Capitolio: quamuis vulgus mactatum boue aliorum traducat, ignorantie venerandæ antiquitatis: aut magis pietate in Diuum Saturninum propensa, quem Christi institutis promulgandis insudantem, raptatum ferino boue atque indomito cõperimus. Nos autem pietatem præsumptam veritati non audemus anteferre, cum alioquin multis eisdem nominibus ille laudetur: nec verisimile sit emeritum bouem à furente plebe, quæ se diis vanissimis litare arbitrabatur, tam diro boni præsulis supplicio continuo interemptum: maximè in ea porta, quæ iam pridem Mactati bouis nomine censebatur, vbi bubulcus aratrum sustinuerat, & portauerat, quæ adiri ciuitas posset. Itaque Varro muros ciuitatum sanctos esse docuit, portam autem minimè, eò quod in illis condendis, ij qui murorum spatia tauro & vacca præscriberent, quasi delinearent, portarum interualla metientes vomerem detraherent, & aratrum transferrent: vt pateret id tantum sacrum & inuiolatum superesse, quod exararetur. Muris igitur egredi non licet ciues, sed porta tantum, qua & mortuos efferre & res alias quascunque fas esset. quæ constitutio bellissimè Romuli parricidium excusauit, cum fratrem Remum regni confortè occidi curauit prætextu mœnium saltu alacri violatorum, vt vrbs noua fraterno cruore sacraretur: quod assueti prædæ & sanguini vultures portenderant. Theophilus Iurisperitus, Muros, inquit, sanctos dicimus, quod capitali pœna afficiantur, qui in eos aliquid deliquerint: vnde

Plutarch.
in probl.

§. sanctæ.
de rer. di.
uis.

vnde & legum eæ partes, quæ pœnas conscribunt, sanctiones vocantur. Accedit quod sancire idem sit quod firmare. Murorum autem munimentis firmamur, & in tuto sumus. Sed & fabulam adiicit Deorum inter homines versantium, vt eos à malis illæfos conseruarent, donec pertæsi hominum improbitatem, recesserint. Idcirco homines Diis destitutos mœnia in custodiam excogitasse, & sanctitate fulcisse. adeo vt si non sacra sint velut Deorum templa à Põtificibus dedicata, tamen profana dici nequeat, Vlpiano teste: ideoque sancta dicantur. Nec abhorret Aratus, cum Iustitiam virginem aureo seculo inter mortales versatam pingit, & argenteo vtunque, quoad ænea ætas emerfit bellorum & contentionum: tunc demum ἐπιθὲ ὕπερ ἑγυίν. Ita præsidio amisso virginis iustissimæ inter astra relata, muris circumdari homines studuerunt, quorum ambitus quatus fuerit, quæue ex materia, quis situs, qui coloni, exteri an indigenæ Tolosates, pulchrè Aufonius manifestauit his versibus:

L. sacra.
ff. de rer.
diuis.

In urb.
catalogo.

Non vnquam altricem nostri reticebo Tolosam,
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens,
Përque latus pulchro perlabitur amne Garumna,
Innumeris cultam populis, confinia propter
Ninguida Pyrenes, & pinea Cebennarum,
Inter Aquitanas gentes & nomen Iberum.
Quæ modò quadruplices ex se cum effuderit vrbes,
Non vlla exhaustæ sentit dispendia plebis:
Quos genuit cunctos gremio complexa colonos.

Postquam itaque inter rudimenta urbis inchoata Garumna ad latus fluxit, liquetque vicum Cypriani, quem fluuius nunc à reliqua vrbe separat medius, adiectitium esse, & ab aduenis pulchritudine loci ac fluuii illectis constructum. Vnde etiam quamuis ab vrbe solius fluuii limite distet, tamen moribus & lingua Vasconiam redolente mediocriter discrepat. Garumnà verò potu salubrem, & suauē, nauigationis commercio quæstuosum, olim Arunam appellatum comperio, à claro Principe finitimis in locis imperitante; sed G literam deinde præcessisse, sicut Latini alibi L retinere. Verba M. Catonis subiiciam ad rē pertinētia. Etrusci, inquit, Larunem & Arunem vocant nobilem Principem: inde in transpadana Lariū lacum, & in Thuscia Larones amnes, & Arunes colonie. Ideo que Tholosa Nympha Homericæ lubentius prope talem fluuium urbis muros statuit: & Homerus vatum princeps illius meminisse non indignatur. Nam prorsus erit ridiculus, qui Homero cæco, quo nemo acie mentis longius vidit, Galliam non patuisse censebit. quippè cum describēs Achil-

*Infr. sign.
Origini.*

Iliad. 18.

ὡς ἄρ' ποταμὸν κελιάδοντα πρὸς ῥοδανὸν δονακίηα.

Namque si Rhodanum perlustrauit in Gallia, fluminum in Europeum pelagus labentium rapidissimum, quid vetat sciuisse ipsum, Nympham auspice urbis, quondam totius Gallici orbis maximæ & fre-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 94
quentissimæ, & literarum ac literatorum confessu clarissimæ? Nam & Hispaniam peruidit, eoque ipse figmēto lepido Vlyssē verius perduxit, quàm vlla tempestas. Mylianus, qui in Turdetania ludi literarij magister fuit, deque illius regionis gentibus edidit librum, monumenta quædam de Vlyssis errore commemorat in Mineruæ templo posita, vt rostra nauiū, & parmas suspensas. Extat opidum Vlyssippo ab Vlyssē conditum ad Tagi fluminis ostium, à Plinio Olyssipo (à plebe Lisbona hodie vocatur) in Lusitania celeberrimum. Germani quoque Aram Vlyssi consecratam adiecto Laërta nomine ostentant, & in suū Oceanū transuectū affirmarunt in prælonga illa nauigatione. Britanni & Scoti idem de sua quisque ora dicturi. Profectò quod in Odyssea Homeri habetur, tam breuem alicubi noctem, vt pastores cum alij pecus emittant propter lucem, alij reducant vesperi, se inuicem exaudire valeant:

Ortus vbi atque obitus parte admiscetur in vna,
vt M. Tullius ex Arato transtulit, non aliò spectare potest, quàm ad Thulem Scoticam, Belgarum littori oppositam, in ea, quoniam Sol lógè occasurus exurgit per æstatem lucida nox vix momento obscurat, cum Sol Cancrum attigerit: Solstitio nullo modo, iam Sole sese ostentante, ideò fulgore suo tenebras impediēte, tarda reuolutione: ita vt plus viginti horis æstiuus lux ibidem viuat, noctis vtique impediō.

NON vulgaris est Aufonij laudatio in Tolosates illos priuscos, quos alibi Teutosagos nominat: quia

*Strabo
lib. 3.
Geograph
solim. cap.*

26.

*Cor. Tac.
lib. de
Morib.
Germa.*

*Hyginus
lib. 4. de
sign. ca-
lestib.*

*P. Nola
lib. 3. cap.
6.*

*In Epig.
Narbonis*

*Alij do-
cti Teuto-
sagos
seg. scri-
bunt.*

non aliūde digressos, nec remotis à regionibus oriūdos, sed ibidem genitos, vbi mœnium complexu ingenti contineantur: quemadmodum & nos patefecimus, Tholosæ Nymphæ fausto auspicio coactos & cinctos muris homines circa Garumnæ fluenta limpida, discretis ædificiis antè degentes. Attamen postea ipsi Tectosages diuerso more aliò colonias ex sua gente crebrò transcripserunt, tum in Galliam Narbonensem, vnde Volcæ Tectosagū inter Agathā & Mompeliū, tum in tractum proximū Hispaniæ: vnde Tectosagis Iliberim & Rusinonem nō minus quàm Tolosam, Carcafonē, Batiras nostras, & Narbonem, Ptolemæus assignauit. Nam haud difficulter illis contigit, qui ad arma consultò profilirent, & armis quæ sita rectitudine legum seruarent, magnas res gerere, & distantes domare prouincias, non modò extra Celticam, sed etiam vltra Europam. Verba D. Iulij de his subnectam. Fuit, inquit, antea tēpus, cūm Germanos Galli virtute superarent, & vtrò bella inferrēt, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterēt. Itaq; ea, quæ fertilissima sunt Germaniæ loca circa Herciniā fyluam (quam Eratostheni & quibusdā Græcis notam esse video, quam illi Orciniam appellāt vulgò) Tectosages occuparunt, atque ibi confederunt: quæ gens ad hoc tempus his sedibus se continet, summamque habet iustitię & bellicę laudis opinionem. O præclarum clarissimi & oculati testis atque principis elogium! nec leuius illud Iustini, vbi bellum

*Plin. lib.
3. c. 4.*

*lib. 2.
Geogr.*

*lib. 6. de
bell. Gall.*

*lib. 32.
in Trogū.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 95
à Brenno in Delphos fortiter magis quàm feliciter gestum memorat, & Gallos partim domū reuersos, maximè Tectosagos, expeditionis tantę comites. Ex gente Tectosagorum, inquit Iustinus, non mediocris populus prædæ dulcedine Illyricum repetiuit, spoliatisque Istris in Pannonia confedit. Istriorum gentem, inquit, fama est à Colchis originem ducere, misis ab Arceta rege ad Argonautas, raptorémque filię persequendos: qui vt à Ponto intrarūt Istrum, aluo Sai fluminis penitus inuecti, vestigia Argonautarum insequentes, naues suas humeris per iugamontium vsque ad littus Adriatici maris transtulerunt: cognito quòd Argonautę idem priores fecissent. Quos cū Colchi non reperissent, iuxta Aquileiam sedes posuerūt, Istrique à similitudine amnis, quo ante à mari recesserāt, appellari ceperc. hæc ille: verum Istrum longè ab Adriatico disitum innuēs. Et verus vtique simul Danubius dicitur, apud quem Tectosages Istros, qui quoque Colchicę fuerant originis, diripuerant, & suppeditarant, & in victorię memoriam sibi Colchica vendicant insignia aurei Arietis: non aliter quàm Aristoteles affirmat eas columnas, quę nunc Herculis appellantur, antea Briarei fuisse: sed purgato genere humano, & victo Briareo, illarum honorem in Herculem translatum, immanis tyranni victorem. Proinde etiam Tectosages postea in publicis Tolosę insignibus, quę iam pridē vsurpantur, Arietēm appinxere, qui conto traiectus videtur, circulum cruce quatuor radiorū ornatum

*Ælian^o
lib. var.
hist. 5.
cap. 3.*

sustinente: Ideò quòd Venus cœlestis Motacillam
 auem, quæ Græcis Iynx dicitur, intra circulum pafsis
 alis & rostro ac cauda, instar crucis distinctam, Iaso-
 ni Æsonis regis filio vellus aureum quærenti obtu-
 lisset pro amuleto contra veneficia, & pro quodam
 amatorio in Medeam, vt parētum immemor solum
 Iasonem complecteretur, ita vt non tantum noxium
 quiduis propelleret crux circulo coronata, sed etiam
 cor alliceret, & procliuius ad benevolentiam præ-
 staret, vt Pindarus dilucidè hoc in Pythiis aperit: &
 versicoloream auem Iynge vocat rotæ inexplicabili
 alligatam. ποιλάω, inquit, Ἰνγῆα τετρακύνάμων ὀλίμποσιν ἐν
 ἀλυσίφζέσσα κίκλω. Alibi quoq; ait, velut Iynge suum
 cor trahi desiderio nouilunij, vt hymnū absoluat. Et
 Theocritus in Venefica, Motacillam obsecratam fa-
 cit, vt vir, tāquam philtro, domum trahatur. Ἰνγῆ ἔλκε
 inquit: vt nemini tam dubium esse possit, quin præ-
 sago quodam & diuino impetu, de aue, circulo, &
 cruce, talia veteres prodiderint. Crux enim Christi
 venenū & præstigias mali dæmonis abegit, & mor-
 tem occidit, ac in victoria absorpsit, vitæq; reddidit
 occisos: charitatem mutuam inter homines in cir-
 culari terrarum orbe accendit, & sui tam mirū amo-
 rem, vt sancti viri libenter vitam cum morte com-
 mutauerint, parentes & liberos fortunāsque omnes
 contempserint, vt Ecclesia Dei irrigata sanguine in-
 dies magis ac magis cresceret, & floresceret: cūque
 flagris ac gladiis sancti viri cruciarētur, triumphan-
 tium more iubilabant. Ita fit, vt crux versicolor, id

Ode 4.

In Ne-
meis, Od.


4.

Idyll. 2.

1. ad Cor.

15.

est, tormentis & deliciis abundans, viuæ auiculæ in
 æthera subuolantis ritu, Adami labem obliterauerit,
 & gaudia perditā instaurauerit, & præmio quouis
 aureo vellere pretiosiora rependerit. Nam & hoc
 verbum Instauero, *κατὰ τὴν σταυρῶν*, id est, à cruce dedu-
 ctum suspicor, quòd crucis remedio beatorum se-
 dibus redintegremur. Idque bellè Aries portendit,
 qui in signifero cœli orbe primum locum tenet, & ^{Macrob.}
 vernas delicias cornibus aureis aperit. Tameſi in ^{lib. in}
 sphaera nihil primum sit vel postremum, habitus est ^{Somm.}
 tamen signorum duodecim primus Aries, quia ipso ^{scip. cap.}
 medium cœlum & verticem tenente, mundus fera- ^{21.}
 tur genitus, & cum luce tum caput ipse exeruisse.
 Quare pro numero signorum Comites Tolosani
 Crucis alas duodecim notulis compunxerunt, ternis
 in singulas, vbi primum dominari cœpere. Tandem
 Regibus Gallorum ditone Tolosana potentibus,
 circulum internè variis lilij flosculis resperſum sa-
 lubri commutatione latamur. Non me latet placere
 aliis, eas Tolosæ duodecim notulas non puncta, sed ^{Nic. Gill.}
 poma, cæque aurea (qualia feruntur ex hortis Hesper- ^{in An-}
 ridum decerpi) fuisse, ternis arietibus suffecta, & Na- ^{nal. Frã-}
 uarræ Pompilonensis insignibus communicata, cū ^{cor. anno}
 primum Comites Tolosani illam subegerunt. Cæ- ^{778.}
 terum interim angimur aliquantulum, quòd vetu-
 statis inscitia auiculam sacram raro naturæ benefi-
 cio præditam è circulo simplices homines reiecerūt,
 alia cruce supposita, sed non perinde viuente. Nec
 verò tantum aſsimulatæ cruci volucres mala quam-



plurima arcuerunt innumeris ante Christum annis,
sed etiam ipsæ cruci suffixæ.

*Vique Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.*

*Hinc Amythaonius docuit qui plurima Chiron,
Nocturnas crucibus volucres suspendit, & altis
Culminibus vetuit feralia carmina flere,*

*Lib. 10.
de cultu
horroris.*

vt ait Iunius Columella. Nec verò antiqui illi homi-
nes quicquam de Christo vaticinari potuere, aut de
ipsum maiestate consultò dicere, nec crucem dæmoni
absconditam agnouerunt: sed præter animi sen-
tentiam numine agitante de futuris bonis prædixere
imprudètes. Nam & in Ægypto, destructo Serapidis
templo, Theodosij iunioris seculo inuētæ sunt hie-
roglyphicæ literæ lapidibus insculptæ, crucis figurâ
præferentes, Christianis salutarem notam plausu ex-
cipientibus, gliscēte Ethnicorum inuidia, finem va-
nissimæ religionis timentium, aut nonnihil interim
affirmantium Serapidi cum Christo commune fore.
Sed paulatim spe deciderūt Christi religione inua-
lescente aduersus Serapidem fabulosum.

*socrat.
lib. 5. hist
Eccle.
cap. 17.*

TEMPESTIVVM est iam animaduertere pri-
mos Gallorum, qui veram religionem amplexi sunt,
fuisse Tectosages, ad quos Galatarum titulo scripsit
Paulus Apostolus, plurimùm conquestus, quòd ipsi
imbuti sincera Euāgelij doctrina, vel ad Gentilium
superstitionem relaberētur, vel Iudaicam imposto-
ribus nonnullis suadentibus addiscerent, hortans &
imprecās: ne, si vel Angelus de cœlo aliud quàm au-
dissent,

dissent, prætextu sanioris præceptionis, adnunciaret, *Galat. 2.*
temerè crederent, sed vt fascinum deliriumque rei-
cerent, iustitiam & amicitiam tam sequerētur, quàm
improbritatem & similitates refellerent, & spiritum
carni imbecillæ reluctantem imitarentur: quæ tan-
quam Circe quædam, malis imbuta venenis, corpus
animùmque virilem effeminat. quod maximè ve-
rendum fuit in Asia prouincia compta & exulta, &
præ cæteris deliciarum copia affluēte, in quam Galli
ferro sibi iter fecerant, in Bithyniam primùm pro-
gressi, quam Nicomedis Regis ditioni subiecerant:
deinde Asiæ fertilissima loca occuparant. Nam (vt
cum T. Liviò scribam) Galli magna hominum vi, *Dec. 4.
lib. 8.*
seu inopia agri, seu prædæ spe, nullam gētem parem
armis rati, nec admodum opinione decepti, Brenno
Duce in Dardanos peruenerūt: ibi seditione ad xx.
milia hominū Lomnorio & Lutario regulis secesse-
re, in Thraciam auertentes: vbi oram Propontidis
vectigalem aliquandiu habuere. Cupido incessit in
Asiam transeundi, audientes ex propinquo, quanta
esset vbertas terræ. Itaque ad Hellespontum perue-
nere, modico freto disclusi ab Asia, sed aliquot die-
bus retardati, eò quòd seditione oborta Lomnorius
in Byzantium Thraciæ regressus erat, vbi Nicomedi
contra finitimos auxilio fuit, nedum Bithynos in
obsequio cōtinuit. Inde in Asiam vix decem arma-
torum milia transmisit, tantum terroris omnibus in-
cutiens, vt quos adissent, quosque non adissent, pari-
ter vltimi ac propinqui imperio parerent. Polybius *lib. 4.
hisor.*

tradit Gallorū in Thracia dominatum defuisse Clyari tempore. Caterū ij, qui Asiam artigere, ibi egerunt radices: cūmque tres eorum essent gentes, Tolistobogi, Trocmi, Tectosagi, Asiam iudicio communi diuidendo tripliciter secuerunt. Tolistobogis, quibus Plinius Voturos & Ambianos aggregat (hi hodie Picardi Francorum) Æolis & Ionia addictæ: Tectosagis ora mediterranea, & stipedium cis Taurum montem exegere: Trocmis Helleponti regio ascripta, vbi simul regnauere, & Syriæ Regem imperata facere cõegere. Primus Attalus Eumenis pater in Asia eis reniti audaci incepto conatus est. Inuit fortuna mediocriter, sed nõ prorsus eorum animos fregit, nec immutauit imperium, à Tectosagis, dum inclinaret, sustentatum: vt qui, Plinio teste, fecundissimum agrum & præcipuum robur habuere circa Ancyram, Trocmoron, & Tauium opida, cum aliis compluribus, quæ Ptolemæus adiecit: qui horum trium populorum oras strenuitate quæsitas, Galatiæ nomine comprehendit, Bithynis, Pamphiliis, Cappadocibus contiguæ, quæ quoque Gallogræcia vocatur, præsertim à Strabone: qui scriptum reliquit, à tribus Gallorum illis nationibus vnus animi & linguæ Galatiam diuisam in quatuor partes, quarum vnaquæque Tetrarcham habuit, & deinde Iudicem, ac Tribunal, cõsiliūque trecentū virorum, qui conueniebant in locum nomine Drynæmetum de sanguine iudicaturi. De reliquis Tetrarchæ & Iudices censebant, donec ad duos Duces, post ad Deio-

Lib. 5.
cap. 32.

Lib. 5.
Geogr.

Lib. 12.
Geogr.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 98
tarum, tota potentia deuenit, vt nihil minus cõstans quàm imperium, & ciuitas quamuis munitissima. Nam Gordium in Phrygiæ & Galatiæ tractu, Midegia, & dissecto ab Alexandro Magno nodo nobile, diu opibus claruit: quoad Deiotarus filiam & generū iugulauit arce vastata, & vix vrbs reliquit vestigium, adeò sunt omnia fluxa & instabilia. Verùm Alphenus Iuriscõsultus videtur eternitatem populis quodammodò sibi nactus, asserens iudiciū. idem videri, cūm datis iudicibus, & mox ob causam excusatis, alij sufficerentur: & populum eundem putari hoc tempore, qui centum antè annis fuisset, cum ex illis nemo nūc viueret: Itēque nauem, si adeò sepe refecta esset, vt nulla eadem tabula remaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eandem esse existimari. quod dubitatum inter Philosophos olim fuit de nauē, qua Theseus cum iuuenibus in Cretam delatus fuerat, & rursus in patriam renauigarat, triginta remis acta, quæ quidē ad Demetrij vsque Phalerei seculum perdurauit, Atheniensibus tabulas subinde sufficientibus, vt Plutarchus tradit. Et ciuilitervtque eadem cõferri poterat: tamen in vniuersum nihil esse perpetuum sub cœlo natura patitur, nisi quod è cœlo manauerit, vt Gn. Manlius, qui cum M. Fulvio cõsul fuit, nititur ostēdere aduersus illam populi subrogationem à Iuriscõsultis receptam, quoad perennis existimetur. Ille enim in Gallogræcia bellum gerens, ac milites territōs Gallorum solo nomine, oratione reficiens, & erigens trepidantes, hortatur,

bb ij

L. Proponebatur.
ff. de iudiciis.

In vita
Thesei.

^{lin. dec.} ne formident Galatas in Asiam translatos, & diu ibi
^{4. lib. 8.} commoratos: Sicut, inquit, in frugibus pecudibusq;
 non tantum femina ad seruandam indolem valent,
 quam terrę proprietates cęliq; sub quo aluntur, mu-
 rat. Macedones, qui Alexandriam in Ægypto, qui Se-
 leuciam ac Babyloniam, quique alias sparsas per or-
 bem terrarum colonias habent, in Syros, Parthos,
 Ægyptios degenerarunt. Massilia inter Gallos sita,
 traxit aliquantum ab accolis animorum. Tarentinis
 quid ex Spartana dura illa & horrida disciplina mā-
 sit? Generosius in sua quicquid sede gignitur, insitū
 alienę terrę, in id, quo alitur, natura vertente dege-
 nerat. Phrygas igitur Gallicis oneratos armis, sicut
 in acie Antiochi cecidistis, victos victores cędetis.
 Et fateor utriusque Romanos sequente pręlio paulo su-
 periores euasisse, propter auxiliares ab Attalo missos
 & ę Thracia. non impunę tamen. Nam Orgiagos,
 Combolomarus, & Gaulotus, tres totidem gentium
 Gallicarum reguli dimicando perfecere, ut plus tu-
 multus quęm emolumenti hostes perciperent: &
 vndenam oriundi essent ij, quos aggredierentur, sen-
 tirent. Non me latet scripsisse Pausaniam, huiusmo-
 di Gallos Ancyra Phrygum opido occupata, supra
 Sangarium amnem consedissee: eam urbem Midam
 Gordij filium condidisse, fontemque iuxta fuisse, in
 quem vinum Midas infudisset, ut Silenum caperet,
 & occulta quędam sciscitaretur: atque Pergami
 Gallorum cęspici folia, & picturam eorum testem,
 quę contra eos gesta essent. Non enim dubito, quin

*In Atti-
 cis.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 99
 manus & vires Phrygibus adfuerint, quin se quouis
 modo defensitauerint, pro laribus & focis, pro con-
 iugum & liberorum tuitione certates. nam nec glo-
 riosum esset imbelles indefensosque superasse. Sed
 & hoc fatendum est, Gręcos profusos & nimis faci-
 les semper fuisse tam in scripturis quęm in trophęis:
 ita ut compererim ipse, confidentibus Syracusanis
 aduersus Athenienses, tum pedestribus copiis, tum
 naualibus, utrosque eodem die trophęum statuisse:
 quanquam Atheniensium res pessimo in loco sitę
 essent, amissa penę classe, modica aduersariorum ia-
 ctura, ut refert Thucydides. Cęterum non ignora-
 mus nos Gallis quandoque hostes fortunatos & pu-
 gnaces contigisse, & Ixionis rotam facilius alligari
 posse, ne voluatur, quęm fortunę militaris: & Atta-
 lum Asię regem conspiratione cum Romanis inita,
 plurima illis damna attulisse, quod Phęennis prędi-
 xerat. Et nō dissimulamus Cydię tyronis Athenien-
 sis scutum Ioui liberatori dedicatum de leui victo-
 ria in Gallos obtenta Brenno duce, qui tum nuper-
 rimę Macedonas, Thraces, & Pęonas afflixerat: qua
 tempestate ad Thermopylas contra Gallos pręsidia
 & cohortes plures miserunt Gręci, quęm dum com-
 muni sententia Persis & Xerxi restitere: cū sibi aut
 omninō pereundum, aut perdendum funditus Gal-
 los decreuissent Bęoti, Locrenses, Ætoli, Athenien-
 ses, classe mirum in modum instructi pręter reliquū
 exercitum: quibus imperium communi voluntate ob
 veterem dignitatem decretum duce Callipo: sed hac
 bb ij

lib. 25.

L. 4. ff.
de offic.
proconsul.Plutarch.
in paral-
lelis.

egregia victoria Gallos veriùs euaserunt, quàm abegerunt: proinde multis cladibus vltro citròque acceptis, variante præliorum alea, & pace demùm per Antigonum Macedonia Regem cum eis facta. Iustinus ait, Reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu nulla bella gessisse, neque pulsos regno ad alios quàm ad Gallos confugisse. Tantus, inquit, terror Gallici nominis, siue armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neque maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarentur. Ephesus certè Asiae prouinciæ metropolis, & peculiaris Romani Proconsulis sedes, in Ionia Brenni arma & iustitiam sensit, licet expugnatae urbis eum puderet, in qua Amazones victrices regnassent, & templum extruxissent Dianæ celeberrimum. Clitophon primo libro Rerum Gallicarum scripsit, Brènum ab Ephesina puella adamatum, quæ concubitum & urbis prodicionem pollicita est, si mūdum muliebrem & aurea quædam manuum ornamenta acciperet: obsecrauit confestim Brennus milites, vt in auarissimæ puellæ sinū aurum factum conijcerent. Perfecit ita vt magna vi auri obrueretur: non secus atque S. Tarpeij filia, arcis Romanæ custodis, quæ Tatio Sabinorum regi, auri promissi spe delusa, aditum patefecit, & armatos hostes excepit, ac similiter intercidit. Additur fabula, quòd vulgò Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, & gemmatos annulos habuerint: pepigisse eā, quod in sinistris ferrent, sibi datum iri, sed scuta illi

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 100
pro aureis congesta donis. Ita sua mercede & aliena periit astutia.

QVÆ in Europa Brennus bella confecerit, suo loco recitabuntur, post victam Romam, & Quiritibus rursus venditam, tametsi nonnulla iam obiter libauimus cis Hellespontum in Macedonas & Thracas gesta: nec in Delphos Europeos minus felix extitisset, nisi deuictis hominibus contra Deos pugnare institisset, sexaginta peditum milibus fretus, quos sospites victoria in Solthenem Macedonum ducem parta habuerat. Statim ad Deorum immortalium tēpla conuertit animum scurriliter, vt aiunt, iocatus Deos nullis egere opibus, vt qui eas largiri hominibus soleant. Nec est deterritus maiestate numinis ac templi in monte Parnasso siti, aut rupe impendente, & precipitiis natura munitis, aut specu, ex quo frigidus spiritus in sublime expulsus vatem in vēcordiā agebat: sed opulenti regum muneribus ac populorum, quæ illic erant quamplurima, delinitus, & aurum offensionem Deorum præferens, & abundantia vini & commeatus roborato exercitu (quæ res nonnihil ei morè attulit) in montem eodemque Apollini sacram irruit. Contrà Delphi saxi ac armis scandentes obruere, propellere, extimulati antistitibus & vatibus, qui sparsis crinibus Deum adesse clamabant: strepitum armorum stridorèmq; arcus exaudiri: quibus vocibus accensi Delphici, Diis antesignanis confisi, hostem cędebant, donec terremotu concussa rupe Galli sterneretur, & sine vulneribus, grandine,

fulgure, & concreta niue, obtriti discederent. Nec fugientibus quies. Nam gentes, per quas transibant, velut prædam infectabantur, & palantes mactabant: in tantum vt ad memoriam tantæ cladis, ne vnum quidem superfuisse Iustinus asserat. Attamen paulò post non est veritus dicere id, quod verius est, Brenni Senonis comites rebus fractis partim confedisse in confluente Sai & Danubij, partim, id est, Tectofagos, in antiquam patriam Tolosam reuertisse: mox peste luèque confectos, quoad aruspicum monitu aurum sacrilegio quæsitum in Tolosensem lacum mergeret: quod omne post Q. Cepio Romanus abstulit. qua direptione misero cruciatus periiit, & quicumque similiter funestam prædam attigere. Nota est paræmia auri Tolosani raptoribus noxij. Ducem Brennum, cum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finiuisse idem Iustinus tradit. Pausanias verò adiiicit, panico quodam terrore Gallos omnes percussos, vt sine causa trepidationis, furoris quodam genere conturbarentur: quasi insultantes hostes & pulsatum equorum pedibus solum cernerent. Denique Brennum puduisse, quia autor Gallis fuisset in Græciam irrumpendi: post mortifera vulnera hausto mero mortem obiisse. Hoc modo ludunt scriptores in aliis miseris, & penè fortissimo Duci tot aduersis vulneribus faucio modicum vini inuidet: quod Samaritanus ille Euangelicus salubriter cum oleo viatori à latronibus vulnerato adhibuit, illi, non sine cœlesti pramio animi pij & misericordis.

lib. 32.

A. Gell.
lib. 3. cap.
9.

Luc. 10.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 107
dis. Ego didici Brennum Apollini infestum, quoniã sæpenumerò inuocatus contra Romanorum perfidiam inultos dimiserat, qui tamen mirificè pacta conuenta seruanda, fidemque extollebant, quam in Capitolio vicinam Iouis (vt in Catonis oratione est) esse voluerant. Didici præterea, complures Brennicæ expeditionis milites ex oculis laborasse, nonnullos amisisse immoderatæ niuis aspectu. nam his bellum fano Delphico molientibus sic ex oraculo effata Pythia fuerat:

Ego providebo rem istam, & albæ virgines.

Ex quo factum, vt virgines arma ferre viderentur, & ita ningeret, vt Gallorum obrueretur exercitus, & visus vehementi & splendida luce offenderetur. Nam & Galenus Xenophontis militibus idem accidisse notat, cum per multam niuem ambulassent. Addit Dionysium Siciliæ tyrannum solitum è carcere & tenebris vinctos in domum superiorem incrustatam & lucidissimam educere, vt ita occursum repentino candidæ lucis excæarentur. adeò candor niuis, vel splendor auri potiùs, Gallis perniciosus fuit, & deinceps reliquis, qui inelaboratum ex sacris lacubus Tolosæ adytisve sustulerunt, ad talentum milia quindecim, vt Posidonius prodidit. Orosius ait, centum M. ponderis in auro, in argento centum & decem M. in templo Apollinis Tolosani fuisse reposita, mox à Capione ablata. Par enim erat quicquid Apollini sublatum Delphico esset, eidem quasi in alia mensa, aliòque rationum libro Tolosæ solui, vt lues expia-

Cic. lib. 1.
de Diuina
nat.

lib. 10.

de usu.
part. cor-
poris.

strabo

lib. 4.

lib. 5. cap.

15.

retur. Caterum Delphicus ille in maiore populorum
 veneratione fuerat, ut potè antiquioris longè oracu-
 li, quod quidè Christi religione pullulante primùm
 obmutuit, quia & primùm respōsa euomuerat Phœ-
 bi lata veneratione culti, tanquam in totius mundi
 puncto atque umbilico: vsque adeò ut Massilienses
 statuam ad eum miserint, gratiam referentes, quòd
 Carthaginenses nauali prælio superassent. Ex qua
 verò materia statuam conflagrant, non aperit Pausa-
 nias: sed ex opulentia Reipublicæ Massiliensis, & iti-
 neris intercapedine, auream putem, aut manus præ-
 tio admirabilem.

*Cic. lib. 2.
de diui-
nit.*

*Pausan.
lib. 10.*

*Lib. de
bell. Af-
frico.*

IAM licet hinc prægustare, non fuisse Africam
 immunem à Gallorum armis, & vires eorum suo
 damno sensisse, non in pelago tantum, sed etiam do-
 mi. quod A. Hirtius non diffitetur, haud leui Galliæ
 honestamento. Ob has causas, quas supra comme-
 morauimus, sollicitabatur Cæsar, inquit, tardiôrque &
 cōsyderatior erat factus, & ex pristina bellandi con-
 suetudine celeritatèque excesserat. Copias enim ha-
 bebat in Gallia bellare cōsuetas locis campestribus:
 & contra Gallos homines apertos, minimèque insi-
 diosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare
 consueverunt. tum autem erat ei laborandum, ut
 consuefaceret milites hostium dolos, insidias artifi-
 cia cognoscere, & quid sequi, quid vitare conueni-
 ret. Hoc Hirtij testimoniū pluris ego fecerim, quàm
 dimidium versipellis Africæ tenuisse: præsertim cū
 alioquin D. Ludouicus pari synceritate & fortitu-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 102
 dine in Africa res gesserit cognitu proculdubio di-
 gnissimas. Planè duplex fuit D. Ludouici expeditio
 in Sarracenos Christianæ sanctitati cōtrarios, Ægy-
 ptiaca vna, secūda verò Libyca. nam Ægyptum to-
 tam Asiæ ascribimus ex sententia Herodoti aduer-
 sus Iones, qui illam ab Asia & Africa segregarant, &
 quartam mundi partem post Europam confinxerāt,
 satis imperitè: quoniam Nilus fluuius Ægyptum
 alluens, Asiam ab Africa determinat, omnium flu-
 uiorum maximus à meridie ad septentrionem dela-
 tus: primùm alicubi per varios flexus ad Orientem
 & Arabiam, vel ad Libyam & Occidentem, multa-
 rum insularum paretis. nam in ipsa Ægypto locum
 premit, quem à figura Delta vocant, miræ fertilitatis,
 cū facile irrigetur fossis manu ductis, & machina
 ab Archimede Siracusi adinuenta, quam Cocleam
 dixerunt. Proinde D. Augustus facta stipendiaria
 Ægypto, non minus reditus in ærarium intulisse
 prædicatur à Velleio Paterculo, quàm Cæsar eius pa-
 ter è Gallia. Planè hanc insulam aliquando non ex-
 titisse, sed Nili munere coactam, Aristoteles innuit:
 qui præterea Meroen habet in Æthiopia, duorum &
 viginti stadiorum latitudinis, nigris colonis habi-
 tatam, & alias insulas innumerabiles ortui suo pro-
 pinquiores: de quo varia prodidere scriptores, prout
 vnicuique augurari collibuit. Interim ipse, ut ait
 Claudianus, secretos fontes habet & prorsus inco-
 gnitos,

*Diodor.
lib. 1. de*

antiq.

*gest.
lib. 2. bi-*

*stiar.
lib. 2.*

*Meteor.
cap. 6.*

—qui semper inani

*Querendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidisse caput fertur sine teste creatus,
Flumina profundens alieni conscia cæli*

Lib. 6.
cap. 12.

Nisi fortè aliquis Philostrato assentiatur, Apolloniū ad fontes Nili peruenisse mētienti, & quædam aquarum vasta præcipitia & diuortia, non sine dæmonibus fluminis præstitibus, somnianti. nihil enim perpensæ refert originis: nimirum cum ipse Nilus à Paradiso deliciarum scaturiat, Gehon nomine, circumluens Æthiopiam, teste Mose: præsertim, vt dixi, Meroen. Nam & Phison ille aurifer non est alius quàm Ganges Indiæ. Tigris & Euphrates sua seruat nomina, & ab eodem fonte manant. Babyloniorum & Chaldæorum fines attingunt, sed Persidi Tigris propinquior. Meritò Epiphanius Originem carpsit, qui paradysum in tertio cælo constituit: & in eo arbores per allegoriam transtulit ad Angelorū fortitudinem, & flumina quatuor ad aquas spirituales omninò cælestes: nec potuit percipere paradysum in terra situm, à cælesti animorum domicilio distare. Obiicientur nobis forsitan ipsi montes, quibus concipi feruntur Ganges, Tigris, & Euphrates. illum enim Hæmodus Indiæ mons emittit: Armenia maior reliquos. Caterum putem nullibi verum horum trium fluminum caput inueniri, non magis quàm ipsius Nili, in habitabili terrarum orbe: sed digredi ea primùm à paradiso, deinde sub terra diutiùs occultari, ac post emergere iuxta legem diuinitus præstitutam: Proinde falli nos, qui primum inde meti-

Genes. 2.

In Epist.
ad Ioan.
Episcop.
Hierosolym.

v. Mela
lib. 3.
cap. 7.

mur ortum, vbi apparere incipiant, sicuti iure ciuili vsurpatur. Itaque cum prætor edicto vim fieri vetet ei, qui aquam legitime duxerit, quominus, vti eo anno duxit, pergat: Vlpianus interpres ad aquam perennem, & quæ à capite ducitur, tatummodò spectasse prætorem censet. Caput aquæ, inquit, illud est, vnde aqua nascitur, si ex fonte nascatur, ipse fons: si ex flumine vel lacu, prima incilia vel principia fossarum, quibus aquæ ex flumine vel ex lacu in primum compelli solent. Planè si aqua sudoribus manando in aliquem primum locum confluere, atque ibi apparere incipit, eius hoc caput dicemus, vbi primum emergit. hæc ille.

*Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicæ ingens Erasinus in agris.*

Longum esset enumerare fluuios, qui se humi recedunt, & eliquant: imò etiam superuacuum, cum id vnus Tigris apertè præstet. Quin & Euphrates Arabas ingressus emoritur, & deficit, nusquam manifesto exitu effluens, qui tam ingès extiterat, instar Nili rigans & alens vicina. de quo Lucanus,

--sed sparsus in agros

Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vnda.

At Tigrim subito tellus absorbet hiatus,

Occultosque tegit cursus, rursusque renatum

Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis.

Pharia enim vnda est Niliaca à Pharo insula, quæ continenti Alexadriæ ponte iungitur, è turri editissima nocturnis ignibus cursum nauigantium regès.

Opus Sostrati Gnidij fuit, Regis imperio & impendio elaboratum. Eam sibi suæque classi commodam D. Ludouicus expertus est. Soluerat autem ipse è Massiliensium portu octauo Caléd. Septembres, anno salutis publicæ millesimo ducetef. quadragesimo octauo. quanquam Io. Sireus, qui se comitem expeditionis asserit, sexto post anno nauigatū tradat re-
 ctà Cyprum, vbi Lufinianum Regem nactus sit mirificè hospitalè, & qui Gallo Regi ac fratribus eiusdem, Pictonum, Andium & Artesij Ducibus officiosus & perhumanus fuit: sed Pictoni Duci postea: quoniam ob funus curandū foci sui Raymundi Tolo-
 fatum. Comitit, vnà cū Rege vela facere nequiuerat. Sed præ reliquis honorificè Margaritam Galliarum Reginā Cyprius excepit. Tanta enim fuit pij & magnanimi Ludouici fiducia & victorię spes, vt dulcissimā coniugē, quæ se à viro diuelli egrè patiebatur, effusis desiderij habenis, secum per tot terras & maria non inuitus duceret: non quidem virili habitu, tonsæve
 coma, instar Hipficateæ Regis Mithridatis vxoris quocunque virum insequentis, & ideò armis affu-
 factę, medias inter acies & exiliū tandem à Gn. Pompeij victoria: sed decorem formę negligens, & sexus dignitate retenta, inter efferatas nationes longioris viæ comes & lenimētum laboris fuit, quoad in Ægypti conspectum venire contigit, vbi Damiatam opidum munitissimum aduersum habuere Galli, & in littore non paruam manum Ægyptiorum eminus iaculantium, & stationem vi, telis, flammis prohibē-

*Nic. Gill.
in Ludouico. ix.
Sed si
reus an-
nū notat.
1254.*

*Valer. li.
4. cap. 6.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 104
 tium aspexere: quorum tandem conatus irritus fuit, & strage luctuosa multatus, ita vt nihil superesset quàm opidum nobile, obsidionibus assuetum, situ & artificio munitissimum oppugnare: sed post Regis hortatum milites accendentis ad prælium imminens, spe prius in Deum collocata. non enim erat immemor eius quod Propheta dixit, baculum arundineum videri Regem Ægypti, cui innitens confra-
 cto illo, ac pertusa manu dolebit: vt Hebræis quandoque accidit Assyrio Regi parere abnuentibus, & mox captiuus, deuastata per victorem Ægypto: quæ demum nato Christo sub Aug. Casare addita est imperio Rom. & primum accepit Præsidentem Corneli-
 um Gallum, qui ad Imperatorem de Virgilij poemate à flammis eripiendo scripsit extantibus versiculis. Ceterum tota Ægyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Damiata, quod olim Pelusium appellabatur, velut claustris munita existimatur. Sed Nicetas Tamiathum maluit dicere, obsessam ab Andronico Manuelis Comneni Imperatoris Byzantini præfecto commemorans, & à Sarracenis multiplici præsidio audacter propugnatum, donec pars muri deiiceretur, in quo celebris eides Dei genitricis extructa erat: vbi narrabant ciues Virginem matrem cum sponso Iosepho fugam stitisse, cum sanguinarij Herodis metu Ægyptum petiisset: vbi quoque iuxta Hermopolim Thebaidis arbor, quam Perfidē vocāt, aduentu Christi attonita, cum demissis supplicantis

Esa. 36.

*Euagrius
lib. 3. cap.*

41.

*Hirtius
in lib. de
bell. Alex.
lib. 5. de*

*Imperio
Manuelis
1144.*

*sozom. li.
5. cap. 21.*

ritu frondibus adoravit, ac inde tum foliis tum cortice agrotis applicato vim salutarem accepit. Nec hinc procul adhuc extabat vetus delubrum, in cuius limine faber industrius Sphingem sculperat, quæ muta profecto ænigmatis loco spectatibus fuit, cum nemo prodiderit eam in Ægypto pro numine extitisse. Sed id non obscure colligi potest ex Ægyptiorum Theologia figuris semper occultata. Nam & Mineruæ, quam quoque, si Plutarchus vera tradit, Isidem vocarunt, talem inscriptionem adiecere: Ego sum omne quod fuit, quod est, quodque erit. *ἔγώ τὸν ἐμὸν πέπλον ἔδδεις πωθῆντος ἀνελάλυον.* id est, & pepulū meū nemo mortalium reuelavit. Quod & de vera Dei sapientia etiam dici potest. Nam licet Ægyptij vulgò numinibus vanis operarentur, tamen ea plerunq; nihili faciebant, vnius Dei notitiam profitentes. ut dum in Canopo ciuitate Chaldæos ignem Deum ostentantes deludere, hydriam vario foramine pertusam obiciētes ad statuæ diuinæ effigiem, aqua refertæ: cui quidem admotus ignis, liquata foraminum cera, ab aqua facillè victus traditur. Sed ab hac superstitione denuò ad piæ Virginis sanum iam reuertamur. Itaque Sarraceni Andronicum & Romanorum adiutrices copias insectari, quod nefarium dicerent sanum tam sanctum Christianorum precibus & mysteriis frequentatum subuertere. Nec continuo desitum est ab Andronico, & iam futurū erat, ut vrbs caperetur, nisi Amerigus Hierosolymorum rex, qui se præsto futurum Manueli promiserat, pessima

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 105
 sima amulatione ductus, verbis duntaxat auxilium præbiturus, abhorrens prorsus animo, & otiosus spectator alieni certaminis, pacem factam conclamasset. Qua voce manibus militum atque mentibus velut torpore præligatis, re infecta discessum est. At D. Ludouici oppugnatio plus fructus, & minus iacturæ attulit. Postquam enim Sultanus deductas in littus copias, & victoria potitos Fracos rescuiuit, præmerore enectus est. Hoc mortuo Sarraceni fermè intabuere trepidantes, & viribus destituti ac consilio, urbem in fatorum manibus deponere constituerunt, incensis prius horreis & tabernis, in quibus pretiosissimas quasque merces condiderant: & ita pontumultuario in vltiorem Nilū ripam traicere, ac urbem à conflagratione eripiendā hostibus relinquere, quam ciues perditum iri cuperent. Restincto incendio tandem, & rebus compositis, Rex Francus exercitum refocillauit, nactus magnam vim annonæ & diuitiarum, & ibidem tantisper quiescere decreuit, dum Nili inundatio anniuersaria præteriiisset, ut in tuto castrametari liceret: quoniam ante ortum Caniculæ augetur Nilus fluuius mediis æstibus vltra æquinoctium. Inde factitatum ut Ægyptij veteritu Canem animal adorauerint humi, quem inter signa cœlestia translatum, fertilis aquæ conciliatorē existimarunt: & ne quid non sapiat abdita & amœnæ originis, tanta suauitate abundat, ut accolæ vix vinum quarant: Itaque Pescennius à Syriaco exercitu Cæsar acclamatus, militibus qui Ægypti limites

custodirent, vinum efflagitibus dixerit: Nilum habetis, & vinum quaritis? Adeò autem natura hunc amnem supra reliquos omnes extulit, vt eo tempore increfcatur, quo maximè vfta feruoribus terra aquam defiderat, expletura annuam fitim: cùm in ea parte, qua Ægyptus in Æthiopiam vergit, nullis aut raris imbribus aduerfus ficcitatē adiuuetur. Cuius incrementi fœcundiffimi ratio foli diuinitati accepto ferenda est: fruſtrà enim alias quifquã rationes ſcribitur. Et fortè hoc præmio à mundi origine Deus Ægyptum remunerare voluit, præſciēs fore, vt Chriſtus ſecurus in ea lateret, & Herodem cruentum euaderet. Præterea nemo nescit ex Laërtio, Platonem in Ægyptum ſe recepiffe, vt ſacerdotes & Prophetas audiret, comite Euripide poëta, ibique contracto morbo ab illis aqua marina curatum, poſtea dixiſſe, *θάλασσα κλήζει πάντ' ἀνθρώπων κακῶν*. id eſt, mare eluit omnia hominum mala. Nec quicquam ille diligentius indagauit, quàm Nili æſtu turgentis rationem, vel Dei ex Virgine naſcitur. vnde Platonicus plerique Euangelium D. Ioannis aureis literis ſcribendum dixerunt, vt D. Auguſtino Simplicianus, mox Mediolanenſis Epiſcopus, aliquando memorauit. Cùm autem de priſcis Philoſophis Rex Francus percontaretur, qui Gymnoſophiſtæ appellarentur, quia nudi conuenirent, nullum inuenit veſtigium. Sed quondam inuiſit eos Apollonius Tyaneus, & meſſorum Atticorum veſtitu degere eos vulgò retulit, & ſub diuo degere ad Nili vltimas ripas, quem venerantur

*Lib. 10. de
ciuit. Dei
cap. 29.*

*Philoftr.
li. 6. cap.
4. ſeq.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 106
magno cultu, ipſumque aquam terramque ſimul eſſe prædicat. Et aduerſus voluptates nudi pugnarunt, tanquam athletæ ſtrenui in Olympiis, tenui victu vini experte, Nilotica contenti aqua pro cœleſti neſtare.

CÆTERVM, vt ad inceſſum reuertar, Euthy-
menes Gallus Maſſilienſis teſtimonium de Nilo at-
tulit longè diuerſum. Nauigauit, inquit, Atlanticum <sup>*ſene. l. 4.
natur. q.
cap. 2.*</sup> mare: inde Nilus fluit maior, quãdiu Eteſiæ tempus obſeruant. Tunc enim eiicitur mare inſtatibus ventis: cùm reſederit pelagus, conqueſcit, minorque diſcedenti: inde vis Nilo eſt. Sed huic opinioni tunc locus eſſe potuiſſet, cùm ignota eſſent externa littora, cùmque licebat impunè fabulas mittere. Nunc verò ſiue bella ſiue auaritia vltima maria negotiatoribus compleuere, qui nihil tale de Nili augmento recitat. Præterea hyeme non creſcit Nilus, cùm ventis magis agitari quiuit. Accedit quòd contra flatum Eteſiarum Nilus turbulentus deſcendit, non tanquã è mari purus: nec ſolus è tot fluminibus Eteſiis verberatur, cùm ſolus inundet regionem, & limo ac vbertate obducatur, & reſtagnat. vnde necesse eſt fieri aggeres præaltos, qui indemnes homines & ædificia ab illa colluione præſtent: quos qui ruperint intra duodecimũ cubitum, flammis dedi lex præcipit: & rursus alios, qui lutulentã aquam contineant, longè minores, & fœcunditati ac luxuriæ agrorum tantum idoneos. Hos qui rumpunt, vel arborem Sycomorum, ex qua vinciri & compingi ſolent, leuius
dd ij

*l. unica.
C. de Ni-
li aggerib.*

*l. pen. §. lex
fin. ff. de
extraor.
crimin.* lex pleđit extraordinario supplicio pro admissi
menſura, & delinquentis conditione. Et ſanè D. Lu-
dovicus edicto vetuit, ne quis violator legis exiſte-
*Vide Rg-
ſarium
Gallicum
Ludovici
xi. 1249.* ret, nec ſibi contra fertilitatem Aegypti, ſed contra
Aegyptios pugnandum arbitraretur. Accedebat
quòd exundans flumen perniciem caſtris afferre po-
terat, niſi repagulis coërceretur. nam & aliàs Regem
Solymorum incautum interceperat. Inter has moras
(quã plerifque Gallorum minimè libebat eſſe otio-
ſis) itum eſt in oras Aegyptiacas, aliquò inſigni o-
pere artis vel naturæ notabiles. Nonnulli Syenem
opidum ſupra Alexandriam quinque milibus ſta-
diòrum viſerunt, ſolſtitij die mediò carentem om-
*plin. lib.
4. c. 73.* ni umbra, puteumque experimenti gratia totum
illuminari didicere, ſole illi loco ſupra verticem
exiſtente. Complures ſciſcitati ſunt de ſepulchro
Jeremiæ prophetae, cuius eſt vaticinium apud D.
Matthæum de agro figuli emendo ex eo pretio, quo
Chriſtus venditus fuerat, & qui à populo in Taph-
nis Aegypti obrutus lapidibus ſenex occubuit: po-
ſtea impenſe ſepultus recordatione beneficiorum
quæ Aegyptiis impertierat, maximè abactis croco-
dilis, qui indigenas infeſtabant, teſte Dorotheo, qui
*In ſynopſi
et pro-
phetarum
vitiis.* Iuliani Aug. aetatem attingit: additque conſueſſe pios
viros ad Prophetæ tumulum orare, & pulverem
inde accipere aduerſus ſerpentes ſalutarem: nec-
non Alexandrum Macedonum Regem eò perue-
niſſe, & eiufmodi prodigia reſciuiſſe, ac facti vatis
reliquias Alexandriam magno ornatu addito tranſ-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 107
tuliffe: qui quidem Aegyptiis non ſemel prædixerat
fore, vt ſtatuae deciderent naſcente puero ex pe-
renni Virgine. Quocirca diu Virginem in lectulo,
& puerum in præſepi collocantes, venerati ferun-
tur. Francorum alij Pompeij Magni tumulum ſo-
licitè inueſtigarunt, ſi modò humatus vnquam
ille extitit in littore, vbi ei caput auulſum fuit. A-
lij Pyramides adiere, mirati non tam molem
ſtructuræ in multa ſtadia diſtentæ, quàm vanita-
tem impenſæ nihil profuturae, & cacumina cœ-
lo minantia: vt meritò ſitæ ſint in monte ſterili in-
ter Memphim opidum, & locum Delta Nilo cir-
cundatum. Chemmin Regem in Memphi diu-
tiſſimè imperantem, Pyramidem trium maximam,
& operis magnitudine ſtupendam, per multa iu-
gera porrectam extruxiſſe Diodorus refert. Archi-
tecti induſtriam citiùs aliquis extulerit, quàm ni-
mius Regum ſumptus: ſiue ſepulchris oſtentatio
inanis dicata fuerit, vel plebciorum commoditati,
ne otio torperent, aut veriùs Regum ipſorum inſi-
diis, ne pecunias ſucceſſoribus præter modum re-
linquerent, dilapidatas iam vaſta molitione, ſine ti-
tulo, ſine inſcriptione, auſpiciſ nomen relatura. Ita-
que cùm Franci antiquitatis ſuperuacaneum fa-
ſtum perluſtraſſent, Tillucò pictori non imperi-
to ſingula linteo reddenda mandarunt: præſertim
cùm austeros floridòſve colores comparare facilè
concederetur, ſiue Draconum & Elephantorum
dd iij

fanie, siue sinopide Pontica, auro, purpurissimo opus
 esset. Laudata est artificis solertia, in eo potissimum,
 quod cum D. Ludouici victoriam contra Sultanum
 auro resurgens ad Nilum partem ostendere vel-
 let, Crocodilum effinxit hiantem humi, & Trochi-
 lum auem dentes scabentem ac repurgantem alimen-
 ti gratia impunè pateretur. Porro aiunt Crocodilum
 nihil nocere volucris, sed fauces comprimere ne no-
 ceat: è diuerso Trochilum ignoscere quadrupedi,
 terra pariter atque aquis infesto, contra fugaces terri-
 bili, contra insequentes fugaci, hebetis in aqua visus,
 extrà acerrimi, magnitudine duodeuiginti cubita
 nonnunquam excedente, ex ouo non anserinis ma-
 iore. Sed hoc prorsus est Crocodilos in Nilum fer-
 re, vt est in prouerbio, quod de Nili rebus amplius
 differere, presertim vulgo cognitis, nisi visum à Te-
 raldo centurione Gallo equum fluuiatilem toto pe-
 ctore flumini supereminentem: Pechen accolæ vo-
 cant. Vnde factum, vt antiqui Nilum equo insiden-
 tem sepe depinxerint. Sed ego nimis immoror ad
 Nili ripas: debueram etenim gustare, & fugere ex
 ipso, iuxta prouerbium canibus accommodatum,
 qui ibidem fugiendo bibunt, natiua sagacitate à Cro-
 codilis exterriti.

*Arist. li.
 9. de hist.
 anim. c. 6*

*Lucia. in
 Rhetorici
 precepto-
 re.*

*Macro. li.
 2. Saturn.
 cap. 2.*

PROINDE interim dum palantes Franci inda-
 gant res Ægyptiacas curiosius, partim laudandas, par-
 tim horrendas inueniunt, sicut de medicaminibus
 Homerus scripsit, quæ quidem profert Ægyptus,

Odys. 4.

-πολλὰ μὲν ἐσθλά μεμύθησα, πολλὰ δὲ λυγρὰ:

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 108
 ex quibus Helena concinnauit pharmacum, quod
 vino iniectum obliuionem induceret doloris, lu-
 ctumque omnem expelleret. Atque vtinam D. Lu-
 douico, eiusque castissimæ vxori eiusmodi aliquod
 contigisset, cum fortunæ aura reflare cœpit, & Sulta-
 ni nouè inaugurati rebus indulgentius opitulari: pe-
 stilentia in exercitum Francorum in dies grassante,
 nec Rege immuni ab egritudine: quem tamen, siue
 necessitas, siue inuictus animus nulli malo cedere
 gnarus, prælio adesse compulit, iniquo loco multi-
 tudine Sarracenorum vndiquaque circumuentum,
 pugnæ labore ita fatigatum, vt nihil iam mors im-
 mutatura crederetur. Quocirca à Sarracenorum glo-
 bo septus, captus est simul cum Carolo Alphonsò-
 que fratribus: nisi fortè non hostes omnes Sarrace-
 nia superstitione laborabant, sed Saturnia potiùs.
 Nam etiamnum nares annulis ferreis aureisque per-
 foratas plerique eorum habuere, prisco ritu honori
 Saturni seruato in Ægypto, vt notat Epiphanius. *lib. 3. co-*
 Eò putem respicere illud Sapientis, Circulus aureus *mo 2. con-*
 in naribus suis, mulier pulchra & fatua. æquè enim *tra hare-*
 inulsæ religionis fuit mutila nare Deo operari, in- *ses. c. 80.*
 honesto ornatu. Cæterùm cum Gallis præter expe-
 ctationem Sarraceni satis humanè egerunt, maiesta-
 te Regis illecti & mitigati, ita vt Regis præstantiam
 venerari maluerint, quàm dolorem damnumque ac-
 ceptum vlscisci. Nec quidem lapsis de cælo stellis
 amplius venerationis tribuissent: nempe cum, vt be-
 nignus aliquis sit victor, benignitas & candor capti

sapissimè efficiat. Itaque conuentione publica acti-
 tatum, vt in Regis pretium ac cōmunis salutis quin-
 quies cētena milia penderentur, præterquàm quòd
 vrbe Damiatà decederetur. Et quia tantam extemplò
 facere pecuniam Galli bello attriti non ita poterant,
 Sultanus honoris gratia de tota sorte milia centum
 sponte refecuit. Aurum ei pro portione appensum
 est, de residuo obsides dati: demum persolutum, &
 ab Ægypto discessum est: non prius tamen quàm
 hymnis & oratione Deus consalutaretur suauis con-
 centu, ac prædulci celeumate nauitarū, pridie quàm
 ventos clāsis dominos. Franci facerent, idque sub
 aurora: nō aliter atque Achilles ille Homericus do-
 mum renauigaturus. Cras, inquit, Ioui sacra faciens
 & omnibus diis, congregans naues ad altum mare
 protraham. Proinde secundo cursu in Syriam dela-
 tus est regius exercitus pernitiūm diminutus, ple-
 risque militibus desideratis. Nam & Robertus Dux
 Atrebatum, Regis frater, fortiter dimicans ceciderat
 iuxta Memphim. E Syria in Galliā reditus agrè pa-
 tuuit Regi auctiori vno filio anniculo, quem inter
 ærumnas paternæ captiuitatis natum, Tristanū ma-
 ter nominarat. Et hic vt cunq̄ leuiuit mœrorem
 Regis plausibiliter reducis, alioquin audita Blanchę
 matris morte non parum cōtristari, eò magis quòd
 se absente regni gubernacula supra sexus constan-
 tiam illa rectissimè tenuerat, nec minus ob alia se
 amabilem præbuerat, quàm quòd mater esset. Cæte-
 rum tempus cuiusuis tristitiæ efficacis medicus nun-
 quam

70. Sireus
 in Chron.
 D. Ludou-
 uici cap.
 42.

iliad. 9.

Rosarium
 Ludouici
 xi. lib. 2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 109
 quam auellere à Regis animo potuit sollicitudinem
 & pudorem ex eo cōtractum, quòd re infecta à Bar-
 baris discessisset: præsertim quia Ægyptij natura ia-
 ctabundi Gallos mercatores Alexandriam profectos
 dicitariis lacefferent. At ego, inquit Rex, opere ipsos
 breui redarguam, & Mahumetem, quem tantoperè
 efferunt, desidem & vanum commōstrabo: & lilio-
 rum radices in alieno orbe ante Sarracenorum ora
 plantabo, ita vt simul cum Christi religione lætissi-
 mè germinet, & florescant: & nisi me fallit animus,
 Carthaginem vltima sorte euersam à P. Scipione an-
 no Romæ conditæ DCVI. post bellum Punicum se-
 cundum quinquagesimo: rursus instauratam XXXI.
 post anno, deductis familiis L. Cælio Metello & Q. *Orf. lib.*
 Titio Flaminio Coss. nouissima clade delebo. *5. cap. 12.*
 Forte hoc lupi præfensere, dum noua Carthaginis molitio
 sinistra auc fieret, vt qui stipites ambitus indices fi-
 xos humi reuulserunt, & roserunt. Proinde magna-
 nimus Ludouicus refecit classem emenso aliquot
 annorum curriculo, accitis Philippo, Ioanne, Petro, *anno*
 liberis, & Theobaldo Nauarrensi Rege, aliisque *1269.*
 Principibus viris: & delectu habito Gallicæ iuuen-
 tutis se lubentissimè pro religione deuouentis. Ha-
 buit præterea sacræ expeditionis comitem Ioānem,
 qui etiam Tristanus paulò antè dictus est, propensa
 voluntate insequentem: quia inter arma paterna &
 castrenses tumultus genitus, nihil quàm Sarraceno-
 rum stragem & vastitatem spirabat. E fossa Mariana
 nauigari cœptum bene compactis nauigijs, quasi li-
 ce

gneis mœnibus numerosus exercitus includeretur. Gemebat sub pondere pelagus quodamodò, & venti tot curuandis sinibus suffecturi non videbantur: sed paulò pòst porcellis agitari mare inœcepit, & inuolui nubilo dies, diuelli turbine antennæ, & breuiter ostendere, quàm periculosum sit salutem fluctibus committere, & vocare in sese fata cessantia: ac si videlicet ad mortem terra parum latè pateat, & per hominem deorùmque iras in bellum anceps proficisci. Sedata tandem tempestate Franci Africam appulere hilares, præteritorum malorum secura recordatione: quoniam *Iucundi acti labores*, vt vulgò aiunt. Nihil cunctandum rati, portum Carthaginis subierūt, tam rerum antiquarum excidio, quàm ope præsentium claræ: & ad Tuneta opidum, absens à Carthagine XII. milia passuum metatores præire Rex imperat: vallo & fossa exercitū munire, quoad Carolus frater, nuper Siciliae regno donatus, cum maioribus copiis subsidio veniret. Atqui Sarraceni de hac re certiores facti, pugnam maturare constituere: sed benè consultis alca Martis non obsecundauit. Fusi enim omnes, & ferè ad interneccionem profligati fuerunt. Opidum cum operibus, tū suapte natura tutū, & mari circumfusum, clade terrestri percussum vehementer extimuit: nec opus fuit deditioem fame extorquere, sese vltro ciuibus offerentibus. Hoc gaudium Tristiani morbo & morte p̄satum fuit, eò magis luctuosa, quòd accerimè dimicauerat. Pupugit acerbus hic casus Regis animum, tanquam dice-

T. viii. de.
3. lib. xi.

Florem quisnam liberum inuidit meum?
sed mox solita moderatione mitigabat dolorem, cū Telamone inquires: *Ego gcum enui, moriturum sciu.* Ex Cicero.
Ingruebant cotidie morbi, vel cœli intemperie, vel 3. Tusc.
aquarum, quæ iuxta mare fodientibus primùm dulces manabant, illicò salis futuræ plus quàm in cæteris regionibus, vt etiã testatur Aristoteles: adeò vt in probl. sect.
Hipponem Diarrhyton transferre valetudine aduerfa laborantes expedierit. sic enim Græci opidum 23. §. 21.
vocāt in lubrico & irriguo situm, & littori vicinum, vbi accola Delphinum cicurem natatibus alludentem, & hominum manibus vescētem, Flauiano Proconsule Africae, diu mirati sunt, & repetitum miraculum D. Ludouico spectante ferunt. qui tamen plin. lib. 9. cap. 8.
pluris fecit Hipponem regium, D. Augustini Episcopatu illustrem, & Vticam fato Catonis memorabilem: tametsi mortem sibi cōsciscere Rex non forte, sed scelerosum duceret, quasi iniussu Ducis à statione discedere, & tã pusillo cœseri potius animo, vt ingruëtia vitæ mala ferre nequeat. nã neque appetēdã neque fugiendã mortē opinabatur. Quod præceptū ei cōmodū tum fuit, cū ægrotare vehementiùs cœpit: Catonis in eo charitatem & prudentiam imitatus, vt de amicorum & militum gregariorum salute anxie laboraret, deliberans quonam pacto in patriam tutò regredi possent: sibi ab Africa in cœlitū domos suspicans peruium iter patere, proclue omnibus qui Dei monitis obtēperauerint. Itaque Phice ij

lippum filium natu maximum sissi coram se mandauit, cygni moribundi carmen editurus. Ipsum pariter agrum consolatione refecit, cohortationeque regia corroborauit. Timeto Deum, fili, inquit, ac super omnia eundem dilige. Prosperos casus moderate, aduersos fortiter ferto. Rem diuinam crebro facito. Inopibus studiosissime largitor. Nihil penes te esse magis arbitrator, quam quod digno donaueris. Ama diligi, metue timeri. Caue solus esse prudens in regno, sed comites habeto similes. Mores bonos, si qui regno inoleuerint, seruato: prauos aboleto. Leges da, tibi que fume. Nimio censu me populum premito: tondere enim greges pastori congruit, non deglubere. Consule in arduis peritiores. Assentatori potius quam terrestrium Sirenum cuiquam tuas aures obturato. Et alias plerasque eiusdem generis preceptiones subiunxit, Principum antiquorum imitatione, aut industria propria, ad filium informandum excogitatas, quae fuisse illum octauum Sapientum aperte declarant, coelesti regno dignissimum, ut eo vnde defluerat spiritus, labis expers reuenteretur. Nam corpus libitina regia, odoribus & casiae suffimentis ac serica veste spectanda, Lutetiam delatum est, aliorum regum stemmati adiungendum. Ferunt id regem de se in supremis statuisse, memorem forte Iosephum adegisse fratres sacramento, uti ossa sua condita ex Aegypto in patriam transferrent: quamuis animis vndique in caelum tantumdem sit via, nec putaret

*Io. sirens
in Chro-
nic. cap.
93.
genes. 50.*

GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. III
ex sola Gallia id posse à piis geniis adiri. ceterum morientibus, nedum viuis, pergrata est patria. Mor-
te Regis erexere ceruices Barbari, rursus compressi à
Carolo Siciliae Rege, qui tempestiue fractos & pen-
dentes animi Francos confirmauit: nec prius ab A-
frica abiit, quam foedus cum primoribus percussis-
set, uti de Christo publice verba facere fas esset, &
impune Afris nomen dare Christiane religioni: Im-
perata insuper annua aureorum milia quadragena
Siculo refundenda, quia totidem pendit Romano
Pontifici quotannis à Siculo oporteret. His pacis
conditionibus Franci Africam deseruere, quam ma-
gno agmine peragrarare decreuerant: adeo ut pleri-
que gallinaceos emissent, circumlati per loca de-
uia, ut à leonibus sibi cauerent, quibus ea auis for-
midatur. sed extorsit illis fortuna propositum. Ita-
que recessere, pelago & ventis multum inuisi. Ideo
propter implacabile odium procellae, non prorsus
immerito quis existimet ventis bellum indici po-
tuisse, Pysyllorum exemplo, qui Nasamonibus in ter-
ra Africa contermini aduersus Austrum, cuius vali-
do flatu & diutino aqua omnis exaruerat, decreto
facto res repetitum armis sumptis iuerunt. Austro
tamen superatos cumulis arenarum superiectis didi-
cimus. Nec hoc penitus fabulosum videtur, cum in-
ter duas Syrtes, quas vadosum & reciproco mare in
Libya efficit, incertis motibus & estu inquieto reuo-
mente se pelago & resorbete, spiritus ventorum putris
soli faciem mutet, & terram tumulis arduam coplanet,
cc iij

*P. Emil.
in Ludov.
ix.*

*A. Gell.
lib. 16.
cap. 11.*

solin. cap. aut complanatam exaggeret: adeò vt licet terra per-
30. gentibus, iter syderibus destinetur.

QVOD si nos Africæ radium iam obrepserit, & perambulare Europam magis iubeat, & Gallorum virtutē in ea peruidere, occurret ex aduerso Hispania mari discreta, aut potius mediocri freto, quod Gaditanum dicitur, à Gadium insula & vrbe, quæ Gadir Punicè, id est, Sepes nominatur. quâquam Iu-

plin. lib. Iustinianus Imperator Basiliano magistro militum
4. cap. 22
L. 2. L. de
offic. pref.
prat. 2.
frica.

Orientis scribens, iubeat locum, qui Septa vocetur, contra Hispaniam militum & Tribuni vigili custodia muniri, vt melius ac tutius quæcunque essent in tractu Hispanico, ab incursionibus barbaricis incol-

rib. 6. de lumia seruarentur. Addit Procopius, Septum illud
adific. à Vandalis neglectum, apud Gades iuxta Herculis
Iustin. columnas inexpugnabile redditū, & æde diuæ Virginis ab ipso Iustiniano nobilitatum. At mediusfidius Celtarum vis & gloria quondam eousque penetrauit, & Celtico promontorio nomen dedere, quod vulgò finis terræ nuncupatur. Non aliunde fluxit Celtiberorum appellatio, quàm à Celtis qui trans Pyrenem sedes quæsierunt, & quicquid in Hispania, quæ ab amne Ibero & Cantabricis Pyrenes iugis scaturiente, Iberia quoque dici cœpit, fertilissimum & ditissimum est, occuparunt, vel promiscuo cum subactis indigenis vsu possederunt: maximè Tagum flumen auro & gemmis nobile, & Celtiberiæ caput, Segobrigenses, Carpetanos, Toletanos Tago impositos, & Bilbilitanos, quorū fuit Val. Martia-

P. Mela
lib. 3.
cap. 1.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 112

lis, qui sic Carmenionem alloquitur:

Cum te municipem Corinthiorum

Iactes, Carmenion, negante nullo,

Cur frater tibi dicor ex Iberis

Et Celtis genitus, Tagique ciuis?

Polybius scripsit, Saguntum opidum vltra Iberum

radicibus montis situm Hispanos à Celtiberis diu-

dere, copia fructuum & virtute militari cæteris Hispanis præstans: certè clade, fame, & fide in Senatum Pop. Q. R. præstantissimum, sed ab Hannibale extrema perpeti coactum, & debellatum: vt à Scipione

Africano Numantia vltima Celtiberorum, quæ totis quatuordecim annis quadraginta milia Romanorum tolerarat, non semel fugauerat, & ad pudenda fœdera compulerat, demū atroci certamine portas occludere compulsi Numantini, se suaque ferro,

flammis, aut veneno consumpsere: ita vt victor nihil aliud referret præter securitatem, & Celticum animu ingenuè fateretur ac prædicaret, vt potè cui ignaua mors displiceret. Nam in morbo lamentabantur Celtiberi, vt turpiter perituri: in acie exultabant, vt gloriosè vita excessuri: nefasque ducebant prælio superesse, cum is occidisset, pro cuius salute

spiritum deuouerant: ideòque serò à Romanis domiti, sed domiti tamen. Nam Possidonius est autor

M. Marcellum tributum exegisse ex Celtiberia ad

talenta sexcenta, argumento opum maximarum, quæ prædatum varias gentes illiciebant. Non enim initio Romani cum Hispanis pugnauerè, sed cum

Lib. 10.
Epigr.



P. Orf.
lib. 5. c. 6.

Val. Max.
lib. 2. c. 1.

Strabo li.
3. Geog.

Pœnis, in Hispania dominatum ambientibus. P. & Gn. Scipiones præliis ingētibus Hannōnem & Hasdrubalem fratrem Hannibalis ceciderunt: sed demū
l. Florus lib. 2. cap. 6. et 17. Punica fraude circumuenti, alter ferro, alter cū euasisset in turrim facibus cinctus, perierūt. In quorum ultionem missus cum exercitu Scipio, cui grande de Africa nomen fata decreuerāt, Hannibalis eruditricem Hispaniam ad Oceanum vsque recepit quadriēnio, nec excepta Carthagine, quam Dux Pœnorum Hasdrubal in Hispania condiderat, præsentī omīne alterius Carthaginis in Libya expugnandę. Quid, obsecro, aliud fecit Carolus Magnus Gallorū Rex? Nōne ab Hispanorum ceruicibus Africanos depulit, & seruitio animarum, nedum corporum pressos asseruit? Sarracenicę superstitionis fece spurcatis repurgauit, & Deo duce, veri Dei atque Hispanicę libertatis hostes fregit, exterminauit. Hęc profectō notiora sunt, quā vt dissimulari possint, nec Celtis Iberos vel ingratos vel immemores tanti beneficij esse conuenit. Eustathjus Celtam & Iberum
In Dionys cosmogr. Herculis filios fuisse narrat, à quibus diuisi Pyreneo monte populi nomen acceperint. Esse præterea Iberos Orientales, vt Gallos Asiaticos. Illos verò habitare in parte Armenię verissimile duco: eò quia Nicephorus refert, imperante Constantino Magno Christianam pietatem edoctos captiuę mulieris suasu, quę Regis Iberici infantem filium moribundum & deploratum, fufis in Christum precibus, sine alio medicamine sanitati palām restituit: & ira Iberi
 Hispania

lib. 8.
cap. 34.

Hispaniæ coloni Euxinum versus in Armenia degentes, licet res nouas suspectas antè ducerent, veteres ritus in melius procliues commutarunt.

QVOMODO Galli Sicilia potiti sint, iam à nobis explanatum est, Galatheo puero cum coloniis ad Herculem parentem misso: qui terræ ingenium cognoscens, dignam cultura censuit: nec omisimus sagaces & arduos Cyclopes è Gallia profectos, finitimis formidolosos, priusquam Sicanus Sicori filius è Celtiberis eductus in Siciliam migrasset, vt ex Beroso licet colligere. Nam deficiente Gallorum posteritate, Sicilia in alias atque alias manus regnandi auidas, & soli bonitate incitatas, transiuit. Est enim ferax, maximè frumenti. Ideò fabulæ locus Cereris ibidem incolentis, & filiam Proserpinam educantis, cuius meminisse Ciceronem non puduit. Vetus est hæc opinio, Iudices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. nam & natas esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primū repertas arbitrantur: & raptam esse Liberā, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore, Siciliae umbilico: quam cū conquirere vellet Ceres, dicitur inflammasse tædas iis ignibus, qui ex montis Ætnæ vertice erumpunt. Enna autem, inquit, est loco præcelso, vbi in summo æquata agri planities, & aquæ perennes, & luci ac lectissimi flores omni tempore anni: & spelunca, in quam Dis Pater abreptam curru asportauit, & non longè à Sy-

ff

Ex Berof.
de regib.
Assr.

6. Aff. in
Verr.

raculis sub terras penetrauit. Inde opinor deceptus
 est Claudianus, qui Ætnam Siculam ab Enna vrbe
 non perinde distinxit. Nam, vt ipse ait,

Lib. 1. de
 raptu pro-
 serp. &
 lib. 2.

*Ætna giganteos nunquam tacitura triumphos,
 Enceladi bustum, qui saucia membra reuinctus
 Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur.*

Mox raptam iuxta Ætnam tradit Proserpinam, cum
 æqualibus Nymphis flores carpentem. nam

Viderat herbofo sacrum de vertice vulgus

Ætna parens florem. Eo sic Zephyrum allo-

quitur: *Nunc adsis, fauedsque precor, nunc omnia factu*

Pubescant: virgulta velis vt fertilis Hybla

Inuideat.

Hybla enim Siciliae locus
 colliculis floridis spectatus est, & multas apes ma-
 gno prouentu mellis pascit. Croco præterea Centu-
 ripinus ager laudatissimus est. Vina verò D. Iulius
 in epistolis Mamertina circa Messanam summoperè
 commendauit. Hæc verò ab Italia Charybdi secer-
 nitur nautis noxia maris verticibus. nam Scylla sa-
 xum est, æquè periculi & mortis plenum. Cæterùm
 Messænicus ager arborem Morum bellè fouet, &
 syluas ex ea facit alendis bombycibus foliorum pa-
 bulo commodas, vnde Sericum præstantissimū con-
 ficitur, antiquis Siculis inusitatum, non minus quàm
 Saccarum in territorio Panormitano iam pridem
 exuberans, ex arundinetis annuam dulcissimi liquo-
 ris messè hyberno solstitio fundentibus. Ex quo
 liquet Siculam humum fœcūdā & valde docilem
 semper extitisse: idè multos mortales in sui rapinā
 & occupationem inuitasse. Primus tyrannidem in ea

vlm. lib.

14. cap. 6.

Mela lib.

2. cap. 7.

exercuisse fertur Phalaris Agrigenti, qui se Leoda-
 mante genitum, genere Astypalæsem, patria exulem,
 multa expertum, animo inuictò, in quadam iactitat
 epistola: & in alia, sibi Astypalæam patriam curæ esse
 declarat: (Ea est in fula Myrtoi maris:) eidemq; mu-
 nera misit, interim conquestus de exilio præter æ-
 quitatem indicto. quod accidit Anco Martio Romæ
 imperante, iam sene Stesichoro poëta Siculo, quem
 plurimi fecit, licet huius versibus cotidie suggillare-
 tur. Perilli quoque Atheniensis artem laudauit, qui
 in fundendo ære celeberrimus Taurum naturali sta-
 tura maiorem fabricarat, officiosumque animal &
 homini socium in eiusdem supplicium acerbissimū
 conuerterat, mugitus promittens igne subdito: &
 quia à simulachris deorum atque hominum auoca-
 uerat pulcherrimam artem, cruciatum primus experi-
 riri iussus est iustiore sæuitia, punito tormenti auto-
 re, talione decantata. Eandem propè exercuit Ludo-
 uicus xi. subtilis regni Francorum propagator, Ca-
 ueas ferreas quouis carcere duriores facere monitus,
 in pœnam potius quàm in custodiam miserorum,
 qui reatum qualemqualem sustinerēt. Nam Episco-
 pus Virodunensis, qui excogitatis primùm his caue-
 is sibi placebat, prima earū inclusus totis quatuor-
 decim annis ridiculus & mœrens obdurauit.

Epistol. c.
 4. 118.

Philipp.
 Cummis
 in eodou.

xi. cap.
 136.

QVI præter Gallos Siciliam possederint, non
 est meum percurrere. varios enim inuasores nacta
 est fertilis regio. Quandoque Gnidij ac Rhodij in
 eam colonias deduxere Pantathlo duce, qui genus
 ff ij

Diod. sicul. lib. 6. pausa. in eliacis. suum ad Herculem referebat, quinquagesima Olympiade. Gelon verò Syracusis Olympiadis septuagesimæ secundæ anno secundo rerum potiri cœpit, Regis magis. quàm Tyrāni dignus nomine: quanquā antiquitūs Tyranni appellatio, sicut veneni & doli, media fuit, in bonum si luberet vergēs. Gelon enim ciues suos antea desides, agriculturæ nauare instituit, nec tributis oppressit: quin pecunias mutuas confectis bellis reddidit. Et dum pacem faceret cum Carthaginēsis apud Imeram superatis, fœderi inscribi præcepit, ut in posterum ab immolandis Saturno liberis desisterent. Hunc secutus est Hieron, quem ludis Olympicis victorem equis desultoriis Pindarus laudauit, ut iustè in Sicilia sceptro uterem, & virtutum summam decerpentem, nec alienum à musicis. Alibi in Pythio certamine curribus victorem extollit, vbi interpretes notant Hieronem aureo vati auream spondidisse citharam, cuius ipse meminit: *ἄρυσσα φόρμυγξ ἀπόλλωνος, καὶ ἰοπλοκάμων σούδιλον μυσσάν κλέαινον.* id est, ὀ aurea cithara apollinis, Musarumque violacea coma præstantium condigna possessio. Heronem secuti sunt Dionysij, quorū maior à Syracusanis vltro imperator designatus est: qui filium quandoque obiurgauit, quia matronæ honestæ vim intulisset, se nihil huiusmodi perpetrasse dicens: Cū inque adolescens respondisset, Tu nimirum patrem tyrānum non habuisti. Ne tu quidem es habiturus, inquit ille, filium, si istiusmodi flagitia perpetraris. Nec falsum fuit præsagium. nam minor

Plutarch. in Apophtheg. in Olymp. od. 1. In vyl. ode 1.

Dionysius dominatu excidit Dione aduersante: & Platonis philosophiæ se hoc debere professus est, ut aduersam fortunam equo ferret animo, & victum sine sordibus pararet Corinthi, vbi ludum aperuit tenui imperio similem. siquidem Plato ter in Sicilia nauigarat: primò infulæ fama & miraculis incitatus, & seniore Dionysium increpuit durius cum subditis versantem. vnde Aniceridi venditus est, mox Atheniensibus tam nobile mancipium redimentibus ingenuitati redditus. Alij pretiū exoluisse Dionem malunt, persuasum à Platone & erectum, ut Siciliam Dionysio iuniore tum imperante liberaret, secundæ nauigationis tempore. Tertia namque perhibetur fuisse, ut Dionysius meliora sequi & clementiora facere monitus, Dioni reconciliaretur. quod frustra tetauit. Proinde reuersus in patriam vir maximè politicus, Reip. administratione abstinuit: utpotè cū equalitatem sectari pauci cuperent Platoni gratissimam. Eusebius Hipparinum Dionysij filium Syracusis tyrannidem redintegrare commemorat. Sed quia nihil admodum memorabile præstitit, obscurus atq; si non extitisset, Agathoclis primordis splendorem porrexit, Siciliae figulo progenerati: & qui probra iuuentutis, virilitatis virtute & experimentis bellicis aboleuit. Carthaginenses non insula tantum abegit, sed & domum lacepsitum iuit, natalium & modestiæ adeò non immemor, ut cū Sicilia tranquillè frueretur, aureis vasis & gemmatis figulina in abaco misceret. Et, ut ait Aufonius,

Cic. lib. 9. Epist. fam. Laert. lib. 3. in Plat.

In Chron. Olymp. 106.

Epigram. 9.

*Quærenti causam respondit, Rex ego qui sum,
Sicania, figulo sum genitore satius,
Fortunam reuerenter habe, quicumque repente
Dives ab exili progrediendi loco.*

Caterum licet priuatim ita magnificè frugalis esset, publicè tamen interritus, spe ampliandi regni in Italiam traiecit. Sed vis morbi in Siciliam redire coëgit, quo velut intestino singulorum membrorum bello, neruis & articulis pestifero humore comprehensis impugnabatur. Auxit tristitiam nepos occiso filio, regnum sibi præmaturè vendicans. Qua arrepta occasione Pœni in Siciliam reuersi multas ciuitates subegerunt. Contrà Siculi Pyrrhi Epirotæ auxilium implorarunt. qua felicitate latatus, Heleno filio ex filia Agathoclis suscepto auitam destinat Siciliam fatis renuentibus & reluctante fortuna, secuto aduersus Romanos prælio fugè proximus, & discessu fœdo notatus. Quocirca Siculi nō fide amicitie iura, sed successu ponderantes, vt vulgus solet, Hieronem simili consensione Regem crearunt, poterno genere clarū, materno sanequàm humilem, pulchritudine corporis insignē, alloquio blandū, imperio moderatum, bello fortunatum, vt si nihil ei regium vnquā defuisset præter regnum. Hunc Romanis sociū fidelissimū extitisse Siculi apud T. Liuium afferunt: Hieronymum deinde & Hippocratem & Epidicē tyrannos ad Hannibalem deficientes inuisos: ita vt à principe iuuentutis Siculæ publico ferè cōsilio interfectum hunc acceperim, reliquos vt per-

*Justin. li.
23.*

*Dec. 3. li.
6.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 116
duelles eiectos. De M. Marcello, cui sortitò ea prouincia obuenerat, multū questi, nihil profecere, sed & virtutem eius & misericordiam experti sunt: qui urbē Syracusas vi & consilio captā, non solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatā, vt esset idem monumentum victoriæ, mansuetudinis, continentia. Deniq; Cicero huius æquanimitatis præco, Romanos ait Sicilia prouincia semper vfos, vt quicquid ex se posset efferre, Romæ conditum, non alibi natum putaretur. Quādo, inquit, frumentū illa quod deberet, non ad diē dedit? Quādo id quod opus esse putaret, non vltro pollicita est? Quādo id quod imperaretur recusauit? Itaque ille M. Cato sapiens celam penariam Reipubl. nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Ærariū fortè dicere quod debuerat. Nec hæc tāta vbertas latuit Sarracenos in Libya: proinde Siciliā valida classe petierūt: occupatā amifere, ac denuò recepere, vt prodidit Palmerius: idq; ex vaticinio Pyrrhi ab eadē eiecti. Qualē, inquit, o amici, Romanis & Carthaginēsisibus palæstrā relinquit? Multū enim & diu luctati sunt Romani in Sarracenos potiores, donec deus è Gallia ducē excitauit, qui pertesus Italiae & Hispania horreū inexhaustū à Barbaris detineri, extorquendū susciperet, nēpè Gulielmus Tācredi Nortmani pernobilis duodecim liberorū parētis filius strenuissim⁹. Is facultates paternas pro sobolis numero exiguas reputās, & falcē Saturni in Sicilia cecidisse ab antiquis ob glebē fecunditatē dictū opinatus, Sarracenos procul abigēdos

*Act. 7.
in Ferrē.*

*In Chron.
nic. anno
Christi
899.*

*Rosarium
Ludoui
XI. in Ca-
rola VII.*

decreuit: eò magis quòd non armis, sed proditione Euphemij cuiusdam quæsitæ Africanis fuisset, qui, vt Zonaras refert, Vestalis amore in sano flagrans, rapta tandè potitus, & idcirco à prætorè petitus in supplicium, in Africam profugit, & Amyræ gratiosus depactus est, se tributa maxima pensurum, si modò copias accommodaret, quibus facillè Sicilia subigi posset. Voti compos, Agarenis Siciliam, sibi mortem quæsiuit, & in futurum Gulielmo Nortmano Ferrebacho (sic enim cognomentum ferro sibi pepererat) pulcherrimæ victoriæ occasionem, accito in belli societatem Molocho Michaëlis Catalaici Imperatoris Constantinopolitani tribuno: quem, quia non ex bona fide prædam opimam diuideret, vinci quoque oportuit in Apulia, & hanc vnà cum Sicilia & Calabria in Nortmanos præfractæ virtutis transcribi, & ad Gulielmi fratres, & deinceps ad horum posterios magna felicitatis serie trāsmitti. Demum iam lassâ fortuna & degenerans, Gulielmo alio sine liberis defuncto Panormi, optimates Siculorum Tancredum nothum Nortmani Rogerij suffecere, sordidia & stoliditate notabilem: aduersus quem nõ parua manu Clemens tertius Pontifex Rom. obuiam iuit vano conatu. Verùm eius successor Celestinus, renouato in Tancredum bello, * Constantiam Rogerio natam, virginè Deo dicatam è cœnobio educatam Henrico sexto Federici Imperatoris filio despondit, eique Siciliam doti dixit, excepto cœsu annuo clientelæ nomine Pontificibus Rom. præstado.

Proinde

Proinde Henricus Tancredum Neapoli obsessum iustis auxiliis destitutū maectauit, & quietè Siciliam possedit, ac hereditariam Federico secundo filio reliquit: qui pariter Germanico imperio resplicēdebat, auito nomine & corporis egregia compage, præter singularem animi indolem conspicuus, vestitu cultūque ambitiosè magnificus, nullis fortunæ casibus frangebatur, linguarum variarum peritus: ita vt alter Mithridates videretur, quem Ponti Regem viginti duabus linguis solum mortalium locutum accepimus, nec quemquam subditorum per interpretem appellasse, L. V. annis, quibus regnavit, quoad à Magno Pompeio debellaretur: in cuius potestatem ne veniret, venenum, sed frustra, hausit præsumptis frequentissimè antea antidotis: quare Gallum quendam militem ad sui excidium, vrbis iam muro effracto, præbito iugulo, inuitauit. At Federicus cum iam vitiiis perfidiæ & profusæ libidinis virtutes exequasset, & factionibus totam miscuisset Italiã, diris Pontificum sæpissimè petitus, duos ac triginta annos rebus tractatis, Panormi dolo Manfredi filij nothi perimitur, nempe veneno inter dapes porrecto. Nec veritus est nefarius ille dicere, patrem suum nõ alieno, sed suo veneno interiisse, contumeliam addens sceleri, atque sceleris habēs materiam regnandi auiditatem. Protinus enim Sicilia regnū inuasit: Conradum fratrem legitimo Federici thoro editum, toxico quoque sustulit: Antonio Caracallæ nihil obiecturus, qui Seuerum Augustum parætè districto

gg

Tom. 3. in
Michaële
Balbo.vlatina in
sergio 111
Raph. 70.
laterrau.
Geogr.
lib. 6.Anno
1191.Orsf. lib.
6. cap. 5.Baptista
Egnatius
li. 3. Rom.
Princip.

gladio occidere tentauit, vnà cum illo in Britannia
 obsequians, vix territus ab accurrentibus militibus:
 Xiphil. in
 seueno.
 & Spart.
 in Seueno
 & Car-
 calla.
 deinde imperium tenēs, Getam fratrem in materno
 sinu trucidauit, sibi ab eo paratas insidias insimulās:
 Nec fratris amicos immunes dimisit, præsertim Nar-
 bonensis Galliā proconsulem: vnde magno omniū
 odio flagrauit, maiore postmodum, cumulata Papi-
 niani Iuriconsulti morte præfecti prætorio iustifi-
 simi, & Seueri per secundam vxorem affinis. Nihil e-
 nim nefas creditur truculentæ dominationi, & nul-
 lius luctuosa eidem mors est. Proinde Nero fungos
 Deorum cibum vocabat: quia Agrippina medicato
 fungo Claudiū Imperat. maritum vulgi errore cœ-
 lo donatum sustulisset: cui mox successit Nero vene-
 no quolibet nocentior, licet non crudelior Manfre-
 do, diis & hominibus inuiso, maximè Pontificibus,
 tyrannum Sarracenorum cohortibus vallatum exe-
 crantibus. Tandem vrbanius quartus, Rom. Pontifex,
 Plat. in
 vrbani. 4.
 & Clem.
 4. &
 Martino
 4.
 vt aliquando sæuire Manfredus defineret, ad D Lu-
 douicum Gallorum Regem legatos misit, rogans vt
 sedulò Carolum fratrem Andegauorum & Prouin-
 ciā Comitum Sicilia potiturum mitteret. Post fata
 Urbani Clemens quartus Gallus Narbonensis pro-
 uinciā in Pontificatum plaudente Roma euectus,
 Carolum crebrius acciuit, & cū valido exercitu ad-
 uentanti gratulatus Senatorio munere donauit, ac
 Hierosolymæ Siciliā que Regem pronunciatū ho-
 norificentissimè excepit, ornauit, extimulauit, adiu-
 uit, gratulante populo, & Regem faustis ominibus

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 118
 prosequente, maximè post congiarium acceptum
 monetæ aureæ, partim in vulgus sparsæ, partim pro-
 cuiusque conditione vititum diuisæ. Mouit Ro-
 ma Carolus, & quocunq; Manfredum inuestigās,
 demum in patentibus Apuliā campis nactus est in-
 territum, & equitatu præstantem, ac pugnandi copiā
 facturū: præsertim quia sciret Gallum militem de via
 fessum esse. Tantis illicò animis concursus est, vt v-
 tercunq; vicisset, non foret mirum. Manfredo pri-
 mùm affulsit blandiēs fortuna, Carolo penè ex equo
 deturbato, dum laboranti suorum turmæ subuenit.
 Rursus expuit parricidam, & inauspicatum Bene-
 uenti apud antiquos nomen omine renouauit. Nam
 Maleuentum prisca appellatione dicebatur: & Man-
 fredus alacrius Gallis insultans, vita & regno spo-
 liatus, captiuo capite terram pulsauit. Deinde Caro-
 lus in Conradinum Conradi Sueui filium res nouas
 molientem, vt reliquias belli extingueret, propera-
 uit. Sic iuxta Fucinum lacum captus adolescens, &
 ad Carolum perductus, capitis temerarij amissio-
 ne plecti iussus est. Ita Carolus Siciliam integram
 obtinuit: sed quadraginta millium aureorum re-
 ditu in annos pensitando sedi Romanæ: quam eò
 magis adiutricem sensit, donec Nicolaus I I I.
 Pontifex Maximus familiā Romanæ Vrsinā fa-
 ctionis eligeretur, refragante Carolo Siciliā Re-
 ge, qui senatoria functione conclauis præerat.
 * Quo factum est, vt Nicolaus nihil prius ha-
 buerit, quàm ipsius Caroli impotentiam eleuare,
 Raph. Po-
 lateran.
 latina
 ad Tybe-
 ris ripam.
 * Anno
 1278.

ac Senatoris munus principibus mandari solitum in se trāsferre, lege lata, ne Regum aliquis in posterum id obiret: & clandestina conspiratione Petrum Aragonum Regem accersere Manfredi generum, ducta Constantia Federici Cēsaris nepte, iure sanguinis Siciliam reposcente. Interim moriente Nicolao sedatæ in Gallos videbantur inimicitie, & Itali Gallis reconciliati Martino IIII. Gallo Turonensi Pontificatum adepti, necnon Caroli dignitati & studiis impensè fauētē, in cuius caput & fortunas Petrus Arago occultè multa moliebatur, Io. Proclita Siculo insidiis opitulante, & ciues suos ad Gallorum perniciem inflammante, ostentata militum, qui in præsiidiis erant, procacitate, & libidine insulè deliciarioris illecebris contracta. In summam coniurarunt Siculi Proclita duce, uti certo die cum primùm res diuina vespertinis hymnis fieret, Galli omnes trucidarentur. Dies autem ater & nefastus Christo ab inferis cū triumpho mirifico resurgētī festus electus est Campanæ populū de more ad sacra cientes, signum immani sccleri dedere, *funestata Sicilia cede & sanguine Gallicō, nullo discrimine atatis vel sexus, magno morientium gemitu, ac luctu fortè etiam ferientium, alienis horis inermes ex improviso necantium: non aliter atque accidit Antiocho Syriæ Regi, & Parthiæ victori. Posteaquàm enim exercitum per ciuitates in hyberna distribuisset, milites omnes ciuium coniuratione stata die necati sunt, ne inuicem ferre auxilium possent. Habuit hoc scelus Neronem

* Anno
1283.

Iustim.
lib. 38.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 119
imitatorem, qui post rebellionem Galliarum Iulio Vindice instigante factam, quicquid in vrbe hominum Gallicanorum esset, occidi præcepit, ut cōscios popularium suorum. Non mitius fuit Mithridatis Regis edictum Ephesi vulgatum, quo vna die Romani, quicumq; Asia in ipsa deprehenderētur, morti addicebantur: itidem ij qui maētandos ope aut consilio celarent. sic amici & hospites innoxij probabantur dolore mutuo. Sed huius fauitiæ pœnas dedit Mithridates, peste, lue, naufragio, ac morte toties optata, quam non nisi serā est assecutus. Nec Petro Aragonum regi scelicior fuit Gallica clades, arte, nō Marte illata. Nam præterquàm quod ei sacris à Pontifice interdictum est, Gallorum cumulas ad vlciscendam suorum necem copias virésque reformidans, astutè nimium conditiones certaminis per caduceatorem poposcit, ut Galli non plures centum aduersus totidem Tarraconenses, se & Carolo vtrunque ducibus, dimicarent: victores Sicilia & gloria sequerētur. Rata fuit & plausibilis lex duelli. Locus etiam destinatus Burdigalæ, tum Regi Anglo neutri ad futuro subiectæ. Die verò præstituta Petrus famam suam & spectatores illustrissimos vndique ad id genus conflictus centenis equitibus hinc & inde commissis tuēdum accinctos ludificatus est, neque vsquam comparuit pudēda calliditate: quali Venus Æneam è pugna subduxit apud Homerum, populo cooperiens, ne iam faucius à potiore Diomedē penitus extingueretur. Nam alioquin ἐν τῷ ἀπὸλλοιο

Sueton in
Nerone,
cap. 43.

orofo. lib.
6. cap. 2.

Paul. &
mil. in
Philippo
III.

Iliad. 5.

ἄναξ ἀνδρῶν ἀγρέας. Dicitur non potest quantum indoluit Carolus se delusum commento Petri dimisisse exercitum. Accreuit angori noua iactura capti Caroli secundi filij, quem præproperè nauali prælio decertantem Siculi à Ioan. Palæologo Constantinopolitano Imper. supplemento militum adiuti, circumuentum, & alacrius quàm felicius bellantem ceperant. Vnde amanuissimus pater in morbum incidit inexorabilem, ac decessit. Nec diu superstes Petrus Aragonius Carolo fuit. Nam Philippus Gallorum Rex patruj ac patruelis casum miserans, & regnū Siciliae Nortmanorum virtute è faucibus Sarracenicis ereptum Manfredi spurij ac parricidæ soboli præberi dolens, Aragonum ditionem Petro auellere decreuit. Nihil cunctatus, ingentibus copiis Ruscinonem ingressus, obuium quiduis expugnat, vel deditione capit. Quocirca Petrus, qui succursum suis velociter accefferat, dum nauigium Gallicum ad portum Veneris annonæ conuehendæ paratum exarmare tentat, mortiferè vulneratus cecidit: aut certè tri-duo post animam egit, ac Tarraconensibus suis luctum & trepidationē reliquit. Sed procurante Constantia vidua, Alphonsi* & Iacobi liberorum salutis & dignitati intenta, à bello discessum est, Carolo secundo Gallis restituto: qui euestigiò Romanum Põtificem Honorium salutatū iuit, à quo Siciliae regnū confirmari sibi postulauit, & comiter exorauit: renitente Iacobo Tarraconensi, id ex patris testamento sibi potius vendicante. Vnde seges nouæ discordiæ, vtique tristioris, quàm vt prolixius Siciliae descri-

*Hic ver-
dinandū
vlatina
vocat in
Honorio
4. non
Emilius
nec Rosar.
Ludouici
XI. anno
1284.

bendæ immorari expediat.

TRANSEAT igitur oratio celeri cursu in Italiã, à qua permodica intercapedine discernitur. Nã cõ-
tinentes prouincias, vt Vlpianus noster inquit, acci-
pere debemus, quæ Italiæ cõiunctæ sunt; vtputa Gal-
liam, & prouinciã Sicilia, magis inter cõtinentes ac-
cipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diui-
ditur. quæ interpretatio tū vsui erat, cum cõtinentes
prouinciæ tributis leuabatur, aut cum prætori, præ-
fecto vrbis, & id genus magistratibus vrbanis iuris-
dictio prorogabatur in continentes prouincias: vel
cum Imperator eas Senatui pop. Q. Romano crede-
bat, vt minimum egentes custodia militari. Postquã
verò Gallia, nempè citerior, Italiæ cõiuncta est, spe-
cimen præbitum est Celticæ victoriæ, eousq; pro-
rogatæ simul cum Gallica nuncupatione. Galli namq;
demirari cœpere grues ex cythicis cãpis ad paludes
Ægypto superiores, vnde fertur Nilus profluere,
quotannis migrare: quo in loco pugnare cū Pygmæis
equitio pusillo insidentibus dicatur citra fabulã, &
temperiem cœli subsequi: & palumbes apud nos nõ
hybernare non magis, quàm hirundines aprica loca
sectates: homines autè ratione præditos eisdẽ habita-
tionib; iugiter incũbere sine delectu, nec audere aliò
quæsitũ ire felicitatẽ. Præterea legit quisq; cotidie id,
quo nõ admodũ à Gallorũ cõsideratione abhorret,
Isaac sedes in Gerar mutasse, & pl' solito messuisse in
cētuplũ, & gregib; armētũsq; affatim locupletatũ, ita
vt Palæstinorũ rex ei' successib; inuideret. Delegerũt
itaq; Galli Italiã. Sanè agro hãc quàm vrbib; potiorẽ

L. Notio-
nem. S. 1.
ff. de ver.
fig.

Strabo li.
17. in fr.

Aristot.
lib. 8. hi-
stor. ani-
mal. c. 12.

Genes. 26

audierant: quæ quidem postmodum Gallorum beneficium, arteque naturæ bonitati consentanea, regionum principatum obtinuit, siue hominum præstantia siue ingeniorum: præter cœli salubritatem, & accessum cunctarum gentium terra marique facilem, grato ventorum afflatu inter ortum & occasum ferè mediam Italiam rati, fertili solo, satis irriguo, pabulo præterea lato. Si quid est quod vita desideret, nusquam copiosius prouenit. Grauida est metallis, si libeat exercere, tum frugibus, vite, olea, vellere, lino, iuuenicis. Idcirco Timæus in historiis Græcè compositis, de rebus Pop. Rom. & M. Varro in Antiquitatibus rerum humanarum, Italiam appellatam à Græco vocabulo scripsere: quoniam prisca lingua Boves *ἰταλοι* vocitarentur, quorum in Italia copia magna esset. vel, inquit M. Cato in Originibus, à duobus fratribus, ab altero Hesperia, ab altero Italia, posterius nomen retinuit. Certè sola Campaniæ ora palàm facit vno in loco gaudentis opus esse naturæ, amnium, fontium, & agrorum amœnitate ac vbertate: vt non immeritò Græci, aliàs in laudem suam genus propensissimum, Italiæ partem Græciam magnâ vocauerint.

A. Gell.
lib. 11.
cap. 1.

Ex lib. 2.
Georgic.

Sed neque Medorum syluæ ditissima terra,

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus:

Laudibus Italiæ certent. Et mox idem Vergilius,

Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas:

Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbor.

Deinde vt tam mala & noxia abesse quàm adesse profutura:

DE GAL: IMP. ET PHIL. LIB. 121
profutura ostendat, subdit:

At rabidæ tigres absunt, & saeva Leonum

Semina, nec miseros fallunt Aconita legentes.

Quid multa? vt semel dicam, vno Italiæ gremio natura hilarior suas opes seposuit: nisi forsitan æmula Narbonensis Galliæ prouincia intercedat: cuius tamen fecunditas gliscentem Gallorum multitudinem, siue audaciam, retinere non potuit, quin Alpes transcenderet, & limitem à natura præstitutum pertunderet, & longissimè transiliret. Galli, inquit Iustinus, gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. T. Liuius ad- dubitat, num quod de Hercule dicitur, fabulis an- numerandum magis sit. Nec sine causa omninò in dubitationem incidit, vt potè qui tantum Herculem Amphitronis agnouerat, qui Galliam Alpsve nec per somnium quidem vidit, sed in monte Oëta magnitudine dolorum eiulans accensa pyra interiit: quem cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset, inhæsissetq; ea visceribus, ait ille:

Nec mihi Iunonis terror implacabilis:

Nec tantum inuexit tristis Eurystheus mali,

Quantum vna vacors Oenei partu edita.

Hæc me irretiuit veste furiali inscium:

Quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera.

Ipse illigatus peste interimor textili.

Deinde suas recitat victorias, vel potius alienas par-

hh

Cic. lib. 3.
Tuscul. ex
Sophocle.

tim. Nam Græci astu & doctrina insignes in suum
 transtulere Herculem, quæ Libycus seu Gallicus
 fortiter gesserat: quique post genitum Galatheum ex
 Celtarū regis vnica filia Galathea, * per Ligures va-
 dens, Alpes asperas, coelo vicinas, aspectu solo terri-
 biles, peruias fecerat, non sine Gallorum comitatu.
 Quis enim credat tantū Heroem ac Regē per cautes
 inaccessas, per gētes seuas, nec iugis ipsis mitiores, so-
 lū ac vagum sine satellitio ambulasse, ac rupes prædu-
 ras perfregisse? Quis est enim, inquit Tullius, cui non
 perspicua sint illa, quæ pluribus verbis à Panætio cō-
 memorantur, neminē neq; ducem bello, neq; princi-
 pē domi, magnas res & salutare sine hominū studiis
 gerere potuisse? Referuntur ab eo Themistocles, Pe-
 ricles, Cyrus, Agesilaus, Alexander, quos negat sine
 adiumentis hominū tantas res efficere potuisse. vtitur
 in re non dubia testibus non necessariis. Alter tran-
 situs Gallorum in Italiam ad Clusij opidi obsidionē
 referri consuevit, & mox ad Romę expugnationem,
 dempto Capitolio. quam opinionē Liuius refellit,
 ostenditque ducentis antè annis Gallos Prisco Tar-
 quinio Romę regnante potitos Italia: atq; Celtarum,
 quę propriè tertia Gallię portio est, penes Bituri-
 ges summam Imperij fuisse: hos Celtico Regem de-
 disse. Is tum erat Ambigatus, cum sua, tum publica
 fortuna præpollens. Et quia frugum hominūque
 multitudine Gallia adeo redundabat, vt vix regi
 posse videretur, exonerare turba regnum cupiens,
 Bellouesum & Sigouesum ex sorore nepotes, impi-

* *Suprà
 hoc ab iudice
 tractatū.*

*Lib. 2.
 Offic.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 122
 gros iuuenes, mittere destinavit, in quas dii dedis-
 sent augurio sedes: Excirent ipsi quantum vellent
 hominum numerum. Sigoueso Hercynij saltus ob-
 tigare: Bellouesus fortitus est Italiam: quem secuti
 Bituriges, Aruerni, Senones, Hedui, Ambarri, Car-
 nutes, Aulerci. In Tricastinos venit: inde ad Alpes
 inexuperabiles (quo tempore Phocenses Massiliam
 condituri bonis auibus ibant per Taurinos saltus:)
 & Iulias Alpes transportauit exercitum, fuditq; ob-
 uios hostes, maximè Thuscōs: tōtque vrbes aut de-
 molitus est, aut molitus, vt, quemadmodum aperte
 demonstrabo, nihil sit verius, quàm præcipuas Ita-
 lię Respublicas, quæque hodie florentissime sunt,
 non aliud esse quàm furculos Gallici stipitis: si mo-
 dō prius dixerō Alpes à Gallis delibatas, nomen ex
 eorum vetustissima lingua sumpsisse: quia Seruius
 Virgilij interpres tradit, altos montes quoslibet Al-
 pium nomine censei consueuisse. Illi rursus Galliæ
 Togatæ nomen dedere vsque ad Anconam, quæ in-
 ter Gallicas Italicæque gentes terminus est, oppo-
 sita Cumeri promontorio, & oræ sese instar cubiti
 flectente, vnde etiam Græcis appellatio edita, quibus
 ἀγκύρα est cubitus. Strabo rectè animaduertit, huius
 citerioris Galliæ terminos ab Imperatoribus sæpi-
 simè immutatos, interdum Ælis flumine præscriptos,
 nonnunquam Rubicone. Ælis inter Anconam &
 Senogalliam labitur: Rubicon inter Ariminum &
 Rauennam. Vterque in Adriaticum pelagus excur-
 rit. Posterior cunctatione & audacia Iulij Cæsaris
 hh ij

*in lib. 4.
 Æneid.
 vers. Alpi-
 ni Boreæ.*

*p. Mela
 lib. 2. c. 4.*

*Lib. 5. Geo-
 graph.*

celeberrimus est. Cùm enim omnē Galliam, quę Pyreneo monte, Alpibus, & mōte Gebenna, fluminibus Rheno ac Rhodano continetur, præter socias ciuitates, in prouinciã formã redegisset, & stipendia annua imposuisset, Germanos antè ignotos & Britannos superasset, imperatis pecuniis & obsidibus, transiit in Cisalpinam Galliam: conuentibusque peractis Rauennã substitit. Cùmque M. Cato & alij equè æmuli reum se facturos Cæsarem iactarent, vbi primum priuatus redisset armis circumpositis, armorũ præmia armis tutanda ratus: cùm venisset ad Rubiconem metam eius prouincię, aliquantisper deliberauit, an satius esset regredi dimisso exercitu, quàm ponticulum transire, & bello decernere. Tandem ostentis & inimicorum offensa prouocatus, Eatur, inquit, quò Deorum ostentata & inuidorum iniquitas vocat. Iacta est alea. Ita traiecto Rubicone ingratis ciuibus ostendit, sibi nec animum nec fortunam deesse, & Imperij Romani fundamenta iecit. Quod ne Brēnus Senonum Gallorũ eximius princeps lōgè antè inchoaret, ipse tum suę facilitati, tum Romanorum calliditati expēsũ ferre debet. Namque L. Valerio Potito & M. Manlio, cui postea Capitolino cognomen fuit, Coss. bellum memorabile cum Æquis in Algido gestum: vnde Valerio triumphus, Manlio ouatio decreta est. Mox Consulibus morbo implicitis Interrex creatur M. Furius Camillus. Eodem anno M. Ceditius de plebe nunciauit Tribunis, se in noua via supra eadem Vestę vocem

*Sueton. in
Iulio cap.
25. 30. 32.*

*T. Liv.
dec. 1. l. 5.
Pluta.
in Camil.
l.*

noctis silentio audisse clariorem humana, quę magistrabus dici iuberet, Gallos aduentare. Id, vt assolet, propter autoris humilitatem spretum, quòd longinqua & ignota gens allegabatur: quin contemptis Deorum monitis, humanam opem, id est, Camillum vrbe amouère. Die dicta per calumniam ab L. Apuleio Tribuno plebis, exuli absentis multa inflicta est quindecim millium grauis eris. Innoxius fertur precatus Deos, vt quamprimum desiderium sui ingrater ciuitati faceret. Expulso ciue, quo præsentis vix Roma quicquam formidasset, Legati à Clusinis Hetruscis veniunt auxilium aduersus Gallos petentes. Legauerunt Romani ex Fabiorum familia tres viros. His sciscitantibus, cur nulla iniuria iaceffiti Clusinos Romanis fœderatos premerent: Brennus subridens, Iniuria, inquit, nos afficiunt Clusini, qui plurimum agri possident, & nihil aduenis nobis impertire dignantur. Talem, ô Romani, vobis iniuriam intulere primum Albani, Fidēnates, Ardeates, nunc autem Veij, Capēnates, Falisci, Volscei, aduersus quos castra moueris, vt videtur, æquissimè: iuxta antiquam legem, quæ res minorum ac imbecilliorum potioribus addicit: quæ feris quoque instinctu naturæ infusa est. His auditis Legati ex colloquio digressi contra Gallos arma capiunt, vel vt Clusinos accenderēt, vel vt virtutē ostentarent. Itaque Q. Fabius ducem Gallorum non vltimum in Hetruscorum signa incursantem per latus hasta transfixum occidit. Quare Galli violatum ius gentium à Legatis, quibus secu-

ritas reciproca debetur, animaduertentes, per Legatos suos questum iniurias Romam misere. Obstitit ambitio, vt Liuius fatetur, ne Gallis ex æquo & bono resarciretur iniuria: quin vt violatoribus honor haberetur. Ideò iracundia flagrantes Galli cõfestim cecinere receptui, & reuulsa signa Romam transferenda edixerunt. Sed occurrere Romani tumultuario exercitu, paulò post ad Alliam flumen ad interuentionem fuso: vt obstuperent Galli ob facilem & iucundam victoriam, præter spem, cõtra foecialium iura spernentes obtentam: quorum permultos fuga nocturna eripuit, plures dies tristis absumpsit, qui postea decreto publico inter atroes & nefastos relatus est, instante æstiuo solstitio circa plenilunium, postridie quàm trècenti ex Fabiorum familia Tyrreno bello olim ceciderant. Quòd si Galli confecto prælio ex templo Romam properassent, nihil vetuisset funditus delere: tantum terroris & amentiae ea calamitas fugacibus intulerat. Sed dum in diripiendis hostium castris immorantur, occasionem præbuere multitudini ex vrbe euadendi, & proceribus muniendi Capitolium præsidio telorum & victus, ac milite. Tertio demùm die à dimicatione Brennus Romam aduenit: timuitque insidias, quia portas patientes & miram solitudinem offendit. Per Collinam ingressus, urbem occupat anno trecentesimo & sexagesimo postquam cõdita fuerat. Tum maiores natu, quos fugæ pudebat amplissimis vsos honoribus, in forum coeunt, vt magnifico cultu & curulibus mi-

*Plutarch.
in Camillo.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 124
rificis collocati, in sua dignitate morentur. Galli prima facie attoniti, velut deos ac genios venerati: donec M. Papyrius iram mouit Gallo promissam eius barbam permulceti, & cedere tempori ignarus, scipionem eburneum in caput victoris incussit, nefcius moris Celticæ gentis antiquissimi, quem retulit Annonius, vt cuius barbam comiter tangerent, eum haberent parentis loco, adoptionis propè imagine. Quare Alaricum Regem Visigothorum pacis conditiones initurum cum Francis in media Aquitania, Clodouei Regis attrectasse barbam, quali digniorè non tulit Papyrius Romanus. Hinc cædis initium patribus miserè & sine delectu trucidatis, Senatu penitus extincto, vltra direpta tecta, & iniectos ignes, & fragorem ruinae perfidiam Romanorum vlciscētis: quibus arx sola Capitolij obsessi à parte Gallorum, tantisper dum altera agros popularetur frumētandi causa. Sed dum longius progrediuntur Galli, & Ardeam accessere prædæ inhiantes, Camillus ibi exulans, aliisque finitimi de communi causa consultarunt, vt hostibus cõglobati resisteret. Quod postquam Veij rescuere, Romani erexere animos, ac Camillum solenni decreto ab exilio reuocatum Dictatorem dixerunt. Dum verò Veis secretò hæc agerentur, in summo periculo Capitolium fuit:

*lib. 1. de
gest. Evæ.
cap. 20.*

*D. August.
lib. 3. de
civ. c. 29.*

*Qua Galli furtim noctu, summa arcis adorti
Mania, concubia vigilisque repente cruentant.*
Notarant enim vestigium, quæ Nuncius à Veis peruenerat, tantoque silentio innixi alterni subleuan-

*Ex Ennio
apud Macrobiū li.
1. saturn.
cap. 4.*

tésque inuicem in summum euaserant, vt non solum custodes, sed etiam canes, alioquin nocturno strepitu sollicitos fallerent. Actum erat de arce, nisi anferes, quibus Iunoni sacris licet in cibi inopia abstinebatur, clangore Manlium triennio antè Consullem excitassent: qui demum affectati regni & perduellionis reus, iam senio grauis, è saxo Tarpeio deiectus est Tribunis iubentibus, adiecta mortuo nota, deletè domus in Capitolio sitè, & consecrata. qua de re Ouidius:

Lib. 6.
Fastor.

Arce quoque ex summa Iunoni templa. Moneta

Ex voto memorant facta, Camille, tuo.

Antè domus Manli fuerat, qui Gallica quondam

A Capitolino reppulit arma Ioue.

Scilicet hoc Iunoni curè fuit, quam Æneadum posteritati implacabilem Virgilius asseruit, stertentès Romanos excitare. Illud profectò multò verius est, iuuenem è Gallis selectum, qui cautè & alacriter in arcem irrepserat, panem secum attulisse pacandis canibus inedia pressis, & hos ita obticuisse: contrà friabili pane anferes exclamasse, quippè quorum est natura semper dum comedunt garrere, & perstreperè. Quod si perpendissent Romani, ludos minime instituisent, quibus, teste Suida, canes ob vindictam Capitolini silentij mense Augusto per delicias occiderentur: è diuerso anserum posteris honorificè pleraque concessere, qui hoc pacto sopitos custodes excitarunt, Gallorum magno incommodo: quos sensim fortuna auersata est, potissimum grassante

*Ælia, li.
12. de ani.
mal. c. 33.
In verb.
Mal' 18.
m' 6.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 125
grassante pestilentia & fame. Hac vterque premebatur exercitus, illa Gallos in tantum molestabat incendiorum æstu & angore vexatos, vt pigritia sepeliendi, suos cumulatè vrerèt, & bustorum inde Gallorum nomine insignem facerèt locum. Non tamen adè contagionis famisve metus Gallos perterruit, quin ridendi materiam quæsierint, quâdo ad regiam Romuli venerunt, de qua Mars sic loquitur:

Quæ fuerit nostri, si quærù, regia nati,

Aspice, de canna straminibusque fuit.

In stipula placidi capiebant munera somni,

Et tamen ex illo venit in astra toro.

Ouid. lib.
3. Fast.

Mirabantur Galli, non absque cachinno, ex tam humili casa culmo & stramentis compacta potuisse Romulum vno saltu in coelum scâdere. Deinde subdita face dicebant se paupertatem tanti Regis, imò Dei Quirini, tegere, & expiare flammis parricidium Remo prætextu muri violati perempto admissum. Quòd si (inquit inter ludicra Brennus) Romani vellent, quæcunque à confinibus nationibus, nedum à remotissimis abstulerunt, restituere, verendum ne ad cannas & stipulas redeundum foret, & ad greges Romuli opilionis. Interim pactæ induciæ, & colloquia permissu Imperatorum habita: in quibus cum famem septem iam menses obsessis obiicerèt, fertur panis de Capitolio in Gallorum stationes iactatus auertendæ eius opinionis gratia. Lues præterea Gallos infestans, eos adegit, vt Romam venderent, P. Sul-

pitio Tribuno militum ex suorum consensu transigente: quorum conuentum est, vt mille pondo auri pretium esset Imperij Romani, in eas angustias coacti: vt promercali concordia vires Gallicas eluisse, inter primarias virtutes collocarit. Videre ac ridere tunc licuit Romam oblitam arrogantiae in lance pendulam, & non secus forti creditam, quam apud Homerum fata Graecorum & Troianorum in monte Ida libræ geminæ lancis Iuppiter commisit, & tantisper in cœlum Troianam extolli sinit, demùm omninò demissurus. Nam pro auro ferrum Romani mox præbuere Gallis scientibus Ducum conuentiones sanctissimè obseruandas. Sed causatur Liuius additum ab insolente Gallo * gladium lanci post iniqua pondera allata: & Tribuno recusante ac sciscitante, Quid ita: auditam intolerandam vocem, Vt victis. quasi verò nouum esset Romanos cum Brenno perfidiosè agere, qui omne fas & nefas miscuerant, vt idem autor antè detexit, impunitate concessa Fabio Legato destinato: vt cùm Gallis Clustum oppugnantibus comiter pro suscepta functione res traduceret, auerteretque à bello, ipse ex improuiso Gallum longè clarissimum peremit, tanquam temeritatis aura incendium augeret. Comminiscuntur scriptores docti quidem, iniquis ponderibus adhibitis Romanos ad vindictam repentè inflammatos. Scimus nos vtique furti teneri illum, qui maiora & insolita pondera intulerit, cùm res appendenda solueretur. Sed cui quæso verisimile erit Gallòs milites

* Hic Dicitur
num ait
Plutarch,

L. 53. §. 1. §. 1.
maiora.
ff. de furt.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 126
falsa in promptu fabricasse, mollito ferro æreue, saxòve scalpto, pondera: aut id eis curæ fuisse, vt statueram pleniorẽ efficerent, gladio baltheòve alterutri lanci iniecto: cùm scirent Romanos publicè ac priuatim auro exhaustos direpta vrbe, & cum ipsi omnes torquibus aureis insignes & graues essent, qua de re Virgilius:

Aenei. 8.

*Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
Defensi tenebris & dono noctis opaca.
Aurea caesaries illis, atque aurea vestis.
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur.*

Auro enim domo allato conspicui & rutili pugnare consueuerant. Proinde liquidò constat, non insolentiã auaritiãve Gallorum, sed potiùs Romanorum perfecisse, ne aurum iuxta placita redemptæ pacis exolueretur: & vt Galli incauti & nihil fallaciæ meditantes, & bello, vt videbatur, sedato, inermes ab armatis dolo malo opprimerentur, præsertim Camillo ad octauum lapidem non parua manu accedente: quem nescio quomodo triumphu aduersus fœdera partu non puerit. Quantò sanctiùs D. Ludouicus Rex Gallorũ in tantum arduus, vt Ægyptum expugnatum iuerit, & multa oppida feliciter ceperit: tandè cùm ipsum Ægyptij in pugnam eliciuissent ostentatis tantum decem hominum milibus, cùm sexaginta milia ponẽ sequerentur, in potestatem hostium venit, in quos cõfertissimos irruerat. Nam numero hominum polere Ægyptum non est mirum, cùm Iulianus Iurif-

consultus, Aristotelis autoritate & experientia fretus, notauerit Alexandriae & alibi passim quinque liberos incolumes eniti mulieres Aegyptias partu unico. Cæterum ultro citroque inita pace, ea lege, ut opida quæ Rex victor ceperat restitueret, & præterea libellas quinquies mille cætenas, accidit, ut dum expeditiùs pondere quàm numero Sarracenis darentur pecuniæ, decem milia per incuriam eorundem Galli retinerent, idèoque velut solertes eo compendio exultarent. At postquàm hoc rescivit optimus Rex, qui non pluris faciebat mala lucra quàm damnum ipsum, excanduit, iussitque Philippo Monfortio curare, ut quamprimùm integra summa ex fide bona hostibus refunderetur, ad tantam fidem & iustitiam obstupentibus, ut scripsit Ioan. Sireus pernobilis autor, qui in rem præsentem iuerat. Itaque quantum Regis ærario decessit hac liberalitate, tantum accessit iustissimæ gloriæ. Sed gloriam Romani utilitate metiti sunt, & ita auro promisso & victoria potiti tam cruenta, si nugis T. Liuij credere libet, ut ne cladis nuncius superfuert. cuius fabulæ assertorem tanquam fideiussorem Iustinum superiùs reprehendimus, & nunc molestè reficaremus, quæ duce Brenno relicta Roma Galli admiratione dignissima gesserint, nisi ipsemet Liuius ea cõfiteretur, & latè narraret, secessione à Brenno facta Lomnorum & Lutarium Regulos solos in Thraciam viginti millia hominum ductasse, & cum resistentibus pugnando, aut tributum pacem petentibus imponendo, ita ser-

*l. si pater.
ff. de soluti-
on.*

*in Chro-
n. Ludovici, cap.
30.*

*Dec. 4.
lib. 8.*

psisse, ut in Asiam penetrassè, & Galatarum gentem ditionis latissimæ fundasse cuius proditum fuerit. ut interim fileamus Brenni in Delphos & templum Appollinis expilatum expeditionem, in quam Paulanias nomina dedisse refert proditum centum & quingenta milia, equitum viciemille & quadringentos: non quòd eos merè Gallos origine fuisse existimem, sed promiscuè additos, illectos Brenni ducis virtute famem ingentem superante. Modestior Liuius, sed æquè falsi reus, Suetonius tradit Drusum è Tiberij maioribus, cum pro Prætorè prouinciam Galliam teneret, retulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitoliij datum: nec, inquit, (ut fama est) à Camillo extortum. Igitur non omnes Galli Romæ interciderant, sed superfuere, qui in Galliam aurum venalis Romæ transportarent: quos proculdubidò abeuntes, si non conuento pretio, saltè præda superiore onustos, nemo Romanorum infestare ausus est. Quin potius desiderantibus ipsis nauigia, quibus Tyberim transirent, Senatus quantulus supererat, transuehendos comæatibusque iuandos, censuit. Via postmodum per Promptinum agrum data discedentibus, quam Gallicam appellatam Iulius Frontinus scriptum reliquit. Cæterum non eò spectat meoratio, ut nusquam inferiores pugnando Gallos velle asserere, sed ut per fraudem quæritas victorias refellam. Noui enim victoriam alternis nutare, & nunc his nunc illis à Deo mitti. Scitè profectò ipsam Homerus *ἑταλῆα νίκη* vocauit. Sed quis est tam exi-

*in Phoci-
cis.*

*in Tiberio
cap. 3.*

*Lib. 2.
stratagemat. ca. 2.*

guus tamque imbellis populus, qui aliquando Rom. acies non fugauerit? Gallos omitto, de quibus Sallustius huiusmodi attulit elogium: Iugurtha victoriam Syllæ tradito, per id tempus aduersus Gallos abducibus Rom. malè pugnatum, Qu. Cæpione & M. Manlio fuis: quo metu Italia omnis contremuit. Illique, inquit, & inde vsque ad nostram memoriam Romani sic habuere, alia omnia virtuti prona esse, cum Gallis pro salute, nò pro gloria certare. Hispanos etiam taceo, quorum vna sola ciuitas Numantia cum quatuor suorum milibus, Romanorū quadraginta milia non extimuit, sæpe etiam vicit: maximè Consulè Hostilium Mancinum, bellum infelicissimum cum indecora pace mutare compulsus, ex quo Romani ipsum hostibus dederunt spretis pacis conditionibus. Hoc verò ei prædixerat vox improuisò audita in Liguria, portu Herculis, in hunc modum: Mane Mancine. & anguis postea Genuæ in naui inuentus. Sed & Rom. Fastus repressus similiter extitit paulò post, Seruio Flacco, Q. Calpurnio Coss. rebus in Numantia peius adhuc gestis, quo anno fruges Bononiæ in arboribus natæ, Bos locutus, & Bubonis vox primùm in Capitolio, & in vrbe audita: quæ auis capta ab aucupe proposito præmio, deinde combusta disperso in Tyberim cinere, tenui solatio Romanæ calamitatis: quæ longè maior extitit, Quintilio Varo in Germania cæso cū Legatis & auxiliis omnibus, idque florentissimo statu Reipubl. Octauij Augusti nusquam non vincen-

In f. belli Iugurth.

Oros. li. 5. cap. 6.

l. fin. ff. de legation.

Jul. obs- quens in libr. de prodig.

tis: quem ea clade adeò consternatum ferunt, vt capillum submitteret continuis mensibus, caput foribus illideret, ac vestem laceraret, vociferans identidem: Quintili Vare, redde legiones. Parthorum in Romanos fortuna clarior est, quàm vt egeat recitari. Quotusquisque enim nescit M. Crassum Consulè, dum Orodis Regis thesauris inhiat, avaritiam suam x i. legionibus & proprio capite multatam sensisse, postquam apud Carras circumfusi vndique equitatus in modum grandinis densas sagittas pariter fuderunt. Ita deleta miserabili strage exercitu ipse incidit in manus hostium viuus: cuius caput recisum Regi ludibrio fuit, auro liquido in rictum oris infuso: vt quia arserat auri cupiditate, mortuus saltem satiaretur. Sed non præteribo silentio L. Bebiū Prætorè Rom. in Hispaniam magna vi militum proficiscentem, eamque iam animo haurientem, à solis Liguribus circumuentum, magna parte comitum cæsa, vulneratum Massiliam profugisse, & intra tri-duum expirasse. Relinquamus ingenuos Rom. populi hostes, & ad seruitia infima transgrediamur: quibus tandiu cessere Romani, cùm Spartacus de ludo gladiatorio Lætuli Bartiatæ profiluit, qui Capue magnam alebat ad edenda munera familiam, & seruitio nimio premebat. Effugère ducèti veteratores, & obuia quæuis tela arripere, auspiciis Spartaci Thracis in seruitute liberæ mentis, robore simul & mansuetudine pollentis. Idcirco audaciæ suæ comites complures nactus, quos ad vexillum auxiliūmq;

Sueton. in Octauio, cap. 23. Dion. lib. 56.

Plutarch. in M. Crasso.

Plutarch. in M. Crasso.

conuocarat, ita vt amplius decem milia coirent: ob-
fessi in Vesuui monte velut eorum sede, per caua
montis elapsi, vitigineis vinculis ad radices imas de-
scenderūt, & Clodium Glabrum Imperatorē Rom.
nihil tale suspicantem à tergo adorti, cum omnibus
copiis fregeret, & castra diripueret. Cuius victoriæ fa-
ma peruagata, confluxere vndique subsidia, quibus
rursus alios atque alios Romanos duces in fugam
vertit Spartacus: totamque peruagatus Campaniam,
Nolam, Nuceriam, & Turios populabundus vastauit:
recocto ferro, & falcibus in enses erectis, suos
feminudos armavit: equitatum quoque comparavit
ex agris. Ita Consulares aggressus in Apennino, Len-
tuli deleuit exercitum: apud Mutinam, C. Crassi ca-
stra. Deliberavit tandem Mirmillo de inuadenda
Roma, quæ totis viribus consurrexit, donec Spar-
tacus ipse fortissimè in principiis dimicans, aduersis
vulneribus non sine mutua vindicta acceptis, inge-
nuum spiritum emitteret. Nec veritus est M. Crassus
fugitiuorum victor lauream coronam assumere, vt
qui Romanam rem in periculū crebrò deduxissent,
cum qui sine cruore leui negotio superassent, myr-
tea duntaxat honestarentur.

SED & vltra has rerum vicissitudines consideran-
dum est, non semel falli multos, qui sicubi subactos
vi Romana Gallos audierint, protinus id odij ad
Celtas, Aquitanos, aut Belgas denique transferunt.
quale est illud,

Aspice vt insignis spoliis Marcellus optimis

Ingre-


*Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pænos, Gallumque rebellem,
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.*

Namque Marcellus Mediolanum Insubrèsq; Trans-
alpinos Gallos domuit, quorū impetus prim' maior
quàm virorum, sequēs minor quàm sceminarū erat. Lib. Epit.
Alpina corpora, inquit Florus, humenti cælo edu-
cata habent quiddam simile niuibus suis, quæ mox
vt caluere pugna, statim in sudorē eunt, & leui mo-
tu quasi sole laxantur. Hi sapè & aliàs, sed Britoma-
ro duce, non prius solutos se balthea iurauerant,
quàm Capitolium ascendissent. Factum est: victos
Æmilius in Capitolio discinxit. Mox Astrionico
duce vouere de Romanorum militum præda Marti
suo torquem: sed de eorum torquibus trophæum
Flaminius erexit. Viridomaro Rege Vulcano Roma-
na arma promiserant: occidit eum Marcellus, & Io-
ui feretrio tertia arma suspendit. Nam prima Romu-
lus spolia Acrone victo obtulerat: secunda Corne-
lius Cossus detracta Tolumnio Hetrusco. sed hęc
nec seritur Gallis Cisalpinis, nec metitur. Quid eorū
interest, si C. Flaminius Boios & Senones, qui Italiã
iam pridem occupabant, extra Piceni regionem ex-
pulit, & Romanis militib' diuisit, teste Polybio: aut
si Flaminius, vt idem attestatur, structa vtrinque acie
acceptas à triariis hastas antesignanis tradi iussit, ad-
monens, vt Gallorum impetum tandiu distinerent,
quoad primus ille animi ardor efferuesceret: tum

kk

*Plin. lib.
15. cap. 29*

*Virgil.
lib. 6.
Æneid.*



*Plutarch.
in Marcell.
lib.*

*Libr. 2.
hifor.*

ensibus vterentur. Ita Galli in præcidendis hastis vires hebetarunt, atque effuderunt: nempe Insubres, aut Rheni accolæ, aut Rhodani fõtibus proximi, adiuvi interim à Romanis, ab Ananibus in amicitiam recepti, qui non longè à Massilia habitabant intra verè ipsius Galliæ fines, legiones traduxerant in Togatam Galliam, vbi Adua fluvius in Padum aquas miscet. Prolixus essem, si percenserem quoties Galli vox autores Germanos complectatur, & si quid est vterius iuxta Danubium flumen. vt cum Plinius scripsit, Galliarum glandiferas arbores Agaricum ferre. Est autem cãdidus fungus odoratúsque, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, nocte relucens: quo signo in tenebris decerpitur. Nullibi tamen Gallia id genus medicamenti suspiriosis & iocinoris vitio laborantibus, tormina cruditatésque sentientibus, aut tabo infestatis commodissimum, gignit: sed poscit à Sarmatiæ regione Agaria, aut à Galatia Asiæ: quæ fortè Plinio imposuit, eò quòd plerunque Græci Gallos Europæos Galatas nominant, à Galatheo rege. Sic Dionysio *καλάρης πόος* vsurpatur, vbi describit Massiliæ portum, & mare Ligustico proximum.

QVID ergo superest, quod regio vlla totius orbis exprobrèt Galliæ tanquam deuictæ, cui non vicissim iure optimo Gallia suas vires & decuplo auctiores obiiciat victorias? Num fortè vulgus etiamnum afferet, quod dici solet, Italiam Gallorum sepulchretum esse? qui etiam si sæpè in ea res magnas

Lib. 16.
cap. 8.

Diosco. li.
3. cap. 1.

In lib. de
situ orb.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 130
gesserint, labascunt tamen sensim, & insidiis petiti, vel obruti deliciis, dispereunt: & ferè parva marte opida, arte aliena amittunt, aut fortunæ lubrico, vt modò declarauit Sicula clades, dum præsidio omni Gallorum trucidato, Hispano principi regno doli & diuitiarum pleno frui licuit. Si Neapolim spectemus eam Carolus VIII. iusto exercitu domitum iuit, aut Insubribus metu vel amicitia vrgente comiter receptus: Tuscos supplices admisit: totam denique tremefecit Italiam: Romam trepidantem regia humanitate firmavit: Capuæ ignouit: perspecta Alphonsi Regis fuga Neapolim deditio cepit, *ciui- * Anno
bus in nomen Gallicum iurare se simulantibus: ei- 1494.
dem redeuntí certatim Italia gratulata, donec For- o. Cal.
noui non procul ab opido Parma, cum hostiũ mul- Ianuar.
tis copiis parua manu configere coactus (nam præ- Rosarium
cipuã suarum partem Neapoli præsidio reliquerat) Ludouici
eos fregit. Biennio tamen vix dum exacto Neapolis xi. in Ca-
rebellionem fecit, deceptis & expulsis Gallis conspi- rolo viij.
ratione ciuium, Alphonso Ferrandóque eiusdem fi- Philipp.
lio clam ac mox palàm studetium. Quod cum Regi Cuminus
Carolo nunciatum esset, contracta fronte, Agnosco, in Carolo
inquit, Sirenis cantus & mellitas fraudes. sed fore viij. c. 39.
breui, vt palinodiam ipsa caneret. Allusit elegans Princeps ad id quod vulgò dicunt, Parthenopen tertiam Sirenu Neapoli sepultam, vnde & ipsa Parthenope nuncupatur. Verú mors prepropera ei hoc extorsit consilium. Mox successit Ludouicus XI. Mediolani expugnator: quod quanta Francorum
kk ij

iacitura iterum atque iterum defecerit, statim videbitur. nam nunc elicere breuiter propro in iustam veterem prouerbio notulam, quo Italiam pro tumulo Gallis esse ferunt. Arguius idem Laconi iactabundus dixerat, Multa esse Argis Spartiatarum sepulchra.

Plutar. in Apoph. Laconic. At, inquit ille, apud nos nulla Argiuorum sunt: inueniens scite, quod ipsi Argos sapissimè inuassent, nunquam autem Argiui Spartam. Neque enim facile fit, ut bellicosi viri alienam oram indemnes longè petatum eant, aut sine cruore ac cede suppeditent.

Hac ex Suet. vlu. & Comitatius in li. Cuiatem, inquit aliquis, tu facis Iulium Cæsarem, qui omnem Galliam, quæ à saltu Pyreneo, Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetque circuitu ad bis & tricies centum milia passuum, præter socias & benemeritas ciuitates, vicit: pugnavit frequenter directa acie, aut agminibus: bis penetrauit Britanniam, superatè pecunias & obsides imperavit: nec fortuna non resistente, cum classem tempestate propè amiserit, Gergouie Legionem fusam vidit in ipsa Gallia: & qui trans Rhenum primus Romanorum ponte fabricato hostes mendicatum iuerat, Legatos Titurium & Arunculeium cæsos, nec solos, in Germanorum finibus luxit. Sed tandem ita fuit acer & pertinax pugnando, ut non tantum hostes feroces domuisse credatur, sed etiam fortunam emulam: & cum nouem estatibus dimicauerit, qualibet earum suum triumphum promeruit. Tantas res perfecit, quatas audere dii solummodò potuere, aut diis progeniti: qualem

ipse apud Suetonium se præfert, Iulios à Venere oriundos affirmans. Fidem id accipit ex eo, quod paucis ante eius mortem mensibus, dum deducti Capuam coloni antiqua monumenta scrutarentur, tabula ænea, in qua capis conditor ipsius Capuæ sepultus dicebatur, inuenta est, Græcè conscripta in hanc sententiam: Quando ossa Capys detecta essent, fore, ut Iulio prognatus manu consanguineorum necaretur, ut est autor Corn. Balbus Cæsari familiarissimus, moerens amici clarissimi casum, qui cum iuridicundo, cuius fuit amatissimus, in Quæstura Hispaniam ad conuentus habendos circumiret, visa Gadibus in templo Libyci Herculis, Alexandri Magni imagine, ingemuit, nihil dum à se gestum memorabile ea ætate, qua ille iam terrarum orbem subegisset, nempe aliquot annis ultra vigesimum. Sed & Herculis in Gallia facinora clarissima ipsum excitabant usque ad liuorem: adeò ut acceperim Alexiam opidum Mandubiorum, situ virisque oppugnatum difficillimum, non aliam magis ob causam in Gallia à Cæsare militum corona & machinis validis obsessum fuisse, quam quod ab Hercule illo extructum traderetur, cuius gloriam exequare contēdebat: fulgentissimum rei militaris opus consummaturus, si Galliam subiecisset, quam Domitius & Fabius, qui Allobrogicus vocatus, primum antea lacefferat. Magno mox damno Romanorum affecta & amissa, donec reluctatē Cæsar violentia partim repressit, partim permulsi clementia: interdum gratia & mu-

*Cæsar
Commēt.
lib. 7. de
bello Gall.*

*Diod.
sic, lib. 6.*

*Vell. v. a.
terculius
lib. 2.*

nificentia. Quid enim non māfuefeciffet illa vis ingenij, cuius sublimitas omnium rerum capax, cœlo deprompta creditur: vt ad omnia volucris bella conficere, & pacem facere fimul quiret: vt fcriberet fimul, ac dīctaret, legeret, audiret: quaternas etiam librariis pariter tanti momēti dīctaret epiftolas, aut, fi nihil aliud ageret, feptenas. tametfi pluris ipfe faciā eius animi manfuetudinem, quā vigorem: eō maximē, quōd captis apud Pharfaliam Pompeij Magni fcriniis epiftolarum, iterūque apud Thapfum Scipionis, concremauit protinus, nihilque legit, vt non tantūm hoftes vinceret, fed feipfum. Meritō hunc folum Plutarchus anteponit Fabiis, Scipionibus, Metellis, nedum Syllæ, Mariōq; qui ferē eius æquales fuere, quorum tamen laus bellica ad cœlum vſq; perfloruit. finguli enim illorum fingulis virtutibus excellebant: Hunc omnes tum corporis, tum ingenij cumulatiſimē honeftabant, ingenio quidem ſupra naturam fidēque euectum, magnitudine cogitationum, patientia periculorum, velocitate bellādī, & comitate in deuictos: cuius expers fuit Marius inexplebilis honoribus, magis fanguine ciuili ac patritio quā ſeptimo Conſulatu purpureus, occiſo antiquo Cēfare & Fimbria in penatibus propriis, Craſſis patre & filio in mutuo conſpectu: quando etiam Collega quondam eius Catulus vix ſe igne hauſto ludibrio hoſtium exemit. Merula flamē Dialis in Capitolio Iouis ipſius oculos venæ cruoere reſperſit. Plura alia Senatus funera viſa intrā Ca-

olin. lib.
7. cap. 25.

Florus.
lib. 3. Epi-
tom. cap.
21.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. II. 132
lendas Ianuarij & Idus. Quid futurum, ſi annū Conſul ſanguinolentus impleſſet? Sed contrā Syllæ furor detonauit, & Marianæ factionis ad dictos iugulauit: maximē Mutius Scauola Pontifex, Veſtaliū amplexus aras, nondūm oppreſſo Mario. Idem cædium qui belli finis fuit. Nam Sylla in pace quatuor milia deditorum ciuium occidi iuſſit in via publica: vt nec ſuperſtites futuri viderentur quibus imperaret, & qui equeſtrem ordinem Senatūque cōſeruarent: Bebius ritu ferarum laceratus inter manus: Alter Marius ducis frater ad Catuli ſepulchrū manibus, oculis & cruribus defoſſis ſeruatus aliquandiu, vt per ſingula membra moreretur. Quid amplius de feritate Syllæ dicam?

Lucan.
lib. 2.

*Ille quod exiguum reſtabat ſanguinis vrbi,
Hauſit: dūmque nimis iam putrida membra cecidit,
Exceſſit medicina modum, nimiumque ſecuta eſt,
Qua morbi duxere, manus.*

Atqui Cæſar grauiter tulit mortem Catonis Vticenſis, & viuum ſeruafſe cupiebat, qui ipſe vitam ſuam proiecerat: nec odio eius Anticatones libros conſcripſit, multas obiurgationes & crimina completentes, ſed vt M. Ciceroni inuidiam Cæſari ex laudatione Catonis alio libro conſtanti reſponderet: cui autori, ſimiliter vt Bruto, partis aduerſæ fautori ignouerat. Quinetiam Pompeio Magno interfecto, qui Herculis ac Liberi Patris victorias æquauerat ab ortu ſolis ad Pyreneos montes poſt ſubactam Africā, & iam Aſia vltima Romano Imperio media

reddita, fleuisse Cæsar dicitur, & execratus scelus Achillam necis conscius, mactari præcepisse: tametsi Pompeius infestissimus. Cæsar's hostis, occultior adhuc & deterior Reip. Romæ regnum pro certo affectasset, & id egisset, ut solus Consul à Senatu designaretur, & hoc pacto perpetuæ Dictaturæ desiderium leniret: Itaque curasse Imperium Cæsari abrogari, & priuatum Romam reuerti, idque intra certum tempus: alioquin hostem iudicari. Sed fata Cæsaris, id est, cœlestis nutus, & ipsius æquanimitas, largitio, prudentia, lepos, & flexanima oratio, repugnantes compescere, non modò inclinantes retinere potens, obistere. Quòd si foro tantum vacasset Cæsar, non alius Romanorum contra Ciceronem eloquentiæ vbertate nominaretur. tanta in eo vis, acumen, concitatio, ut illum eo animo dixisse, quo bellasset, appareat: exornantem res gestas sermonis, cuius studiosus fuit, elegantia, ut Quintilianus notauit. Non admodum miror, cum prætextatus ante quaestoriam dignitatem, ut Caluus & Pollio, grauissima iudicia suscepisset, non leuiculam actionem, ut Demosthenes contra tutores: ut ferarum molliore præda, catuli venatici instar, saginaretur, Cæsar verò tyrocinij metum feliciter audendo transiuit. Mirum est, quòd suos, imò Reip. hostes, Brutum & Cassium, flectere nequiuit: qui tanto ipsius sanguine curiam Idibus Martiis impleuerunt, quanto ipse Galliam decennio impleuerat. Si quis proportione utrumque metiatur facinus, & Regem diuinitus Romæ

Zonaras
tomo 2. in
C. Cæsare.

lib. 10. c.
1. & lib.
12. cap. 6.

Romæ destinatum, ictum tot vulneribus sine querimonia, gemitu tantummodò morientem contempletur: & solem mœrentem, oraque auersantem à tam tristi obitu.

*Ille etiam extincto miseratus Casare Romam,
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiæque æternam timuerunt secula noctem,*

inquit Virgilius. Illud maximè lugendum, ^{Lib. I. Georgic.} quòd specie familiaritatis in Senatu Cæsar ab iis, quos amiciores putabar, circumuentus & necatus sit. Omnia enim admissa durius vindicanda Callistratus ^{l. 38. §.} respondit, quæ à necessariis, quàm quæ ab extraneis ^{omnia. ff. de pœnis.} inferuntur. Sed non debuit alio emori modo Dux inclytus regnum Rom. instauraturus, & Christi Regum ter maximi natalem præcursurus: qui pariter post deuictos dæmonas, & è præcordiis hominum eiectos, post morbos pertinaces domitos, post mortem ipsam triumphatam, & post ergastula inferorū effracta, eductisque quamplurimis verbi imperio facilius quàm vllis Orphei fidibus: post abolita quamplurimorum delicta, quæ lituræ subiici non posse videbantur, ab iis ipsis acerbissimam mortem accepit, quorum saluti quietique potissimùm cōsulebat: non sine Solis caput & radios occultentis publica attestatione. Certè Iudæi, qui præ cæteris gentibus in Cæsaris funere circulatim lamentabantur, & noctibus continuis bustum eiusdem frequentabant, procliuius Christo Dei veri, nō fabulosæ Veneris filio, obsequi, audire, & credere debuerant. Nec defuere



STEPHANI FORCA-

TVLI IVRISCONSULTI, DE GALLO-

rum Imperio & Philosophia,

LIBER TERTIVS.



AM arduas res & tam speciosas molitum Iulium Cæsarem semper fatebor, quantas vix audere homo possit, nec quisquam præter numina perficere, nec nisi numine adiutus narrare. Quod si cælo decretum

fuisse superatum iri Galliam, non ab alio potius superari se æquo animo ferret.

Nam trophæum ferre me à forti viro, pulchrum est:

Si autem & vincat, vinci à tali nullum est probrum,

diceret illa cū Accio, in armorū Achilleorū iudicio. Sed profectò si quis primordia euentusque rerū ad verum recenseat, magis sui ipsius victricem Galliam, quàm Cæsarem, vel eodem teste, comperiet: non tantum quod legionibus & comæatu illum iuuerit, sed etiam quod armorum rudes à principio Romanos erudierit, crebris in eos susceptis expeditio-

ll ij

Galli Cæsaris inferiis, sed Manes eius officiosissimè sunt persecuti, vtpotè quos viuens amanter & benignè exceperat, donis illexerat, honoribus publicis decorarat, in Senatum allegerat, vnde Quirites inuidere & mordere libello proposito, Ne quis Senatori nouo curiam monstraret: & præter huius edicti falsi acerbitatem, vulgò illud cantitatum, Gallos Cæsar in triumphum ducit. & Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumpserunt. quæ famosè propòsita nimium ipse patienter tulit. Forsitan si quæstionem de ea re decreuisset, ac coercuisset, vixisset diutiùs: cùm Bruti statuæ, qui quondam Reges Roma exegerat, illud subscriberetur, Vtinam viueres: & M. Bruti præ-

sueton. in Iul. cap. 80.

toris tribunali, Dormis, Brute: an nō es Brutus? tametsi hic nominis, non sanguinis communione illi prisco Bruto iungeretur. Sed perpulere transuersum hominè scelerati libelli, & percussores reliquos, quorū nemo trienniū superuixit, nec sua morte defunctus est: damnati pleriq; alij naufragio vel bello absumpti: quidam se eodem pugione interemerunt, quo ex consilio mortalium in cœlestem curiam Cæsarem prouexerant, admonitum tamen priùs ab Aruspice Spurina, vt Idibus Martiis salutis suæ caueret. de quo M. Manilius in Astronomicis:

suet. in Iulio, cap. 81. Lib. 4. c. 1.

*Ille etiam cælo genitus, cæloque receptus,
Cùm bene compositis victor ciuilibus armis
Iura togæ regevet, toties prædicta cauere
Vulnera non potuit, toto spectante Senatu
Iudicium dextra retinens, noménque cruore
Delenit proprio, possent vt vincere fata.
Libri secundi finis.*

nibus. Propterea Antalcidas Agefilao Laconum Regi à Thebanis in pugna vulnerato, Mercedem, inquit, dignam ab illis accipis, quos militia ignaros docuisti. Pugnaces enim facti erāt Thebani assiduīs Agefilai irruptionibus: qui legi à Lycurgo latae earum numero, quas *στρατας* seu diuinitus sancitas nominarat, paruisse debuit, quae vetabat sapius eosdem hostes laceffere, ne repugnādo iugiter bellicosi eaderent. Sanè Polybius grauis autor, & Romanis per omnia blandiens, prodidit, Gallos Senones collatis signis cum Romanis dimicasse, & his inuitis coloniā deduxisse: Senam urbem appellasse, pridem à Gallis habitatam in littore maris Adriatici, vbi campi Italiae terminantur: cūmq; aliquātō deterius cum Senonibus ageretur, Boij Gallis finitimi bellum indixere Romanis, coacta omni iuuentute. Tandem fœdus cum illis percussere. Erat, inquit Polybius, dum hæc gereretur, tertius annus post traiectionem Pyrrhi in Italiam, quintus post cladem quam Galli Delphis passi fuerant. Ita eā tempestate fortuna Gallis sinistra fuit. Verūm ex iis præliis supra memoratis duplicem utilitatem accepere Romani. Nam assuefacti belligerare cum Gallis, quorum nomine nihil horribilius esse cōsueuerat, præstantissimi aduersus Pyrrhum certatores facti sunt, & deinde paulatim Gallorum auduciam continuerunt: vt non longè post cum Pyrrho de Italia, de Sicilia cum Carthaginensibus, securi dimicarint. Maiores nostri, inquit Iulius Cæsar apud Sallustium, patres conscripti, neq;

*Plutarch.
in A-
poph. La-
conic. &
in vita
Lycurgi.*

*Lib. 2.
hystor.*

*In Coniu-
rat. Cati-
li.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 135
consilij neque audacię vnquam eguere: neque illis superbia obstabat, quominus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus: insignia magistratuum à Thuscis pleraque sumpserunt: postremò quod vbique apud socios aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio domi exequabantur. Imitari quàm inuidere bonis malebant. Addit Athenęus, à Gręcis machina-
*Lib. 6.
Dipno-
soph. cap.
8.*
menta expugnandis urbibus apta eosdem didicisse, & superiores euasisse: Phœnices nauali pugna vicifese, qui res nauticas primi excogitarant: & si qua in re Lacedæmoniorum Rempublicam imitati sunt, melius obseruasse. Ceterum præterquàm quòd communi cum Gallis conflictu peritiores, tam prisca Qui-rites, quàm ipse Cæsar, redditi sunt, præcipuum belli adiumentum, neruum Martium robúrque accepere, aurum ipsum ferro imperiosius, cuius affatim Gallia ferax extitit, Cæsaris præsertim seculo. Et paulò post: Inde Gallia à Strabone *πολύρυπος* appellatur. &
*Lib. 4.
Geogr.*
diffusè antè ostendi aurum & opes cuiusuis generis Gallię alumnas fuisse: & molestè repeterem, nisi Pli-
Lib. 33. c.
nius hoc amplius testaretur, nusquam gentiū aurum purius gigni quàm in Gallia, vel argento minus inquinatum. Hoc fuit Cæsari ingens adminiculū tantę victorię: quale nec defuit Alexādno magno, vt Asia, Armenia, Syria, Ægypto, Taurum & Caucasum mōtes trāsgressus, potiretur. Eodem Baetris, Medis, Perfide, Indis, per vestigia Liberi Patris vagatus insulauit, nactus patris Philippi erarium auro fertissimū,

l. 29. §. & nummis, qui ab ipso Philippi appellantur, prorsus aurei: quia iuxta Philippos Theſſaliæ opidum, eius beneficio inſtauratū, aurifodinæ vberes eſſent: quarum foetura Macedoniæ regnum plurimum incrementi accepit, corruptis Græciæ ciuitatibus non paucis, & præbitis ſtipendiis militibus iis qui ſub ſemererent. At Philipporum ager non magis auro nobilitatus eſt, quàm pugna in Brutum & Caſſium pro libertate pugnantium duces commiſſa: è diuerſo auſpiciis Auguſti & Antonij animos militum excitantium in parricidas, præmio oſtentato vicenorum ſertiorum in ſingulos. quocirca ſic perorarunt, vt Caſſius deſperata victoria, ſe liberto occidendum vltro præberit: quem pari fato ſecutus eſt Brutus, obiurgata multum virtute, quæ ſui cultoribus tam paruam gratiam referret, & nihil quàm nominis vmbra retineret.

Dion lib.
47. Zonas
ras lib. 2.
Annal.

O virtus, inquit, miſera,

In verbis ſita inanibus,

Culta mihi vice numinis.

ὦ δὲ εὐδελως τύχη.

Ecce, exprobrat ſeruire illam fortunæ. Interim verò Virtus non de remunerando Bruto (qui dirum facinus liuore magis quàm fortitudine percitus admiſiſſet) cogitabat, ſed de lugendo Cæſare cœlitibus grato, mortalibus chariſſimo, & quidē pernitiūm Gallimet obſeruato. Nam propiūs quod verum eſt inſpicientibus, Romani, qui dum frequenter vincuntur, vincere didicerāt, non ſuo, ſed Gallorum ſanguine,

Galliam ſubegerunt, quæ ea tempeſtate diſſidia inſteſtina odio alebat ciuitatum mutuo. ſic lubenter ſocia arma Cæſari iungebat, alioquin homines delinire & allicere mira comitate aſſueto. Quòd autem cōtra Gallos Gallorum viribus Cæſar vſus ſit, nulli potius quàm ipſi credamus, nimirum ſe innoxium ab Alpibus tranſitum per Allobroges habuiſſe. Mox quid ei reſtitit Narbonenſis prouincia? Nōne cūm P. Craſſius eius Legatus in Aquitaniam perueniſſet, re frumentaria prouiſa, auxiliis, equitatuque comparato, multis præterea viris fortibus Tolofa & Narbone, quæ, inquit, ſunt ciuitates Galliarum prouinciæ finitimæ, ex his regionibus nominatim euocatis, in Sontiatium fines exercitum duxit? Nōne ita terga vertere adoleſcens dux hoſtes cōegit? & poſtea Tarbellos & Bigerriones, Fluſtates, Auſcos, & præcipuos Aquitanos territos Craſſi victoria deditioe accepit, Cæſare alibi non mediocriter exacta iam æſtate præliis occupato. Taceo quòd vir fortiſſimus ampliſſimo genere natus Piſo Aquitanus, cuius auus in ciuitate regnū obtinuerat, amicus à Senatu Rom. appellatus, Cæſari ſemper ſtudit: maximè tum aduerſus Germanos, qui in Galliam conferti irruerant. Itaque Piſo cūm fratri ab hoſtibus intercluſo auxilium tuliſſet, eum ex periculo eripuit: ipſe equo vulnerato deiectus, quoad potuit, fortiſſimè reſtitit: demùm cū fratre rurſum auxiliaturo vicifiſim, multo vulneribus acceptis occubuit, cum equitibus quatuor & LXX, Sanè & à Lugdunenſibus Gallis & Bur-

lib. 3. de bello Gall.

Cæſ. lib. 4. de bello Gallic.

gundionibus, ita post citra Belgas appellatis, Cæsar subsidio maximo adiutus est: ab Heduis potissimum, per quorum fines ac Sequanorum Arar fluuius languens in Rhodanum influit lenissimè, ita ut oculis vix iudicari possit, vtram in partem fluat, frumētum exegit contra Heluetios pugnaturus, & si quid ultra imperauit contra hostes sine delectu aliquo: & Heduos ipsos à Senatu sæpenumerò fratres ac consanguineos appellatos memorauit. quod nec prætermisit M. Tullius ad Trebatium Thestam scribens, quem Cæsar expeditionis comitem acceperat, ut de iure responderet: ad eò non placebat ei leges armis, vel arma legibus sciungere, Legi, inquit, tuas literas, ex quibus intellexi te Cæsari nostro valde Iurisconsultum videri: Est quod gaudeas te in ista loca venisse, vbi aliquid sapere videaris. Et paulò post allicere Romam Trebatium ipsum nitens: Vna, inquit, meherculè nostra vel seuera vel iocosa cõgressio pluris erit, quàm non modò hostes, sed etiã fratres nostri Hedui. Nec verò Cæsar alia quàm fraterna pietate, officio, ope, opera Heduos demeruit, incumbentem grauissimum hostem humeris eorũ abigens & seruitute præmetem reprimens. Vbi primùm Diuitiacus Heduus coram certiore fecit Cæsarem, quo in statu Gallia ob domesticas simultates sita esset, alienigenis prædæ expõsita, æmulationis pœnas luens, præfatus Gallia totius factiones esse duas: harum alterius principatum tenere Heduos, alterius Aruernos. Hi, cum de potentia multos annos contenderent, factum est, ut ab

Aruernis

Aruernis Sequanisque Germani mercede accerferentur ad milia circiter xv. Plures deinde Rhenũ transire, agros cultumque Gallorũ adamantes: qui Heduarũ res Senatũque, cuius Diuitiacus princeps esset, attriuere. Vnum se, cuius summũ claruisset in Romanos studium & fides, adduci non potuisse dixit ex omnibus Heduis, ut Sequauis ac Germanis obsequeretur: Ideò profugere coactum: proinde Romanorum auxiliũ implorasse. quamuis Sequanis peius contigisset victoria alienis armis & exterorũ vi quaesita: propterea quòd Ariouistus Rex Germanici exercitus in eorum finibus consedisset, & Sequani agri optimi tertiam partem occupasset: nunc de altera tertia iussisse Sequanos decedere, concedenda nouis Germanorum copiis, qui nuperrimè accessissent. Proinde futurũ paulatim, ut omnes Galli propriis laribus extruderentur, nisi Cæsaris benignitate & virtute obuiam iretur Ariouisto, postmodum inflexibili, & legatis Cæsaris audacter respondenti, Cæsarem venire dicturum oportere si quid ab eo vellet, cui nihil esset in Gallia, quam ipse bello vicisset, negotij. Cæsar contra iuxta Senatusconsultũ M. Messala, L. Pisone Coss. factum, uti qui Galliam prouinciam obtineret, Heduos ceterosque amicos populi Rom. defenderet, se non neglecturum Heduarũ iniurias minatus est. Cæterum Ariouistus neminem sine summa pernicie contra inuictos Germanos contendisse iactabat: cum vellet, congregaretur. Voluit Cæsar sedulò, & post varias fortunæ

mm

bellicæ vices Ariouistus fugæ se credidit, nauicula Rhenum traiciens, alijs salutem natatu aut lyntribus agrè petentibus. Duæ vxores Ariouisti, vna Sueua natione, altera Norica, in Gallia ducta solemnibus epulis, in ea fuga periere. Ita sedata illa tempestas Germanorum, & Gallis parta tranquillitas Cæsaris beneficio: quo minimè quidem eguissent, si fouissent ciuilem mutuamque concordiam, magni cuiuslibet Imperij nutricem. Quocirca Hannibal nihil prius babuit, quàm hostes inuicem committere, & æmulatione ac discordia concutere, & de quibusdam benemereri palàm, vt illos in inuidiam suorum adduceret. Sed & extrema fortuna, cum ad Antiochum Syria Regem confugisset, qui pari in Romanos victores flagrabat odio, prudenter Regem bellum meditantem admonuit, Romanos non nisi suis viribus superari posse, nec Italiam aliter quàm armis Italicis subigi: quare in Italia, velut in fonte virium, gerendum bellum aduersus eos, non extra limites, vbi nihil victis depereat, si quis agros depopuletur, aut vrbes expugnet, & diripiat. Taceo quòd Plutarchus Romanorum fortunè plusculum quàm virtuti concedens, ex Polybio tradidit, Gallis, tum cum urbem ceperant, victoriam stabilitam pro certo, quicquid in diuersum anseres famelici obstrepuissent, nisi nunciū Galli accepissent, vri se bello domestico: eò magis quòd & Barbari fines eorum absentium ingressi essent, quare facta cum Camillo pace, pleriq; domum reuerterunt. Ita res Romana tenui ex filo pendit.

*Iustinus
lib. 31.*

*In lib. de
fortuna
Romano-
rum, in fi-
ne.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 138
Proinde Cæsar in mediam Galliam sibi pugnandum feliciter statuit, & ipsam proprio robore comminuendam astutè curauit, aliàs insuperabilem, præsertim disciplina castrensi & munimentis armorum firmatâ: cum iam desitum esset à prisco more, quem T. Liuius commemorat, nudandi inter pugnandum *Dec. 4. li.* corpora fusa & candida: quæ res magis detegebat ^{8.} vulnera, atro sanguine candorem corporum maculante. Sed fortè Liuius, qui Claudium veterem autorem laudat, ad quadraginta Gallorum milia iuxta Olympum montem cæsa referentem, ac Valerium Antiatem mentiendo minus immodicum decem milia numero non egressum, licet Romanis vbique fauerit, falli potuit, qui nudos omninò Gallos accepit, patefactis artibus, gladiatorio ritu, quasi in palæstra certandum esset oleo delibutis, non in campis ad cædem patentibus. Sed verius est nudos, pro inermibus & solo clypeo ac gladio fretis vsurpatū: sicuti Paulus Iuriscōsultus ait, nudum exulem, amissa ciuitate, & publicatis bonis. Nam licet aurea veste *l. Tutela* regeretur, nudus aliquis ita censeretur, iusto auxilio *s. ff. de capit. di-* destitutus. Accedit, quòd Apollonius Tyaneus scribitur à Philostrato adiuisse in Ægyptū conuenien- *lib. 6. c.* di gratia Gymnosophistas, sapientes scilicet nudos, ^{4.} in amœnis non magnæ regionis collibus. Vtuntur autem, inquit, eo habitu, quo messorum Athenis. Nudos tamen promiscuè appellare pergit. Idem perspicuè Polybius declarat, scribens pugnam in Tusciam *lib. 2. hi-* commissam aduersus Gallos, L. Emilio & C. Ati- *storiar.*

lio Coss. Rom. ac ducibus. Terribilis, inquit, erat claf-
ficorum sonitus, & simul Gallicæ multitudinis vo-
ciferatio: terribilis etiam præcedentium nudorum
hominum aspectus. Magna enim ac nuda corpora,
& bellici quidam motus sub clypeis, miraculo simul
ac formidini erant. His accedebat splendor & pul-
chritudo ornamentorum: quippè tota acies torqui-
bus aureis, & virgatis sagulis fulgebat: quæ aspiciē-
tes Romani, partim obstupebant, partim spe prædæ
vehementiùs accendebantur. Liquet itaque brachia
forsitan, aut aliquid simile, non pectora, denudasse
Gallos in præliis, nempè vt expeditiùs iacularentur,
& vigore ornatùque animi ac saguli & auri admirā-
dos in pugnam descendisse contra hostes, qui gra-
uibus obruti armis, minor pars sui dici mererentur.
Sed tamen in gratiam Cæsaris hostium ducis nõ gra-
uatè paruerunt. Nec enim de Gallia malè meritis ita
fuit: quippè qui Heluetios coërcuit, qui iam Galliam
animo hauserant, & tanta fiducia inuaserant, vt opi-
da sua numero duodecim, vicos ad quadringentos
cum priuatis ædificiis incendiissent: & frumentum,
præter id quod secum portaturi essent, vt redeundi
domum spe sublata, paratiùs bella subirent & peri-
cula, Rauracis, Tulingis, Latobrigis, ac Boiis ad si-
mile facinus accitis, & iam paratis per agrum Sequa-
norum & Heduorum, in Santonum, ac mox Tolo-
satium fines iter facere. Sed victi à Cæsare, domum
redire coacti sunt, ac iussi festinare: ne fortè propter
bonitatem agrorum, Germani, qui trans Rhenum

*Cæsar lib.
1. de bell.
Gall.*

colunt, eò migrarent, suis nunquam contenti, vt ex
Ariouisti paulò pòst domiti audacia & exitu licuit,
magno Gallorum bono, animaduertere: qui nec Au-
gusto se submittere renuerunt, exceptis Cantabris &
Aquitanis frustra iugum excutientibus, & tandem
parere cõpulsis. Rursus etiam Germanos belligerã-
do fregit, quo bello cccc. milia captiuorù in Galliã
transfudit, & supra Rheni ripam collocauit. De vita
sua libros xii. perscripsit, quorum decimus ab Vl-
piano Iuriconsulto citatur. Insuper *σεβαστος*, id est, *l. 1. de ca-*
adorandus, appellatus est, notante Suida, nam nec *daurib. punitoriõ.*
Augusti nomẽ nihil non sacrum & venerabile por-
tendit. Tiberius quoque Gallos pacatè satis conti-
nuit, specie moderationis & pietatis conspicuus, vt
qui Domini appellationem refugeret, denunciãns,
ne quis se ea cõtumelia afficeret. Cuidam sacras eius
occupationes dicenti, laboriosas dicere coëgit. Con-
uicia & famosa carmina patienter pertulit, iactans
subinde, in libera ciuitate linguam mentemque li-
beram esse debere. Sed tot iuuentæ bona ignaua se-
nectus infuscavit, vbi insulam Capreas petiit, præ-
ruptis rupibus septam & amœnã, qua celari sua cri-
mina focors & supinus existimabat: dũ interim Ar-
menia à Parthis occuparetur, Mœsia à Dacis & Sar-
matis, & Galliã à Germanis vastaretur, magno dede-
core Imperij, maiore discrimine, vt notat Suetonius.
Sed ipsum illustrauit successor C. Calligula, hominũ
quos vnquam sol vidit flagitiosissimus, & præ quo
Tiberius mediocriter malus credi possit. Tragicum

illud iactabat crebro,

Oderint dum metuant. & qui populum Rom. cui in fensus erat, vnam ceruicem, caedam videlicet, habere optauit. Et de Homero abolendo quandoq; cogitauit, quia Plato poëtas e ciuitate expulisset. Nec Virgilio pepercit, aut T. Liuius illum nullius ingenii, hunc verbosum & negligentem carpens & despiciens. Pro litibus atque iudiciis vbicunq; coeptis partem quadragesimam summæ, de qua in iudicio litigaretur, exegit, transigi & componi inhibens: vnde complures creditum reposcere sapenumbero metuebant. Sorores omnes incestauit, Iouem se propterea appellitans. Neque auaritiæ, neque profusionis modum habens, neque arrogantia, nihil mirum, cum Senatus cen fuerit, vt in ipsa curia loco excelso omnibus diis sublimior federet. quo blandimento eò infantiæ processit, vt se alicuius numinis ornamento ostentaret: interdum vibraret Neptuni instar tridentem, vel pro Ioue fulmen quandoque, quiduis potius quàm homo videri cupiens. merito quidem, cum mera fera esset. Fortè accidit, vt ius dantem pro tribunali Iouis specie Gallus quidam sutor aspiceret, ac rideret. Tum Caius percunctatus est, quisnam ipsi videretur. Magnum, respondit Gallus, delirium. Eamque dicacitatem impunè tulit, Caio vlcisci non audente vera liberrimè dicentem hominem vulgaris fortunæ. Nam L. Vitellius Syriæ Proconsul, qui Artabanum Armeniæ & Syriæ imminetem, ad pacis cõditiones Romanis commodas adegerat, vt se mor-

*sueton. in
Caligula,
cap. 4.*

*dion lib.
19.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 140
ti eriperet quam Caius minabatur, huius ad pedes aduolutus, se ei sacrificaturum illico vouit, si incolumis euassisset: & Caius cum Luna colloquia & congressus à se visos asseruit. Cùmque Caius ararium opesque Italicas extenuasset, & excogitati varie pecuniarum cõquirendarum modi deficerent, in Galliam abiit prætextu Germanici motus, eam opibus florentem, & deinde Hispaniam compilaturus. sed Rhenum paululum prætergressus, statim pedem retulit. Inde subditos fœderatos & ciues, vt est apud Dionem, magnoperè afflixit, spoliavit, tributis & calumniis ob vnum tantum diuitiarum delictum attriuit, nihil admodum memorabile ex pecunia corrasa edens præterquam spectacula Lugduni sumptu & doctrina memorabilia: longè aliter atque pater Germanicus Cæsar, à victis vsque ad Oceanum Germanis agnomen retinens, vir summæ eruditionis, qui oblatum sibi Imperium militum assensione, qui Tiberium iure fastidierant, respuit, postquam signa militaria ab hostibus recepisset que Quintilio Varo abstulerant, & inhumatis religiose parentasset. adeò illud verum est, heroum filios plerumq; noxas esse, nec virtutes parentum in posteritatè facile traduci. Plane degener ille Caligula, qui nõ contentus maximo terrarum imperio, cœlites pulsare & excludere ten- *philo*
tauit, & Hierosolymis templum cum iure asyli in se *ind. in li.*
transcribere titulo NOVI IOVIS ILLUSTRIS *de lega-*
CAII: quique Ioui fulguranti ausus est obstrepere, *tionis ad*
Homericum illud vsurpans, ἢ μὲν ἀμείψ, ἢ ἐγώ σε, id est, *Caium.*
Zonaras
tomo 2.

aut tu me aufer, aut ego te. Tandem à Chærea & Sabino, conuente familia, sublatus se mortalem agnouit, & falsum Dei imitorem: ad quem referendum viua imagine, non Phidia statuatio, non Polycleto opus est, nec fragore fulminis, sed iustitia & mäsuetudine erga mortales. Caio suffectus est Claudius, à militibus nonnullis deprehensus in palatio latitans præ formidine. Senatus protinus assensus est, quia Cæsarum esset è genere, Liuiæ ex Drufo nepos: quæ cum Augusto nupisset, vterum ferebat, & tertio post mense peperit: dubiumque reliquit populo, vtrum puer editus Tyberij Neronis prioris viri esset, an ipsius Augusti adulteri cōsuetudine procreatus. quæ res locum fecit senario Graculo: Felicibus etiam trimestres liberos nasci. Drufo defuncto Augustus parentauit magnificè, & elogium inculpsit tumulo lugubri carmine. Huic enim solitus erat credere præcipuum exercitum in Rheticis bellis & Germanicis. Hunc in æstiuis castris mortuum Galliarum ciuitates lamentis & planctu sunt profecuta, ac publica supplicatione. Nam Galliis amicū Druum fuisse argumento est, quod ei Antonia Claudii enixa est Lugduni eo ipso die, quo primū ara ibidem D. Augusto dedicata est, Iulio Antonio & Fabio Africano Coss. Cal. August. mox sinistra valetudine afflictatus, necnon liberalibus disciplinis interrim institutus. Seneca, qui à Claudio in insulā Corficam relegatus fuerat, patriam eidem extincto Gallicam exprobat, fingens in cœlum venienti Herculem

*Sueton. in
Claud.
cap. 1. &
2. & 17.
& 42.*

*in ludode
morte
Claudij.*

lem Iouis iussu obuium percūctari cuius esset Claudius: & Febrem, quæ fano suo relicto huic comes astabat, hoc pacto respondisse: Ego tibi dico, quæ cum ipso tot annos vixi, Lugduni natus est. Marci municipē audis, quod tibi narro, ad decimū sextum lapidem à Vienna, Gallus germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. Hunc ego tibi reddo Lugduni natum, vbi L. Licinius multos annos regnavit. Tu autem, qui plura loca calcasti quàm vllus mulio perpetuarius, Lugdunenses scire debes, & multa milia inter Xanthum & Rhodanum interesse. Ita iocatur, vel nugatur potius Seneca, nec ipse Romanus, sed Hispanus Cordubensis, secus atq; Stoicum deceat. Nam si quid patientia & facilitate potius quàm improbitate à Claudio peccatum fuit, pari virtutum cumulo egregiè pensatur. Et forsitan si illum Hercules denuò huc reduxisset, talionem sensisset Seneca, scriptis Claudij Græca non minus quàm Latina facundia clari: vt qui in Achaia eruditus fuerat, & in Senatu Legatis gentium sæpè oratione perpetua responderat: denique Græcas historias scripserat, veteri Alexandria musæo aditas. Quin & adolescens, hortante T. Liuiο nobili historico, multa volumina tradidit ad res gestas pertinentia, exorsus à cæde Cæsaris. Edidit insuper Ciceronis defensionem tersè & eleganter contra Asinij Galli libros. Nec militiæ ineptus fuit, nec expers periculi. Cum enim ab Hostia nauigaret, vehemente Circio, propè demersus est in sinu Ligustico iuxta

Stœchadas insulas. Inde pedestri itinere à Massilia per mediam Galliam, suumque opidum Lugdunū, ortu Imperatoris & propriis dotibus illustre, Gessoriacum prope Caletum peruenit, transmisitque in Britanniam, quam sine vilo sanguine breui mensū curriculum clementiæ fama recepit. Reuersus Romam triumphauit, in sine domiti Oceani præferēs : & remeatum exulibus nonnullis permittens, quorum Senecam fuisse non nemini. Taceo illius moderationē & continentiam. Nam decretas sibi statuas & diuinos honores respuit, iis abolitis, quæ perperam Caius antè sanxerat : proposuitque edictum nouum, Ne quis, qui haberet cognatos, Cæsarem institueret hæredem. Gratiōsus præterea, quod bonis viris impensè fauit. Hinc Gallum quendam Senatorium, qui Carthaginem migrarat, properè accersit, professus hilariter se eum ligaturum aureis compedibus. Itaque auctum dignitate dimisit, perfectūque uti Romæ lubens resideret. Fertur Claudius veneno absumptus dolo Agrippinæ coniugis, Neroni filio Imperium ambientis : cum naturæ instinctu gratior Cæsari videretur Britannicus, vera patris effigies. Iam verò Seneca ab exilio redierat, impetrato per Agrippinā reditu & prætura, ne ipsa malis tantum facinoribus innotesceret : nam immensa auri cupidine & superbia odium populi contraxerat. Seneca deinde magistro pueritiam Domitij Neronis informari curauit claritate studiorum & consiliorum, quibus ad spem dominationis vteretur. Sed natura inflexibilis

Zonaras
tomo 2.

Tacitus
lib. 12. c.
14. lib.
11.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 142
nullius disciplinæ beneficio flecti potuit, quin Nero demum crudelitatem in omnes omnino mortales exerceret, imò & in mortuos : maximè in ipsum Claudium, quem contumeliis apertè insectebatur, modò scæuitiæ, modò stultitiæ arguens. Nam desisse eum inter homines morari, prima huius verbi syllaba producta, & è Græco trahens, iocabatur, delirium hoc modo obiciens : bustumque eius inornatum destitui permisit, & decreta velut desipientis oblitauit. Et quia Agrippina tam diro fœtu digna, virum suum Claudium veneno imbutis boletis sustulerat, ipsa quoque à filio venenis sæpè tentata, ferro tandem occidi iussa est, cui scelere Imperium parauerat, digna pari mercede. vnde versiculus vulgatus:

Νέρωνος δρέστης, ἀλλυμένων μητροκτόνοι.

Sed profectò Neronis parricidium, si verum complectimur, reliquorum duorum flagitium longè superat. Nam Orestes Clytemnestram matrem occidit, quod prius illa Agamemnonem inclytū Græcorum ducem violato thoro occiderat, & patris necem merito vltus in Areopago capitis causam dixit, & absolutus euasit : extruxitque aram Mineruæ Areæ, id est, deprecatricis, ibidem expiato iudicum sententia crimine. Alcæon quoque Eriphilen matrem suam interfecit, quoniam illius proditione Amphiarus vates & cōiunx detectus fuit, & Thebas ire coactus, vnde se nō rediturum intellexerat. At Nero optime de se meritā matrem ingratisimè mactauit : nec non Octauiam coniugem, sed adulterij falsò infimulatā,

Sueton. in
Nerone,
cap. 33.

Pausan.
in Artici.

Hyginus
lib. 1. cap.
73.

vt bis perimeret : Et deinde Poppæam gravidâ ictu calcis, furentis instar alini. Præceptori verò sic insurrexit, vt est in Tragœdia :

*Desine tandem iam grauis nimium mihi
Instare : liceat facere, quod Seneca improbat.*

Sed & ad mortem compulit, velut insidiatorem & perduellionis reum, tametsi ille præceptis philosophicis eius lubricam ætatem cõtineret, aut voluptatibus nõ prorsus illicitis relaxaret, tantisperdũ Afranius Burrus militaribus iucumberet negotiis : licet Seneca à se amoliri suspicionem tentasset, iureiurãdo & oratione coram habita se simul excusans, vt est apud Cornelium Tacitum, quòd agris & prædiis suburbanis & nummis in scœnore positis Philosophus abundaret alienigena, & Stoicæ professionis, sed Principis beneficio, non quæstu: paratus denique cedere opibus, quarum fulgore ab inuidentibus præstringeretur. Contrà Nero callidus Senecæ dicere, se præceptori illi obnoxium ob æterna institutẽ iuuentæ munera: quæ ipse dedisset, fluxa fore : rubori sibi denique esse, quòd libertini ditiores illo spectarentur. Proinde nolle se reposcere iure partas Senecæ diuitias: nec Senecam decere eas offerre, ac amico infamiam parare, vnde sibi continentię affectet gloriam. His velamentis parumper immanem celauit animum : sed postea beneficij loco decreuit Senecæ voluntariam mortem offerre, in quo Tribunus nulla pauoris signa comperit, nihil in verbis aut vultu

triste, quamuis agritudine tum premeretur, quæ paruo victu extenuatum effugia sanguini præbebat abruptis poplitem venis: Cùmq; nec veneni Socratico fato vis proficeret, calidum balineum ingressus, ^{Tacitus} proximos flebiles resperfit, inquit, Libare se liquorem illum Ioui Liberatori. Ex quo complures coniciunt, Christum Senecæ non incognitum, nempe vnicum liberatorem animæ cœlitus demissẽ, & ereptẽ mox ab orci latumis tenebricosis. Circumferuntur autem epistolę mutũ Senecæ & Pauli Apostoli, parum vtroque autore dignę. Linus etiam D. Petri ^{in libello de pauli persequo-} successor, educatorem Neronis colloquio Pauli gauisum tradit, necnon epistolis, quibus superstitio ^{ne.} gentilis refelleretur: easque Cæsari recitatas, sed frustra, ipso in Christi pietatẽ exacerbato, & egrè Paulum auscultanti, vt qui omnem humanitatem exuerat. Namque quod Paulus ait se liberatum ab ore Leonis, pertinet ad priorem accusationem aduersus se institutam ab iis, qui Deos otiosos & vanos expelli querebantur leniore adhuc Nerone: qui repetito iudicio, laxatis sæuitiæ frenis, Paulum morti addixit, vt notat Eusebius. Cornelius Tacitus refert, pereuntibus Christianis addita iudibria, vt ferarum tergoribus contexti laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut exusti flammis, tam pertinaci crudelitate, vt vbi defecisset dies, in usum nocturni luminis spectante Nerone impij vterentur. Nec tacet Syllam Galliæ Narbonensis Proconsulem, cùm Massiliæ discumberet

epulãdi causa, sexto die peruectis iussu Cæsaris percussoribus necatum: cuius caput Romam illatum elusit Nero, vt præmatura canitie deforme. Sed nec post tam tetra facinora patriæ pepercit suã. Nam causatus deformitatem ædificiorum, ædilem Vulcanum ipsum constituit, incensa vrbe septem continuis diebus ac noctibus, non parcente flamma monumentis clarissimorum Ducum, vel sacrarum ædiũ. E turri Mœcenatis cladem prospectans, prohibuit lætus ciues friuola sua legere, & ex incêdio eripere.

*Xiphilin.
in Nerone*

Quinetiam Priamũ fortunatũ dicebat, quod Troiam suam incensam & simul cum regno perditam vidisset. Et cum tantam vastitatem vrbi inuexisset, quantam nec Galli olim hostes intulerant, è sublimi citharam pulsans scenico ornatu, excidium Troiæ simulatum cecinit, & veram Romæ calamitatem. nam mirum in modum musicis modulis delectabatur, domi in multam noctem cantirans. Et quia occultæ musicæ prouerbio diceret nullum esse respectum, in theatrum prodiit. Tum Isidorus Cynicus ipsum palàm facetè corripuit, quod Naupli mala benè cantaret, sua bona malè disponeret. Nec minus scitè ascriptum columnis est, Neronem cantando Gallos excitasse, postquàm Galli fastidiètes mollitiem atrocem ipsius, defecissent: vt quos puderet citharædo, & quidem malo, obedire: nactos iam nimirum publicæ libertatis assertorem Iulium Vindicem præfugio Romæ habito, paulò antè Nerone in Capitolio IOVI VINDICI pugionem dicante, quo se peti-

*Tacitus l.
15. in f.*

tum cõminiscebatur. Erat verò is vindex Gallus gente, stirpis regiæ propter atavos, propter patrè ordinis senatorij, ad omne præclarum facinus audax, nõ sine prudentia. Quamobrem multitudo Gallorum perpessa graues tributorum exactiõnes à Nerone, facile ipsi assensa est, dicenti pro tribunali, non solum expedire desciscere, sed etiam insultare nefario homini, qui Augustum nomen polluisset rapinis, & parricidijs, & scenicis actibus. Neapoli audiuit Nero motum Galliarum, die quo matrem occiderat, simulata læritia, tanquam occasio spoliandarum præbita esset. Indoluit tantum, quod malum se à Vindice citharædum dici rescuisset: repètè denuò in gaudium effusus, quod Gallum militem ab equite Romano crinibus trahi opprimique annotasset, nõ reipsa, sed sculptura monumèti. vnde omen accepit domandæ gentis, sed pictum & irritum. Nam Vindex cum sibi minimè studeret Principatum vindicare, Sergium Sulpitium Galbam, qui Hispanijs præerat, magnis copiis optauit Imperio, quem statim Cæsarem exercitus designauit, vt Britanniam reciperet, quæ pariter defecerat, Armenia & Syria nutantibus. Tum cõsternatus Nero vsque ad animi (si quem habebat) deliquium, rursus pro solatio Alexandriam profugere deliberabat, cithara & cãtu se victitaturũ confidès, ac subinde iactans vocem illam; τὸ ξύλον τῆς γαῖας ἐστίν. Et certè ita se res habet, vt vel tenuis ars cuique pro viatico sit honestis exercitacionibus. Sed Nero, qui Musicam principibus gratam, & priuatis, vt

*Sueto, in
Nerone,
cap. 47.*

ipse dicobat, necessariam, per libidinem & scruitiam turpificarat, dum fidibus nimium nauat operã, omnium fide & opẽ destitutus; à Senatu hostis iudicatus est. Qualis artifex pereo, inquit tum ipse in scrobe delitescens. Mox ne viuus in potestatem veniret eorum, qui Galbæ studebant, ferrum iugulo sibi adigit, adiuuante Epaphrodito à libellis. Dolendum quòd Vindëx, qui pro prætorẽ Galliam equissimè tenuerat, sibi pariter manus intulit, vir natione Gall' qui graui oratione mollitiõ Neronis apud populũ Gallicũ execratus est: & re vera Imperium ab impio domino extorquere molitus, vt genti suę benè cõsuleret. Fertur tamẽ occubisse, quia in affectati Imperij suspicionem æmulis instigãtibus venisset, tam constante fama, vt Rufus Germanicę militiẽ præfectus Vindici bellum intulerit ceu perduelli ad Vefortionem Belgicum opidum: & demũ rumore tam improbi conatus, falso forsitan, adaucto, in ipsius Rufi sepulchro hoc inscriptũ comperimus, vel teste Plinio Secundo, inscribi mandatum amicis negligentibus cineres inuictissimi ducis:

lib. 6.
Epistol.
In libello
de Cæsari-
ribus.

*Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.*

Planè tanta fuit Rufi Virginij integritas, vt, si Dioni credimus, oblatum sibi recusarit Imperium. Nec Galba multo meliorem quàm Vindëx exitum inuenit, nullo modo attingens Cæsarum domum. Nam, vt scribit Aufonius,

Aeneadum

Aeneadum generis qui sextus & ultimus heros,

Polluit, & clausit Iulia sacra Nero.

tamet si Galba paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaën Minois Regis & legislatoris Cretenfis vxorem, retulit. Liberales disciplinas attigit, iuri diligenter incubuit, Aquitaniæ anno præfuit: barbaros, qui Galliam inuaserant, teste Suetonio, coërcuit. Proinde maiore fauore Imperium adeptus est, quàm gubernauit: & visus dignitate inferior, à Germanico exercitu, sensim aliis obsequium negantibus, necatus est in foro. Caput Othoni alatum à gregario milite, quondam Neronis amico intimo, & conscio scelerum ac deliciarum. Planè Otho parum auspicate Imperator conclamatus, à longis tibiis sibi cauendum dixit: onus humeris graue iudicans. Confestim Vitellium à Germanicis legionibus nouitati rerum perniciosissimè addictis euectum ad Cæsaris nomẽ audiuit, ac fremuit: eò magis quòd ante Galbæ manes propitiare tentauerat, à quibus se terreri crebrò senserat, piaculis nihil proficientibus. Tribus præliis cum Vitellianis confixit in Italia parum fausto exitu. quare se pugione traiecit mortiferè, vt saltem moriens nobile aliquid præstaret. Vitellio iura in Gallia reddenti Viennę gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite astitit. Ibidem Othonem periisse audiuit, Romam celeriter properauit. Ingressus est ad classicum paludatus. In Martio campo inferias Neroni dedit, luxum & comestationes eius imitatus, patina, quam Clypeum

Mineræ appellabat, multis milibus auium & éduliorum referta vndiquaque exquisitorum. Tantum conflauit inimitiarum, quantum non nisi morte expiare potuit. Ita hi tres Imperatores sicut herba solstitialis repente exorti, & alij alium trudentes, repente euanuere. Sed nemo acerbius, vel contumeliosius à populo diuexatus est moriturus, quam vitellius. Per viam sacram, vt noxij solent, reducta coma à capite, vt visendam præberet faciem cœno oblitus, inter cōiucia distractus, apud Gemonias minutis ictibus dilaceratus & cōfectus, vncō tractus est in Tyberim. Iam tum visi fuerant duo soles, vnus ab occasu, alter ab ortu, sed hic fulgentior, portendens dominatum Vespasiano, quem Nero in Iudeos rebellantes miserat. Et quia iam cœperat Imperator ab exercitu fieri, militibus è Iudæa, Syria, Ægypto assentientibus, reliqui certiores per cœdarios facti, vel subscripsere, vel dissimulauere. Extabant enim in illum propensæ nouem legiones integræ, nec exhaustæ acie, nec discordia corruptæ. Ad stipulabantur ditissimi Reges. Illustrabat ipsum coniuncta cū generis splendore non contemnendo singularis experientia: & duo liberi, alter iam Imperij capax, primis militiæ experimentis iam in Germania clarus. Adhęc oracula suppetebāt. Est Iudeam inter Syriæque Carmelus mons cum ara Deo extructa siue templo & simulachro. Illic sacrificanti Vespasiano, cū spes occultas versaret animo, & Carmeli Deum reuerēter imploraret, Basilides sacerdos: Quicquid est,

Zonaras
tomo 2.
in Vitellio

Tacit. lib.
18. Ann.
nat.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 146
inquit, Vespasiane, quod paras, seu domum extruere, seu prolatare agros, ampliare ve seruitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini; multum hominum. Iosephus quoque Iudæus, diuina di periticia celebris, illum viuo etiamnum Nerone Imperatorem vocauerat. Quocirca potitus præter spem scepro Vespasianus, Iosephum captiuum vinculis ferreis eximi iubet, non solutis, sed incisis, vt simul captiuitatis nota elui videretur prisca obseruatione, & Tito filio id procurante, in mercedem vaticinij, quem parens Romam properans ad belli reliquias, & excidendam Hierosolymam cum exercitu præstituit. Necessè enim erat iuxta maximi vatis Christi vocem, ciues ingratos & scelestos flere, & pœnas dare illatæ mortis acerbæ, quamuis saluberrimæ. Prædixerat enim fore; vt in tantam arumnam deuenirēt Solymi, vt steriles mulierum beatissimæ dicerentur, auerentque montibus & collibus premi ac operiri, instar Enceladi sub Ætnæ pondere latitantis in Sicilia: potissimum Maria Eleazari natalibus & opibus illustris, quæ imperiosa famis rabie furens, lactentem filium assum comedit ferè dimidium: quod cum ab iis, qui nidore capti, deprehensum esset, obriguit populus, & Thye stem feliciorē exclamauit, qui imprudēs Atrei fratris dolo circumuentus, non sponte, nec famis violentia, liberos proprios mandisset. Fuerit licet ingens matronæ famis, in hanc vsque iniuriam esurire non debuit. Taceo periisse eo bello vndecies centum milia hominum, quorum plerique gentiles erant, pro-

Ioseph. li.
5. de bell.
Iud. cap.
12. li.
7. cap. 17.
et 18.

Luc. 23.

pter diem festum Azymorum, ut ait Iosephus, subitis armis circumfusi, & citius ad victus caritatem coacti. Captiuorum numerus nonaginta & septem milium supputabatur, vsque ad sextum Idus Septēbres, secundo Principatus Vespasiani anno, quo Hierosolyma capta est, magna populi Rom. lætitia, & gloria Flauix gentis nō mediocri: cuius origo ad T. Flauium Petronium municipem Reatinum, centurionem pernobilem Pompeianæ militiæ reducitur. Huius filius Sabinus scenus apud Heluetios fertur exercuisse, sine sordibus & fallacia, ac decessisse superstitē Vespasia Polla vxore, & duobus liberis, quorum Sabinus Præfecturam vr̄bis gessit: alter Vespasianus, natu minor, Vespasij Pollionis aui materni præfecti castrorū virtutes exæquare contendens, gradum sibi fecit ad culmen Imperij. Tamen non nisi serō Patris patriæ appellationem recepit, offensionum inimicitiarūque prorsus immemor: ita vt Vitellij hostis filiam splendidissimo viro collocarit: & dignum se omninō vltorem præbuit Christi misericordis, pacem & concordiam inter homines perpetuò fouentis. Tot itaque virtutibus tenuem auaritiæ maculam aboleuit. Quomodo enim magna esse potuit: cum inopes Senatores & Consulares quingenis sestertiis annuis sustentarit: plurimas vbique ciuitates, nedum in Gallia, afflictas & concussas restituerit in melius: primus è fisco Latinis Græcisque Rhetorib⁹ & poëtis ampla salaria præstituerit. Quin & Iudææ misertus, coloniam Flauiam primā in Cæ-

sueton. in
Vespasia-
no cap. 17.
c. 18.

Plin. lib.
5. cap. 13.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 147
saream deduxit, quam olim honori Cæsaris Herodes extruxerat. Romæ præterea fuisse templum genti Flauix dedicatum Martialis non vno in loco testificatur, quod à Domitiano ædificatum putem. ut cum ait huius Deos esse debitores pro iis quæ accepissent, nec soluendo fore si res petat Cæsar:

*Quid loquar Alciden, Phœbūmque, piōsq; Laconas?
Addita quid Latio Flauia templa polo?*

& alibi:

*Iuppiter Idæi risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flauia templa poli.*

Verisimile quippè est Domitianum nefandis criminibus spurcatum elui curasse fanorum molitionibus. Nam callidæ fuit crudelitatis, ita vt lenitatem tum maximè simularet, cum erat cruciatur⁹ aliquos. Fratris quoque Titi Imperatoris mortem accelerasse traditur, quo vno nihil clementius fuit, nihil generosius: vt qui Vesuuij montis clade attritos magnoperè consolatus est, & facultatibus adiunxit: quoniam per autumnum Vesuuius iuxta Neapolim ad mare vergēs largos ignis fontes emisit vndique, vertice interim vites & arbores retinente. Dion refert, aërem cinere ac pumicibus oppletum, flammisque stridentibus, & solem obscuratum latissimè. Id genus spectaculi dum Plinius auunculus viseret curiosius, spiritu caligine obstructo, & stomacho, qui illi natura inualidus erat, obcluso, illæso corpore, dormienti similis interiit. Secura Titi mors vehementer cunctos publicè non secus atque

lib. 9.
Epiqr.

Plinius
nepos, lib.
6. Epistol.

in domestico luctu mœrentes auxit. Præuidebant, opinor, Domitiani deprauatam licentia & dominatu acerbo mentem nihil tutum portendere, præsertim redintegrato Neronis in Christianos odio & supplicio, Ioannem Apostolum in insulam Patmon relegauit, vbi cœlestes recessus perscrutans, Apocalypsin tranquillè scripsit, tanquam in libero diuinitatis domicilio. Postmodùm verò reuocatus, mactato intra palatium Domitiano, Parthenij & Stephani coniuratione, & Nerua imperium adepto, qui exules edicto reduxit, & religionis prætextu accusationes istitui vetuit: quarum tædio iam Domitianus se affectum professus erat, maximè tum, cùm in Galliam expeditionem suscepit præter omnium amicorum voluntatem, minimum necessariam admonentium, etiam præter ariolorum prædictiones, tum Latino-
28. & 21.
24. lib. 3. hist. Eccl. cap. 21.
Sueton. in Domit. cap. 2.
In dist. 9. de Cæsaribus
Nicoph. hist. li. 4. cap. 16.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 148
 da celeberrima, athleticæ cœlestis præmium optantibus pro stadio proponerentur, vt cursu, sudore ac sanguine illud acquirerent. Quòd si Domitianus, qui Imperatorum primus Dominum se appellari tam libenter tulit, legibus seruire maluisset, Gallias sub ditione faciliùs retinuisset. Armis quidem regna acquiri possunt, sed non nisi iustitia retineri. Exemplo esse illi potuit Nero, qui dum se comem & æquū præbuit, tantisper Gallos obedientes inuenit: adeò
Joseph. de bell. iudaico, lib. 2. cap. 16.
 utique, vt Rex Agrippa Iudeis persuasurus, ne à Romanis desciscerent, nè temerè rebellarent, tunc demonstrarit Gallos, qui antea per octoginta annos animosè pro libertate pugnassent contra Romanos, tandem horruisse eorum coniunctam virtuti felicitatem, qua hi plura plerumque quàm bellis obtinuisset: denique sub mille & ducentis militibus illos pacatè obedisse, qui ferè plures ciuitates haberet. At simul atque Nero apertè sæuire perrexit, audaciùs ipsi vt naturæ portento nulla virtute redimendo restiterunt: ne postea vnquam pristino obsequio rediti leguntur vbique. Nam & Vespasiano imperante
xiphil. in Vespasiano.
 Iulius Sabinus, qui in Lingonibus principatum tenebat, quòd se Iulio Cæsare prognatum diceret, magnum comparauit exercitum, omnem contra Romanos lapidem mouens: sed aliquot præliis victus rus abiit. Ibi nouem annos in specu delituit: ita rumor pertulit interiisse eum. Rursus docuit se damno Romanorum viuere, Germanis in illos concitatis, & cæde tanta vtrinque facta, vt fluminis cærsus retine-

retur. Et quamuis sedari tantam tempestatem Vespasianus pro sua prudentia curauerit, tamen nunquam desiere Gallię aliqua ex parte deficere, & excutere iugum, vt suo loco ostendemus: necnon adiciemus Romam ipsam & totam Italiam simul præde fuisse Gallis, Hispanis, Germanis, Gothis, Sarracenis, aliisque immanibus nationibus: adeo vt Italia planè mihi videatur Saturnalia celebrasse: non tam quia mense Decembri septem diebus læti Itali epulas exercebant, & quod

- mos traditus illinc

Iste, vt cum dominis famuli epulentur ibidem,

Macrob.
lib. 1. Saturn.
cap. 7. & 10.

vt L. Accius in Annalibus dixit, sed quod suis mancipiis omninò seruerint, magna volubilitate humane fortis.

Platina
in Leone
3.

CERTÉ Carolus Magnus potitus est Imperio totius Italię, & Romę conclamatus Cęsar Augustus assensione Rom. Põtificis Leonis tertij & populi, qui libertatem penè nactus credebatur mutato domino, & recens eo quaesito, cui propter maiestatem, clementiam, & industriam, nec Brutus paruissè dedignaretur. Quinetiam vnà cum patre Carolo filius Pipinus Rex Italię designatus est solenni decreto, & fausta ominatione, nec vana, si modò diuturnum bonum præfagisset. Nam Pipinus vixdum Imperio mõstratus cęlo delituit, suffecto per Carolum Bernardo illius filio, indolem paternam, & propterea Italici regni titulum præferente. Sed auspicia regni prosperè inchoata in tyrannidem luxarunt, in tantum elato Bernardo, vt in auum insurgeret: Italię limi-

Anno-
nina li. 4.
cap. 99.
& 103.
105.

tes

tes seruari iuberet: & Galliam inuasurus crederetur, persuasus à nonnullis tum Insubribus, tum Germanis, quos Carolus pessimè multatos dimisit. Bernardo supplici ingnouit, maximè ne propter domesticam controuersiam Italis ansa rebellandi præberetur. Interim admonens Ludouicum filium, vt sibi à Bernardo vtunque timeret, & præ oculis haberet exitum Regis Agathoclis, qui spe ampliandi regni è sua Sicilia in Italiam traiecerat, mox regredi coactus vi morbi exitialis, vidit & luxit bellum inter filium & nepotem sibi quasi mortui regnum vendicantem, ac filio occiso omnia occupantem: ita vt Agathocles vxorem Theogenam & genitos ex illa paruulos duos cum omni pecunia & regali istrumento Ægyptum, vnde vxorem acceperat, furtim remittere coactus fuerit, non sine lachrymis, & Regis morte consecuta. Vnde Pyrrho & Carthaginensibus materia occupandæ Siciliæ quaesita est, incolis parricidio vehementer infensus. Magnum pondus apud Ludouicum habuit patris cohortatio. Nam indeptus regnū, confestim Bernardum ad se euocauit, & morem gentem in clientelam recepit tam benignè, vt magnis muneribus cumulatam in Italiam remisit. vbi diuitiis & simulatione plenus Bernardus, conscio Pręfule Mediolanensi & aliquot æquè impiis, rursus Galliam bello tentauit coacto exercitu. Quem vixdum Alpes transgressum Ludouicus Pius Augustus fudit: Lotarium filium Regem Italię præfecit: oculis, quibus malè Galliam inspexerat, Bernardum oc-

Justin.
lib. 23.

Anno-
nina li. 5.
cap. 10.

pp

Nic. Gil- bari iussit, & vnà conscios perduellionis. Poena certè
 lum in Lu- dignior extitit Bernardi cōsanguinei flagitio, quàm
 dauocpio, tanti Regis mansuetudine. Sed id Galliæ optimates
 & P. M. decreuerāt, ne Bernardus regio fanguine clarus mo-
 milius. reretur, sed magis luminibus orbatu, reus tanti scœ-
 leris viueret, aut veriùs diutissimè interiret: cùm in
 l. Quif- læsæ maiestatis crimine poenæ exacerbentur, & vltra
 quis. §. i. legum regulas sese exerant. Alioquin profectò ex-
 C. ad leg. cæcatio barbarum esset supplicium, si Constantino
 xul. ma- Casari assentimur, qui sanctissimo rescripto faciem
 iest. ad similitudinē cœlestis pulchritudinis efformatam
 l. si quis in propter delictum vllum maculari vetuit. Sanè vel
 Cod. de ob vnum oculum hominis facies cœlestem refert
 pen. pulchritudinem, teste Galenò: qui ait, Soli maximè
 lib. 3. de comparari oculum, organum lucidissimum, & me-
 usu part. dia ferè in facie situm, sicut & Solem: quem si vbi
 corp. hum est Luna posueris, combures omnia: si verò superiùs
 in Pyroëntis regione, nullam terræ oram præ frigo-
 re habitabilem habeas. Obtinuit tamen Bernardus,
 vt non stylo sicut cateris oculi sibi effoderentur,
 sed aurea pelui Solis radiis intentissimè aspectis op-
 posita, vt saltem regio luxu torqueretur: sicut He-
 liogabalus præuidēs se Imperatorem Romano pop-
 inuisum, intortos serico & cocco parauit funes, qui-
 bus, si necesse esset, vitam finiret: & gladios aureos,
 quibus se occideret, & venena in smaragdis & hia-
 cynthi: mortem pretiosam etiam suam oportere
 esse dicens, quæ illi contigit sordidissima, per scurras
 in cloacas tracto, & in Tyberim demisso. Cæterum

*Aelium
 Lampri-
 dius in
 eius vita.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 150
 Democritus, qui sua sponte se oculis priuauit,

- clypeum

Constituit contra exortum Hyperionis, oculos

Effodere vt possit splendore aereo,

vt dixit Laberius: quia existimaret cogitationes cõ-
 mentationesque animi sui in contemplandis natura *A. Gel. lib. 10. cap. 17.*
 rationibus vegetiores & exactiores fore, nec videndi
 illecebris distrahi posse. Sed vix est vt credam Phi-
 losophum, naturæ arcana scrutantem, cœlestiũ re-
 rum obtutum sibi ademisse, ac se factum tantæ im-
 becillitatis, vt delinimenta voluptatum prudentia
 vitare nequiverit. Atqui Bernardus, vt Oedipus ille
 tragicus, tandem excæcatus in nocte perpetua,

*seneca in
 Oedipo.*

Violentus, audax, mutus, iratus, ferox,

Tantum cruentus gemuit, & dirum fremens

Manus in ora torfit: at contra truces

Oculi steterunt: & suam intenti manum

Vltro insequuntur.

Adeò enim totum exe-
 crationibus impleuit palatium, vt eum morti quam
 optabat, dedere oportuerit, indignantem, & Italiæ
 delicias requirentem, potissimum Mediolanensis
 agri & opidi, ad quod oratio nostra reducit. nam
 tanquam in vehiculo dormientes multum itineris
 confecimus, plus equidem quàm constitueramus.

PROMISSIS itaque standum nobis est, & aper-
 tè demonstrandum, non modò Mediolanum, sed
 etiam celeberrimas quasque Italiæ totius vrbes, &
 opida, vicos etiam, à Gallis victoribus primùm ex-
 tructa fuisse: & Gallos trans Alpes rebus feliciter

gestis aliter longè fecisse quàm Cæsarem, qui citra easdem multa obsedit, cõcussit, vastauit: adegit quoque Vercingetorigem, vt Biturigum amplius xx. vrbes vno die incenderet, vt Romani commeatu & pabulatione prohiberentur: ne vel his essent ad copiã & prædam tollendam receptacula, vel Gallis ad militiam detrectandam. Sanè verò Galli expulsis Italiae colonis desidibus, maximè Tuscis, Mediolanum cõdiderunt: præterea Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentũ, & vt Iustino placet, Vincentiam, vt nobis, Florentiam & Venetias, præcipua Italiae ac fermè sola ornamenta. Sed Iustinus de iis Gallis loquitur, qui Brenno duce post captam Romam, & Romanis mox venditam, aliò perrexerunt. Titus verò Liuius ducentis antè annis Gallos Bellouesi Biturigis auspiciis Alpium altitudinem impauidos primùm transisse tradit, & iuncta cælo iuga spreuisse, descendisèque in agrum Ticino fluuiio propinquum: cùmque audissent appellari Insubriũ agrum, valde gauisos, quoniam Hedui cognominè in Gallia pagum haberent: ideòque vrbem Mediolanum posuisse. Annonius apertè tradit, sua ætate Magdunum castrum appellatum, quod olim Mediolanense diceretur, ditionis Biturigum Gallorũ. At M. Cato Olanum prius fuisse dictum commemorat à Tuscorum Duce: inde ab Insubrium Duce nomine Medo Mediolanum. Ita in tenebris tantæ vetustatis caligant auctores, licet si quis ingenij lucem adhibuerit, satis conueniant. Nam priore illo in Italiam transitu,

Cæsar lib. 7. de bello Gallico.

Lib. 20. in Trogum.

Decad. 5. lib. 1.

lib. 3. c. 5.

In fragm. originum.

Rege Romanorũ Tarquinio Prisco, Olanus inclytus dux Bellouesum cum non paucis cohortibus secutus, vicũ tantummodò molitus est. Postea cùm Brennus denuò Alpes traiecisset, nec multis adeò post annis, Medus oblectatus aëris temperie, & spontanea territorij fœcunditate, ac maximè quòd vici fundamèta Galli pridem iecissent, mœnibus cinxit. Cuius rei mihi adest testis Strabo, Mediolanũ Insubrium *Lib. 5.* metropolim vocans. *πάλαι μὲν κώμην, ἄπαντες γὰρ ἔφησαν Geographοὶ καμινδόντιν ἢ ἄξιόλορον πόλιν.* id est, olim quidem vicum fuisse, post dignissimam ciuitatem, cùm vicatim habitare desitum. Nam quod M. Cato Olanum scribit cum Orobiis coloniis incertæ originis ibi insedisse, Cornelium Alexãdram fefellit, qui Græcam eorum *vide Plin. lib. 3. cap. 17.* putauit originem, interpretatione nominis, in montibus viuentium. Quinimò fuere Galli, quorum perantiquus sermo Græcus extitit, vt refert Cæsar: & quos vulgus nouè ex Alpibus descendentes in ipsarum conuallibus degere arbitrabatur. Nec dubium est quin Galli religioni Deũm impensè addicti, fanis eam ciuitatem decorauerint: potissimùm tẽplo, quod deinde lustratum, in Christianum ritum feliciter transiit. Hebdomon vocat illud Sozomenus, *lib. 7. cap. 24.* in quo Theodosius magnus victo Eugenio in Alpium tractu, vbi se Augustũ fore temerè persuaserat, orans Deum obnixè, audiuit Dæmonem Ioanni Baptistæ conuiciantem, & amputatum caput exprobrantem, subiecta huiusmodi exclamatione: Tu me vincis, & meo insidiaris exercitui. Paulò antè etenim Theo-

dofius ei Diuo ædem dedicarat, qui Christi lumini
Solis radiis splendidiori velut Luciferi stella prelu-
xerat. Quòd verò Mediolanum Galli muris ornaue-
rint, Claudianus testatur:

In lib. de
nuptiis
Honorij
& Ma-
riae.

*Iam Ligurum terris spumantia pectora Triton
Appulerat, lassosq; fretis extenderat orbes.
Continuo sublime volans ad mœnia Gallis
Condita lanigera suis ostentantia pellem
Peruenit*

Antiquitus enim Mediolanensia
insignia lanatam suam prætulere. sed marem posuit
Sidonius:

lib. 7.
Epist. cap.
37.

*Rura paludicola temnis populosa Raennæ,
Et quæ lanigero de sue nomen habet.
Angulus iste placet,*

Planè nescio etiam quo fato conditoris pariter no-
men in lanam definit, & lanificio vrbs ipsa nobilis
habetur. Sciendum verò est, Gallis, cum primùm in
Insubrium solum peruenissent, fessis de molesto &
decliu montium itinere, in planitie amœna suam
lanatam & molli canitie mirabilem apparuisse: quo
ostento mirificè lætati sunt: non minus proculdu-
biò quàm Argonautè comperto ariete aurei velleris.
Itaque suam deprehensam detracta cute Diis conse-
crarunt veteri ritu, cum parcebatur pecoribus:

omn. lib.
6. Fastor.

*Et præter pennas nihil in pavone placebat,
Nec tellus captas miserat ante feras.
Suis erat in pretio: cæsa sue festa colebant.*

vt liqueat non aprum ferum vel cicurem, sed suam
vulgaribus mitiorem, non procul ab Ticino flumi-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 152
ne visam à volutabris lutòque abhorrentem. Talem
opinor optasset videre Æneas, cum ei Helenus vates
in Græcia sic dixisset:

lib. 3.
Æneid.

*Quum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
Lutoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Albo solo recubans: albi circum vbera nati.
Is locus vrbs erit, requies ea certa laborum.*

Eam inuentam in Tyberis ostio, vt idem poëta alibi
retulit, Æneas ipse

lib. 8.

Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad aram.

& quam primùm Lauinium opidum extruxit, Hele-
ni Troiani prædictioni fidēs, & laborum metam ex-
pectans: vel ob Troiæ memoriam. quia, vt inquit
Messala Orator, Italicè vulgò sus, Troia dicitur. Tan-
ti fecere postmodum Mediolani nomen Galli & fi-
nitimæ nationes, vt cum partim in Galliam reuertif-
sent, opida eiusdem appellationis quædam cõdide-
runt: præsertim Santonum præcipuam vrbs ad
Oceanum vergentem, inter Aquitanas maxima ex
parte arenosam, in agro tenui milio magis quàm
frumento abundante. Ab Strabone & Ptolemæo
μεδιολάνιον nuncupatur. Sed & à Ligeri fluuio ad
Sequanam, Eburonicum ciuitas itidem Mediolanū
fuit iuxta Nortmanos. Procopius est autor Medio-
lanum Insubrium cæteras Italiæ vrbes magnitudine
hominum numero & bonorum copia facile supe-
rassè: & tum fuisse propugnaculum Romanorum
aduersus Germanos, & gentes barbaras: sed expu-

In lib. de
progenie
Augusti.

Ptolem.
lib. 2. in
Gallia si-

tu.
lib. 2. de
bello
Gothor.

* *Anna*
salutis
540. gnatum Vraia duce à Gothis,* & solo æquatam, tri-
ginta virorum milibus necatis sine ætatis delectu:
fœminas Burgundionibus fociis dono datas, & in
feruitutē abductas, Iustiniani ducibus dissidio mu-
tuo laborātibus eam cladem omnes acceptam retu-
lere. Nam nec opitulari vrbi obsessę voluere, cū
possent, nec cū vellent, potuere. Gepides insuper
Sirmium & alias Dalmatiæ vrbes magna ex parte
occuparunt: quas nuperrimè Iustinianus Imperator
recepit. quin & captiuos plerosque & prædam
multam extorfere Romano Imperio. Quocirca Im-
perator, vt vndique incurfantibus hostibus obuia-
ret, Longobardos acciuit Morico vrbe, è Pannonia,
& è propriis eorum sedibus, nempe ex vltima Ger-
mania post Sueuos Septentrionem versus, teste Pto-
lemęo. Sanè vsque ad medium Albis fluuij Langob-
ardos vocat Cornel. Tacitus, vbi nobilissimos Sue-
uorum Semnones memorat, centum pagis habitan-
tes: contrà, inquit, Langobardis paucitas nobilitatē
que: quòd plurimis ac valentissimis nationibus cin-
cti, non per obsequium, sed præliis & periclitando
tuti sunt. hi verò, vt idem Procopius tradit, cum A-
malfrida Romanorum duce Gepidas prælio cruen-
to superarunt: quo peractò Abduinus Longobar-
dorum princeps nunciari Iustiniano felicem rerum
exitum curauit, ac queri, quòd haudquaquam ex fœ-
dere Romanorum exercitus in tempore adfuisset, cū
aliàs ipse suæ gentis immensam multitudinem mili-
taturam aduersus Gothos ad Narsetem opportunè
misisset.

Procop.
lib. 3. de
bell. Goth.

In lib. de
moribus
German.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 153
misisset. Narsetes verò eunuchus, regiæ pecunię cu-
stos, vir fuit acerrimi ingenij, & rebus gerendis ac-
commodatior quàm ferret naturæ conditio: multū-
que apud Iustinianum gratia & potentia valebat: ita
vt aulæ præesset gubernandæ, & consiliorum parti-
ceps fieret: & ad Deum victorias suas libenter refer-
ret, eam maximè, quam obtinuit in Gothos vrbe
Roma potitos, Teiæ Regis auspiciis, quarto & vige-
simo Imperij Iustiniani anno. Ad quem clauēs vrbis
Byzantium misit, & literas, significans quanta vi ex-
trahi hostes oportuisset, fretos mole Adriani Casã-
ris in præsidij formam redacta, ad quod pristinę vir-
tutis immemores, destitutis mœnibus confugerant.
At ea moles sepulchrum fuerat Adriani, operose e-
laboratum summa artificum industria, ex marmore
Pario: in cuius fastigio area latissima, ponte ad alte-
ram Tyberis ripam peruiò itinere, vrbis mœnia res-
piciebat. Sed in ea oppugnatione egregios statua-
riorum labores, militum siue imperitia, siue impro-
bitas, absumpsit: dum proicere mauult ruderum
vice dignas Promothei furtiuis flãmibus statuas. Nam
& præcipites ipsæ eruditæ viris angi & lugere, tum
calamitatem Romanam, tum miras artificum manus,
videbantur: simul mœrente Narsete antiquitatem
venerabundo, & lugubri latitia victoriam profe-
quente, ac verè confitente Mausolea & monumenta
marmorea violentiæ temporis prolixo cedere, solas
litteras resistere: optassetque libenter Totilam viuere,
ne immortalitate digna opera ausu sacrilego inter-

Leonard.
Aretin.
lib. 2. de
bello con-
tra Goth.
et Pro-
cop. lib. 3.

iissent. Nam ante Teiam Totilas Rex Gothorū plau-
 sibilis extiterat, iustissimus & idem strenuissimus, vt
Procop. li.
3. de bello
Goth. qui militem suorum non vltimum ob vitiatam vir-
 ginem morte affecit, & bona eius vim passæ addixit,
 nec exorari potuit, vt secus faceret. Roma mox ex-
 pugnata, victos ciues potiùs patris humanitate quã
 victoris crudelitate tractauit, varietatis humanę re-
 cordatione: quam ipse postea sensit, cum à Narsete
 Iustiniani duce occisus est: vel certè illius à Longo-
 bardis auxiliaribus adiuti auspiciis. Nam fugientem
 Totilam Asbadus Gepes telo letali vulnerauit, cum
 Gothis annos vndecim præfuisset: vnde paulopòst
 obiit tanto Romanorum gaudio, vt tumulto effo-
 sum & elatum primores inspectauerint an Totilas
 esset, mox iubente Narsete reposuerint. Ferunt verò
 Benedictum, magnę sanctimonię virum, in Cassino
 monte lare tenui degentem, aliquando admonuisse
Annon.
lib. 2. cap.
23. Totilam, qui pessimis temporibus sat bonus esse au-
 deret, ne in Christianos sæuiret, ne successibus pro-
 speris supra modum exultaret. quod vt commodiùs
 potuit efferatę gentis dux, obseruauit: adeò vt non
 magis armis quàm pietate singulari à Narsete supe-
 ratus censeatur, qui contrà hostibus formidolosus
 erat, & victis clementissimus. Recepta quoque Roma
 Pelagium Pontificem conuenit, vt supplicationes
 Deo pro victoria decernerentur. Urbem instaurari
 curauit. Instituit etiam ne sacerdotia pretio ambitu-
 ve darentur. At Longobardos magnis præmiis onu-
 stos domum remisit, quorum cõmuni ope Gothos,

platina
in Pella-
gio.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 154
 qui diutissimè Italiam post Theodericum Magnum
 tenuerant, deleuerat, * Francorum quodammodò * Anno
555. augurio & prædictione. Nam Totilas vrbe Rom.
 potitus, vt non solùm fortunę munere, sed etiam ne-
 cessitudine claresceret, Legatos, vt refert Procopius,
 ad Francorum Regem deprecatum miserat, vt sibi I-
 talia Regi filiam matrimonio daret. Aliquandiu de
 ea postulatione dubitatum fuit à Gallia proceribus,
 vtrum fastidienda an amplectenda esset: præsertim
 cum M. Antonius scripserit Augustum Cæsarem
 Cotisoni Getarum Regi filiam Iuliam despondisse, Sueton. in
Ostasio
cap. 63. & inuicem Regis filiam vxorem petiisse. Accedebat
 quòd Theodericus, qui primus Gothorum, Zenone
 Constantinopolitano opitulante, Gothicum in Ita-
 lia regnum fundauerat, itidem à Clodoueo, quem
 Iornandes *Lodoiu* vocat, Gallorum Rege, filiam An-
 desledam legatis flagitantibus petierat, & exorarat. Lib. reris
Goticarum.
 Multum hortabatur paternum præiudicium, vt Clo-
 tarius Clotosindam similiter Totilę rebus bene ge-
 stis concederet, vt cui orbis terrarum caput, & vt ait
 Martialis,

*Terrarum dea, gentiumque Roma,
 Cui par est nihil, & nihil secundum,*

coacta fuisset ceruicem submittere: Lucani, Brutij,
 Calabri, deditioem fecerant: omnẽsque Italia populi
 terrore partim Totilæ, partim comitatę eiusdẽ,
 parituri videbantur. Sed obtinuit contraria senten-
 tia, commemorato Romæ tantisper domitæ fato:
 quæ à Brenno pridem victa & incensa, multum ne-

Lib. 12.
Epiqr.

gotij Gallis exhibuit: Cum prostrata & iacente adhuc est luctandum, ut post suo periculo Totilas apud Brixellum expertus est. Huius itaque Legatis responsum est, Romam quidem victam, non verò Romanum populum: proinde nuptiarum conditionem respuendam. Tamen Clotarius Clotosindam à variis precis illustribus vndique petitam, Alboino non abnegavit, Aldoini Langobardorum Imperatoris filio, qui nuper Turisendum Gepidarum Regem fuderat, extincto Turismando eius filio, & sanguine ac præda hostili decorus redierat: & primus Longobardorum genti obscure addiderat lucem: necnon Christi religioni ipsemet nomen dederat, ab ipsa Clotosinda persuasus. Nam cum Papiam diu oppugnasset, iam ingressuro patente porta equus omen dedit extemplo prolapsus, ut ad surgendum nullo modo concitari posset: Is casus in religionem versus est: ita ut à cæde Christianorum temperaturum se voueret, quos antè trucidare decreuerat: aduersus optimæ coniugis cotidianas persuasiones & preces: qua defuncta Rosmundam Gepidarum Rege genitam duxit, cuius dudum patrem iusto Marte peremerat: à qua vltice paternæ necis vicissim ipse necatus est, Helmechimi moechi infidiis. Sed & Helmechimum auferre constituit, ut est semper iniquis mens cõscia sibi diri facinoris, & iugiter flagris furdibus vapulat. Itaque huic è balneo egredienti blandiens, poculum mortiferum pro salubri porrexit: Fraude detecta, reliquum veneni in patera mulierè

*Ammonius
li. 3. c. 17.*

haurire moriturus coëgit tristi solatio. ad eò verum est quod dixit Theodectes, vxorem viro vel bonum esse dæmonem, vel contrarium: ut Alboinus vir prudentiæ & industriæ incomparabilis in Gallica vxore & Gepide mox tentauit, cum triennio vel paulò plus Longobardis imperasset, & Italiæ regionem Gallis finitimam inuasisset, ac possedisset, vnius mulierculæ non prorfus malæ, impulsu: quæ dum virum nunquam satis probatum Narsetem lacessit, & reicit, exteros præter opinionem auxit, & illexit. Cum enim triginta octo annos & octo menses Iustina-^{Nicep. li. histor. 17. cap. 31.} nus Reipublicæ salutaris princeps imperasset magno Barbarorum dispendio, tunc suorum ingenti luce orbi subtractus est, dato successore Iustino consobrino purpura dignissimo, & qui alioquin pedibus agris & valetudine nutante affectus, Persis vectigales Romanos habetibus bellum indixit, & ad æquas pacis conditiones sublato tributo compulit: Tiberium excubitorum Comitem Cæsarem adoptione designauit, & optimis præceptis ad inopum subuentionem, & delinquentium coercitionem, cum sobole careret, instruxit: & ad obsequium Imperatrici Sophiæ præstandum, quam Iustinus iustissimis de causis peramabat supra coniugalem affectionem. Nam & ipsa misericors debitores facultatibus labentes ære alieno sponte liberauerat, syngraphis pecunia soluta restituta: & nullum humanitatis genus prætermiserat in ciues aut aduenas. Vnde Iustinus Constantinopoli portum ac regiam Sophiæ nomine molitus

*Zonaras
lib. 3. in
Iustino.*

est, quam *ἁγία ἀγάθη* Agathius poeta appellauit, vel ob aureas loricationes, vel ob reliquam magnificentiam. In huiusmodi tranquillitate Imperio sito obortum est vehemens dissidium agitante inuidia, & folles incendio admouente: cum multi instillarent Iustini ac Sophiae auribus, indignum esse Romanis ac Graecis Narseti nec viro nec foeminae parere: qui humili fortuna & chartis poliendis eductus, in Patritium & sublimes honores ac diuitias sese extulisset, & toti Italiae praesert, viris leges dare consuetae. Tum Iustinus Longinum Narseti subrogat, Italia decedere iusso. Additum Sophiae ludibriū, Narseti, quod Eunuchus esset, iubentis vt sedulo Constantinopolim veniret in gynaeceum, pensa cum puellis partituum. Tum ille, Minimè, inquit, eundem est: sed talem hic ordiar telam, qualem Sophia, quoad viuet, detexere non poterit. Confestimq; per Legatos è Pannonia Longobardos accersuit, ostentata Italiae foecunditate. Qui dicto audientes, in magno numero venire, & ita radices egere, vt euellere, nemo potuerit: quamuis Mauritius Imperator, Tiberij successor amabilis, omnem mouerit lapidem, vt eos abigeret: quasi telam Narsetis candido stamine à Parcis contextam honori Longobardorum fauentibus effringeret. quippè qui per nuncios egit, vt Childebertus Francorum Rex trans Alpes Longobardos exterminatum iret, & quinquaginta milium solidorum stipendium acciperet. quos aureos fuisse ex Iurifconsultis patet, qui solido & aureo pro-

*Paul. Dia
con. li. 18.
ser. Rom.*

*idem Dia
con. &
Annon. li
3. cap. 37.
& 38.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 156
miscuè in multando vtuntur. Itaque crebris Mauri-
tij literis prouocatus Childebertus mouit in Longo-
bardos: sed ab ipsis mitigatus, eò lubentius cum iis
foedus iniuit, quod seditione Germanorum militum
aduersus Gallos distrahebatur exercitus in vna atq;
altera expeditione. Sunt qui existiment Childeber-
tum pretio magis quàm prece mansuefactum: Alij,
quod honorificum sibi duxerit à gente vulgarem fe-
rociam superante metui. Quid si eam domitum iri à
à Carolo Magno coelites statuerat, qui Desyderium
Regem Hadriano Pontifici Rom. insultantem, & si-
nibus suis nunquam satiatum cohibuit, & fregit: &
Papie obsessum cepit, & Lugdunum in Galliam mi-
ti exilio relegauit? Tunc Adalgisus desyderij filius
deploratis in rebus in Graeciam ad Constantinum
Imperatorem confugiens, Patritij dignitate ornatus
consenuit, quando regalem fortunam noménque
Longobardi amiserant, & praefecti eorum Vicecomi-
tes coeperant nominari, & moderatius Mediola-
nensem urbem regere, ac longè beatius degere: adeò
iustitiae comes est felicitas, vt non immeritò veteres
in Aстреа virginis dextra spicam triticeam posue-
rint. Post Carolum verò Foedericus Aenobarbus Ce-
sar Langobardorum res vehementer attriuerat, quo-
niam Alexandro Pontifici impensius fauissent, &
extulissent inuito se electum, sed ita vulgò gratio-
sum, vt Insubres ciuitatem Alexandriam ad Tarum
annem condiderint electo cognominem iugi labo-
re & impendio quàm maximo: animoque in tantum

*l. ff. de
in ius voc.
Gloss.*

*Platinain
Hadria-
no. 1. 776.
Annon.
lib. 4. ca.
70.*

grato, vt Dinocratem illum architectum optarent, qui nudus & oleo perunctus, populea fronde coronatus, leonina pelle humerum laeuum tegens, dextrâq; clauâ tenens, coram Alexandro Magno ius dicenti pro tribunali stetit, ac formaturum se Athon montem, Thraciæ Macedoniæque finitimū qui hodie Sanctus vocatur, promisit in statuæ virilis figuram, quæ sinistra amplissimâ ciuitatem teneret, dextrâ pateram excepturam fluminum eius môtis aquas, vt deinde in mare profunderentur. Delectauit magnitudo animi & Dinocratis peritia Regē: sed cū comperisset agrum proximum alendæ coloniæ vix suffecturum, sustinuit molendi operis desiderium, quoad in Ægyptum peruenisset, vbi iuxta Nilum in campis feracibus emporium egregium Alexandriâ constituit, tanto noua hac Insubrili splendidiorem, quanto à celebriore Principe nomen habuit. Quinetiam noua in inuidiam clarissimi Cæsaris extructa fuit, qui pacis & bellorum tempori accommodatissimus, edicta posteris reliquit pulcherrima aduersus pacis violatores, ad tuitionem proborum hominū, & sceleratorum euerfionem: quæ etiamnum Galli pro legibus obseruare non dedignantur. Certè hic non infusus princeps nimium falsè mihi pupugisse videtur Pontificem. Cū enim audiisset urbem illius honori dicatam, æmulatione factionis magis quàm pro meritis, Non miror, inquit, asino viuenti & feroci hoc tributum, cum Magnus Alexander Bucephalo emortuo ad Hydaspem fluuium similiter

*Virruuium
lib. 2. in
presat.*

*In vtro-
que tit. de
pace tenē-
da. in fin.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 137
ter ex equi nomine mœnia colonôsq; collocarit. Ceterum Fridericus subuerso funditus Mediolano, ciues iureiurando adegit, vt denuò id incolentes mœnibus ne cingerent. Sed ipsi victorem lepido commento eluserunt, fossa circumducta se munientes: deinde Manuelis Comneni Byzantini Cæsaris auxilio freti, mœnia instaurarunt, vt Nicetas perhibuit. Atqui Vvenceslaus Boëmus, qui longè post imperauit ignauè & corruptissimè, Ioan. Galeacium sæuitiæ insignis hominem è Vicecomite in Ducem Mediolanensium primò euexit. * lege dicta, vt in Romani Imperij clientela Ducatus foret. Nec sine multis auri talentis accreuisse fertur nobilitas Galeacio victoria recenti elato, quòd in suburbiis Alexandriæ Florentinos fuderat, vulnerato mortiferè Comite Armeniaco Gallo, qui opem Florentinis animosius quàm feliciter attulerat. Inde finitimas ciuitates complures Ducatui adiecit: arcem Papiensem extruxit. nam arx Mediolanensis, quæ non nisi cœlestem hostem, aurumque, vt turris Danaës, metuere fertur, arx Iouis quoque nuncupata antiquitus, multò post à Francisco Sphortia Duce illustri condita est. Tandem denique factus est apud omnes Europæ nationes Galeacius, vt nemo regum eius affinitatem sperneret: tametsi Ioannem maiorem natu filium reliquit Imperij successorem degenerem, erga omnes, maxime erga matrem, acerbum & impium. Proinde, vt cum Homero loquar, *μνηστέδιος δὲ οὐκ ἄνδρ.* id est, breui illi fuit æuum. nam breui à famulis mactatus est,

*Anno
1380.*

*Platina
in Bonifacio ix.*

*Rosar. Ludouici xi.
in Ludouic. xij.*

liad. 4.

superstite Philippo fratre, cui nupsit Sabaudi Ducis filia. Caterum vtriusque soror Valentina Galeacia sortita virum est sublinem Ludouicum Aureliani Ducem, Caroli quinti Gallorum Regis filium, & sexti fratrem Hinc sibi Galli Mediolanensem ditio- nem vendicarunt, Philippo sine iusta sobole mor- tuo. Nam Agnes Mayna, Iasonis illius Mayni legum interpretis Mediolanensis, vix ciuitate sua minoris, necessaria, qui propter perspicuitatem & copiam in omnes gentium oras, annosque plenis glorie alis extolletur, Philippi neutiquam vxor fuit, sed pellex thori: ideoque Blanca ex eo concubitu edita, à paterna tanti splendoris & momenti successione, tãquam notha repellabatur, vt amitã Valentinae cederet. Sed cum Francisco Sphortie nupsisset, domi militiãque admirabili, quiq̃ue Venetas copias prospere & prudenter ductasset, magnam fecit controuersiam: quamuis illi probro genus tam esset, quàm quidam scelesti generi infausti sunt. Scripsit namque Cuminus, sutore parente genitum in tenui vico Cõ-
In Carolo vij. cap. 6.
 tignolo, tam magno pectore editũ, vt id Gallo Principi fortiter opponeret. Nec non Alphonsus Neapolitanus Rex, tanquam testamentarius Philippi heres. Non profecto auidius Græci cum Troianis pro-
Iliad. 17.
 corpore Patrocli necati dimicauerunt, dum ad se quiq̃ue trahere nititur, quàm est de Philippi Ducatu. Et ne quid deesset iurgio, accessit quartò Fridericus III. Maximiliani pater, Imperator, qui beneficiario Philippo mortuo repetere Ducatum aueret,

quasi minimè scæmineum: aut quasi scilicet de regno Francorum disceptaretur, à quo scæminæ lege inue- terata arcentur, non alibi. At Alphonsus, qui in par- tibus erat, nullo furo commentum tegere valens, Sphortia studuit tandem, contra legis Longobar- dicæ & moris Mediolanensis nusquam non vsurpa- ti perspicuam definitionem, quæ ad feudum vel me- diocre (sic enim nobile beneficium vocant, à fide seu fœdere, & sacramento ratione militiæ potissimùm dato, propter obsequium quod Galli Græca origine Homagium * dicunt) non sine naturalibus tantum li-
 * *Homagium Gallicè, à Græco vero opúcio, id est, iuro. §. vlt. in Feud. per quos fiat inuestitu- ra. c. §. naturales tit. 26. lib. 2.*
 beros, licet masculos, peruenire: nec quidem si soli sint, vel si postea legitimi rescripto fortè Principis efficiantur. Adderem, si res integrè essent, pluscula, vt commodius possẽm, Gallis profutura. Referrem Sphortia Ioannem Galeatium Mariam aui materni cognomento successisse, huic Ioannem alterum no- uennem, postea Ludouicum Moreum, quem Ludouicus XI. Gallorum Rex debellauit, & captiuum in Galliam deduxit: vbi is qui impuberem Ducem circumscripsit, didicit tyrannidem honestas esse exequias. Tutelam enim pueri prætenu cognatio-
Philipp. Cuminus in Carolo vij. c. 3.
 nis gerens, monetam percussit sua & pupilli nota si- gnatam, & paulatim irrepit in Principatum: vt Tar- quinus Priscus Rom. Rex aduena, Anci liberorum tutor relictus, quibus regnum quasi iure adeptus in- tercepit. Non tacerem, quantum officio se Rex Gal- lus curauerit, vt opida centum propè annis Pontifi- cibus Romanis per Italiam subtracta, Iulio I. è Li-

guria progenito celerrimè restituerentur, & quomodo ingètes gratias egerit, & postmodùm innata caliditate nihil non egerit, vt Galli Italia pellerentur, & Mediolanum iniuria amitterent: & sanguini eorum non papercit, pro quibus sanguinem fundere debuisset, si quid humanitatis esse debet in Pontifice. sed hoc nemo frequentius arma exercuit: nec posuit gladium, nec citò condidit. Excusandus fortè, si cōtra benè merentes non vagina illum eduxisset, cūm D. Petri partibus insolens fungeretur.

CÆTERVM recentior est memoria Mediolani à Francisco I. Gallorum Rege recepti, quàm vt diffusius commemorari operæpretium sit, vel quomodo tela in hostes ipsemet torserit manu præstans militem, quanquam Principes alios fortissimos haberet, singulos exercitui temperando pares: potissimum Carolum Borbonium Comitem stabuli Gallici, & sanguine coniunctum, cuius ductu res magnas & fortunatas antè perfecerat, & quem Heluetij Martium fulgur vocabant: quòd quasi de cœlo coruscus exiliens, tum aeneis colubris ignem vomētibus, tum gladio candente, & denique insolitis viribus ad interuersionem ipsos fudisset. Atqui paulò post, vt sunt procliuēs hominum ad dissidia voluntates, præfracti vir animi, perire quàm præter quod sibi æquabile videretur, parere malens, è Gallia frendens discessit, paucorum instigatione, multorum damno: & qui abiens dicere videbatur illud Scipionis maioris post deuictam Carthaginem à Romanis infimulati, & vl-

trò exulantis: Ingrata patria, ne ossa quidem mea habebis. nisi quòd Scipio non nisi post fata hoc sepulchro verecundè incidi mandauit: ille verò patriam iactura & metu viuis pulsauit. Nam ad Carolum Quintum Cæsarem, Hispaniæq; Regem profugiens, iucundissimo aduentu ita recreauit, vt summa totius Hispanici exercitus ipsi cōcredita protinus fuerit: quo sedulo Massiliam, sed frustra, oppugnatum contendit: postea Mediolanum versus festinans, non pauca opida ad defectionem compulit, & præsidiiis communiuit. nam & tota belli moles cò translata fuerat Francisco Rege aduentante cum omni Gallica pube, & primoribus regni, ac multo auxiliari milite, ac fortè nimio. Nam numeri fiducia suasit, vt Io. Stuardum Albanicæ Ducem & Rentium cum decem peditum milibus & sexcentis equitibus Neapolim mitteret, vt defectionem vlciscerentur. Ita sunt sparsa Gallorum vires, quas refoueri oportuerat aduersus hostes rei militaris peritos, & quod potius est, aduersus ipsammet fortunam. quippè cūm Antonius Leria Papiam tueretur, neque vt dederet, adigi posset: & Borbonius ira & robore extimulatus duobus belli igniculis, seipso fortior appareret, fretus copiis ingentibus. Ediuerso Rex superiore in Mediolanum expeditione & victoria doctus hostem potius domare quàm formidare, fato ingenio: que loci, & Borbonij defectione percitus, & in iustā spem arrectus, patente in campo pugnam minimè detrectauit, flagrantibus Gallorum animis, faces

orationis crebro subdens, ut pristinae virtutis memores pro vita & gloria certarent. Verum cum Caesaris copia numerosiores aduersae aduersis acie obiecissent, & A. Leua Papiam a tergo erupisset cum multa Germanorum manu, dissipari cohortes Gallicas contigit: praesertim exteris trepidantibus, tanquam non pugnandi, sed fugiendi societatem iniuissent. Idcirco plures ante Ticino obruti sunt, qui suum nomen opido Papiensi communicat, a Gallis, Lewis
lib. 3. cap. 17. & Maricis primum condito, ut Plinius tradit. Debuerat itaque Gallorum praestantissimo Regi esse prosperius, cui cum fugisse tutum & utile extitisset, emori elegit, donec equus iam antea permutatus effoderetur, & ipse vix recognitus in hostium potestate veniret, * saeva hyeme. Fortasse praestitisset Regi feruente aestate Mediolanum oppugnare, praesertim Sole Cancrum caelestem illuminante: cum sapientiores prodiderint Sole Cancri signum attingente torqueri serpentes: & cum serpens scuto Mediolani appingatur. Sed incidit clades Gallica in hyemem nigram, fortunae Francisci Regis concolorem. Attamen sic persistebat interritus, ut nullo modo oris maiestas deformaretur, perinde acsi victus de victoribus triumpharet, & Henrico Nauarrensi Regi, Francisco Borbonio Principi, Annae Mommorencio, aliisque eiusdem monetae heroibus eandem aleam experientibus, solatium sermone commi praeberet, non mirum esse dicens, quod humanis multa contingant quae nolint, & Martem praeter ceteris

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 160
 numinibus praescae vanitatis volubilem. nam ideò ipsum Homerus ἀλλοτρίοταλλον appellauit. Nihil adeò pristini decoris decessit Regi, ut & hostes mira eum obseruantia reueriti sint, & coenanti certatim ministrauerint victores clarissimi quique, cultu regio, & dapibus, atque argentea supellectile. Nec ignorabāt, opinor, victurum semper in pectore illius quicquid praesens necessitas iniunxisset: ideòque attonita penè veneratione ipsum profecuti: ac vix adduci potuere Borbonius, Lanoius & Daualus, ut iussi accumberent, ut, quae omnibus notissima est, dicendi suauitatem auscultarent: qua facile austeros quoslibet & immanes permulcebat, cum haberet animum a literis, a Musarum dulcedine, minimè abhorrentem: ut qui primus velut è Galliae specula facem regnum totum illuminaturam ad bonarum disciplinarum iter perficiendum accendit, & ostendit, cum primis amabilis & liberalis: ita ut non tam sub Francisco, quam propter Franciscum, Galli plus solito studia sua excoluisse credi queant. Ideòque dum in Hispaniam transuectus esset, gemino gaudio populares exhilarauit: quinimò virtutum suarum radiis eorum oculos praestrinxit: tum quod hostis formidolosus & potens, tum quod munificus gratúsque adductus esset: adeò ut abeunte illo angerentur, nempe initis cum Carolo Caesare pacis conditionibus, cui adiectae leges: Vti Franciscus Claudia vxore sanctissima orbatus Leonoram Caesaris sororem duceret, Genue supremo dominio Flandriaeque cederet, Mediolani

Ducatu in totum abstinere, obsidibus datis Francisco Delphino & Henrico Aurelij Duci liberis, tantisper dum pacta conuenta, & siquid excurreret pecuniæ in super præstandæ, implerentur. Mediolano reddito Borbonius sedatis interim rebus & belli fluctibus, velut paucos dies Alcyonios nactus, reficiebat milites, alioquin ob tardius soluta stipendia tumultuantes. Quos vt compesceret, & ne arma in otiosum ac rubiginem induceret, vtque domesticos hostes, id est, veternum ac defidiam, euitaret, per Tusciã iter facere, & pecunias commeatumque imperare civitatibus opulentissimis decrevit, vt inopiam subleuaret, quam detegere militi noluerat. Ad stipulatus est Philippus Chalonus Aurengius: Ita processum, vt Romani prius ad mœnia hostem senserint, quam timuerint. Tunc Clemens VII Pontifex, quoniam execrationibus ritè orco Borbonium deuotentibus terreri nullo modo vidit, tumultuario præsidio & paucis Heluetiis corporis custodibus muros complet. Et quamuis Galliæ Romæque securitatem tum cœlites negligere viderentur, vltionem tamen non sunt oblitii. Dũ enim Borbonius admotis scalis muros audacter conscendit, ictu glandis plumbeæ candentis incerto autore, de tormento ereo in crus finistrum disploso, occubuit, dignus his versiculis:

Capta rapit verum simulato fulmine fulmen

Romæ, iacet Francum laus, iacet excidium.

Ita vrbs quondam triumphis vsque ad ingluuiem satiata misere concidit, sed victore vnâ præcipitato.
haud

haud impunè. Nam milites secuti illicò vestigia, ac si fortunæ abundè litatum esset casu tanti Imperatoris, quem duntaxat vulneratum mediocriter arbitrabantur, in vr̄bem statim irruperunt. Aurengio Principe Borbonij fatum occultante, ne consternerentur, & victoriam è manibus euolare sinerent, vt quondam Epirotæ & Galatæ Pyrrhum Regem clarissimum secuti, dum Argos fortiter oppugnasset, & iam potiretur, nisi vastus Elephas liberum portæ aditum humi iacens præpedisset: qua æstuatione detracta galea, suos voce, equum calcaribus concitans, impetu in hostes facto, obscurum aniculæ Argiuzæ filium maecturus festinabat, ni mater territa filij periculo, tegula deorsum missa Pyrrhi caput illisisset. quo ictu saucius, & lumina versans, ab equo feroci habenis iam non impedito in terram proiectus, Antigoni Regis militi gregario diuinum caput, & magnarum cogitationum capax, secandum præbuit, & Argos instante excidio liberavit. At sublato Borbonio, quasi ex eius vulnere irarum & luctus vnde fluxissent, Hispani & Germani Romam diripere, cui olim Totilas Gothorum Rex ignouerat, vt saltem propter mortuos viuis parceretur. Nec fanis nec profanis temperatum est. Aurum à priuatis ædibus, à publicis, à sacris, promiscuè auferebatur: & à ciuibus, vita auro pretiosior. Vestales non aliter quam vulgares virgines stuprabantur: nec cœno genas sceddasse formosis omnibus proderat ad seruandam pudicitiam à spurcis admissariis, nec obuoluti ad victo

*Plutarch.
in vita
Pyrrhi.*

rum genua parentes miserationem commouebant. Satis placati videbantur Borbonij manes tam insigni clade, cum Pontificem Rom. ea hominum colluuiis nōdum satiata direptione in prædam posceret, atque inuestigaret, additis procaciter iocis, alio in cœlum euolasse dicente, alio rursus poscente clauis non cœli, sed arcę & æriarj. Stricti subinde in absentem gladij, qui tum ad arcem Angelicam se receperat, vbi quondam Hadriani sepulchrum fuit, cum in Augusti monumento, vt Dion ait, repleto Cæsares condi desiere: sed post Antoninis commune fuisse inscriptiones quædam testificantur, erasæ partim violentia æui: quâdoquidem immortale nihil manus mortales fecerunt. Ex ea arce Clemens deprehensus hostium duces allocutus, blandè tentauit delinire, & reditum persuadere. Sed irritæ hortationes ac preces cum de edita turri caderent, incassum demittebantur, & frangebantur: nec quietè sibi antè peperit, quàm ingens auri pondus discessuris offerret. Hoc genere eloquij perfecit, vt ducète Aurengio Neapolim migrarent, vt hanc nutantem Cæsari confirmarent. Ita Campania simul ac Infubria seuo dominatu pressa est, & mutatio domini, quam Itali perperam sæpè Libertatem vocant, noxæ fuit: adcò vt vulgò diceretur serpens Mediolani prorsus infantem euomuisse, & pro innocente Gallo absorpsisse callidum. sic enim se habent insignia Mediolanensia iam pridem, vt ex serpentis ore infans promineat: obliterauitque suillam pellem lana

mirabilem à Gallis conditoribus, vt antè attigi, pro insigni ostentatam Rex Luitprandus, non suis Longobardis modò gratus ac celebris, sed etiam toti Italiæ ac Galliæ magno in honore habitus: adcò vt Pipinus, Francorum postea Rex, Caroli Martelli filius, à patre admodum adolescens Mediolanum missus, & Luitprando creditus fuerit, velut optimo exemplari aulicæ institutionis, non in disciplina castrorū tantum claro, sed etiam iustitiæ radiis refulgenti. quod ipsius Luitprandi leges, quæ extant, ostendūt. Cùmque Pipinò de more etiamnum ab Ecclesia recepto capillus in vertice radendus veniret, Luitprandus eum initiauit eiusmodi sacro, & quodammodò sanctiorem regni Gallici coronam ei portendit. Et quamuis, vt Hieronymo placet, tenuis spherula detonsi capitis cœleste regnum suspiciat, & terrestres contemptum, attamen supræ Regum potestates à cœlo sunt, & honor eorum à Ioue, inquit Homerus. Idcirco D. Petrus propter Deum nos Regi parere iussit, ac ducibus ab eo missis. Bono itaque omine Pipinus ad Martellum patrem rediit, pretiosissimis xeniis & lætitia cumulatus, * ac toti Galliæ iucundissimus: maximè quia à Luitprandi regia proficisceretur, iuuenta in itamentis iustitiæ imbuta, & elementis aliquot Imperij futuri elucentibus. Nam pater Martellus præfectus tantum erat palatij Celtici: qua in potestate Luitprandum pacauerat infensum Gregorio I I I. Pontifici, in cuius inuidiam Roma obsidebatur, & ciues cò inopiæ redigebantur, vt

Anno-
nius lib.
4. cap. 57.in can.
Duo sunt.
12. q. 1.Iliad. 2.
2. ver. 2.Anno
salutis
727.Platinair
vita Gre-
gorij ij.
et Za-
charie.

nec ab herbarum radicibus, nec à morticinis abstergerent: nec coelitus pluebat frumentum Iuppiter, ut cum

Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis,

Fecerat obsidio iam diuturna famem,

lib. 6. Fa. inquit Ovidius: sed per noctem

stor.

Esse Ceres visa est, iaciunt Cerealia dona:

Lacta super galeas scutaque longa sonant.

vnde Ioui pictori ara dicata est. Sed tum Romanis Martellus dulci numinis functus est officio, sine fabula sedato Luitprando, qui ægrè à Moenibus vrbs penè superatæ auellebatur, præsertim ad pugnam & prædam paratissimis militibus, ideò quòd Romani Transmundum ducem Spoletinum Longobardis fœdi fragum omni ope & studio iuuissent, & auxissent proterui clientis audaciam. Sed illi demum duplici stipendio honorati, redditui sese accinxerunt diluculo. Tum verò planctus mulieris Deum atque homines implorantis, Regis & militum aures violauit: quæ à suburbiis exoriens, vnicum & anniculum filium ab immani serpente ablatum sibi querebatur, & ciulatu foemineo Tyberis ripas implebat. Ea res in religionem versa est plerisque, quòd diceret obsidionem contra Pontificem Max. temerè susceptã: nonnullis è diuerso timidè desertam opinantibus. Sed vicit superior sententia, cum aurora raræ magnitudinis feram demonstrauit esca nobili superbam, infante scilicet è cunis raptò. Quo spectaculo vehementer indoluit Rex, eo magis quòd infans fle-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 163
tu indicabat se viuere, & viuo tumulto conditum, inhumanum ducebat. Proinde nihil frustratus, vultu clara voce, ne quis militum telum in serpentem misisse vellet, nève hanc Regi laudem præripere, memori utique Attilij Reguli, qui bello Punico primo apud Bragadam flumen Serpentem cxx. pedum longitudinis expugnat ballistis ac machinis opidi instar, tantæ molis fuerat. Cæterum Serpens spiculo Regis Luitprandi petitus, in vmbra eius seuire cœpit, iam oblitus puerum mandere vindictæ desiderio, ora retorquens, & caudæ verbere equum cõsternatum subinde feriens: nec prius interiit, quàm Luitprandus pedestri duello aduersum occupans, ut rictus detium euitaret, ense percussit, puerumque matri cum aliqua vitæ spe reddiderit. huius pietatis & victoriæ monumentum clypeo appingi curauit: serpenti tantum coronam addidit, nimirum regali manu necatum significans: nec minus gaudes quàm Perseus, erepta Andromeda marini monstri nece, aut quàm Cadmus perempto dracone, cuius recordatione Thebani Epaminondæ ducis, belli gloria nulli secundi, sepulchro statuam cum clypeo cui draco inerat, posuerunt: quoniam Sparta oriundum eum ita significarent, eorum è genere, qui draconis dentibus à Cadmo fati prædicarentur, ut putat Suidas: vel, ut ego arbitror, quia Spartiatis cum sæpè, tum in Leuctrico prælio domuisset. Non minus denique hilariter ouabat Rex, quàm cum ipse met Venerum manus euasit, à quibus aliquando ca-

suidas in dict. Epaminondas

ff iij

Lib. 18. rer. Rom. in fi. ptusin cōflictu fuerat vixdum pubes: tametsi P. Diaconus hunc non Regem, sed Regis nepotem & cognominem extitisse magis indicet. Quantus qualisve fuerit immanis serpens ab eo occisus, à Plinio edoceri videmur de ingentium serpentum magnitudine loquente. In Italia, inquit, appellatæ Boæ in tantam amplitudinem exeunt, vt Diuo Claudio Principe occisæ in Vaticano (est verò hic collis trans Tyberim, nunc D. Petri basilica insignis) solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo: vnde nomen traxere. Miror insignia anguis Mediolanensis origine ad Actium Vicecomitem à nonnullis referri, cui Bononiam oppugnanti Vipera innocua galeam caputque circumdederit: vel quòd Sarraceno cuiquam deuicto anguem ex galea detraxerit. Sed quorsum infans aut corona spectet, non video. Præterea mihi nō licet esse nugaci: nec quod fuit regium, Vicecomiti longè post nato ascribere æquum est.

Reph. Poterr. lib. 4. Geograph.

L V I T P R A N D O post secundum & trigessimum regni annum defuncto Aldeprandus nepos semestri sceptrum tantummodò accepit, aptus ad munia Principis obeunda, nisi intra primas glorię metas concidisset. Cui omnium procerum calculo suffectus Lachis* integritate morum amabilis: qui vix libata regni Lōgobardici dulcedine amaritiam præferente, qui que tantæ fortunæ fuerat, vt Rex eligeretur, tanti fuit animi, vt regnum contemneret præmonastico viuendi instituto. Sed & vxori ac libe-

* Platina in Zacharia Regis chin vocat.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 164

ris vt idem amplecterentur, suasit, atque perfecit: vt vulgo ignoti, soli Deo cogniti, spe meliore cœlestia assequendi fruere, & perspicuas diuitias animi pro cæcis huius seculi aliquando acciperent. Laudent antiqui Democritum, qui vt Philosophiam exactiùs scrutaretur, multas nationes peragravit, & fundos suos incultos & compascuos ciuibus dimisit. Quanto præstantior Lachis habendus est, qui regno luculentissimo se sponte abdicauit, vt tā graui sarcina exoneratus, alacriùs post Christum curreret. At longè diuersi studij fuit huius frater Rex Astulphus, neque inopia neque copia vlla satiabilis, & Romanis permolestus, à quorum singulis capitibus singulos aureos annui tributi exegisset, nisi eius conatus Pipinus Rex Francorum refrænasset, & nisi sensim mox ille iuuentæ ferociam senectæ moderatiore illustrasset. Hoc inter venadum in fata concedente, Rachisus frater, qui antea cœnobio se addixerat, succedere frustra nisus est. Nam Desiderius Dux præpollens & munificus potiri rerum occæpit: & nequitia quæsitum Principatum acerbissimè gessit, atque infeliciter dimisit Regum nouissimus* à Carolo Magno expulsus, vt abundè iam diximus, cum de Narfete tractaremus, qui Longobardos Italiæ humeris imposuit, mortuo Iustiano Imperatore, omnibus sanè numeris absoluto, siue militiam spectare liceat, siue alterum Reipubl. vinculum, id est, Jurisprudentiam scientiarum omnium Principem ac deam, rei diuinæ & humanæ participem.

* Horum 32. Reges ponit Io. Magnus Gothus in hist. Gothorū, lib. 8. cap. 20

Testantur idipsum præclara Iurisprudentum & legumlatorum monumenta, quæ ipsius imperio & industria concinnata sunt summo totius orbis bono. Alioquin enim futurum erat, ut veterum egregij labores irriti essent, scriptis tineas & blattas pascentibus. Sed hic Princeps (ut verbis Pauli Diaconi utar) leges Romanorum, quarum prolixitas nimia erat, & inutilis dissonantia, mirabili breuitate correxit. Nam omnes constitutiones Principum, quæ utique multis voluminibus habebantur, intra xxi. libros coarctauit. Idem quoque volumen, Codicem Iustiniani appellari præcepit. Rursus singulorum magistratum siue iudicum leges, quæ usque ad duo milia penè librorum erant extensæ, intra L. librorum numerum redexit: eumque codicem Digestorum seu Pandectarum vocabulo nuncupauit. Taceamus Institutiones ciuiles, & Nouellas eius constitutiones, opera absolutissima: ut solent posteriores cogitationes & curæ superioribus politiores & meliores exire. Et ne quis putet inconsultis viris doctissimis ipsum sacras leges vulgasse, selectas sine iudicio antiquatis prioribus, operi moliundo adhibuit Tribonianum, Basilidem, Mennam, & accersitos vndique optimos iuris enarratores, ut ipse de se testatur. Ita corpus iuris ciuilis longum antea veriùs quam magnum bellissimè informauit, quod vasta illa & prisca mole tantoperè displicuit, & in desperationem studiosos pertraxit. Ac ferè suffocatum iam fuerat, præsertim Gothis & reliquis Barbaris Romana iura & placi-

lib. 18. re
rum Ro-
man.

h. 2. §.
Quæ om-
nia. ff. de
vest. iur.
enucle.
anno 511.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 165
& placita execrantibus, & copiam redundantem legum exprobrantibus: quæ veriùs erat inopia. Sic enim Ægypti Rex Alexander Ptolemei Evergetes filius odio habitus est à populis, quia delictis deditus adeò obafus euasit, ut ne ambulare quidem posset, nisi duobus famulis fulcitus incederet, & sibi ipsi oneri esset. Ceterum in macie plus sanguinis esse Phisicis placet: & in recisis antiquorum legibus, aptè tamen coagmentatis, plus frugis, minus laboris inuenitur. quippè cum contrariè inter se constitutiones, vel superuacua, vel desuetudine abolita, expunctæ sint, verbis tamen paulisper immutatis obseruatæ: nempe ubi antiqui defecerant, vel pro tēpore, quorum leges circumagi necesse est, alij mores exposulabantur. Sed ita ingeniosè verborum fultura facta deprehēditur, ut eodem tramite currere, eodem orationis filo nexa censeantur. Ecceur, quæso, non licuerit Iustiniano Cæsari, penes quem totius legis condendæ fuit autoritas, paucula verba consultissimè immutare? cum iam pridem plerique stolidi integros legum versus pro libidine, aut demant, aut adiiciant: & se emendare iactitent, quod deprauant superba quadam ignorantia: & si quippiam obscurum in iure ciuili compererint, aut duriusculum, Iustiniano imprecantur, Triboniano insurgunt, derident Basilidem: & ob vnum respōsum humanum non nihil sapiente, & alicubi acerbum, diuinum Iustiniani opus damnant, reiciunt, instar Anaxagoræ cœlum omne ex lapidibus compositum. afferentis,

Athen.
lib. 12.
cap. 27.

quod Dimylo Principe vnico lapis de cœlo ceci-
 diffet. Sed iam Iustinianus prædixerat se hominem
 lap sui & obliuioni obnoxium, & boni consulendū,
 quod plurima inuicem conuenientia præstiterit, &
 dissidentia sustulerit, & perdenda repulerit & omi-
 ferit. Ea tamen nonnulli requirunt, & non minus
 lugent, quàm Ægyptij quondam perditum Osirim
 nunquam satis quæsitum lamentabantur: & biblio-
 thecas omnes inuestigant, sicubi nancisci fragmenta
 Iuriconsultorum amissa possint: sin minus, confun-
 gunt: non dissimiles quidem pueris, qui non admo-
 dum curant poma in cœnis comedere, sed aliis co-
 medentibus analecta & cortices colligunt audissimè,
 ac muscis præripiunt: aut, vt quidam veterum,
 inuento frumento glandibus vesci malunt, in me-
 moriam videlicet exoletæ vetustatis: & hanc fagi-
 nam dulcibus, sed parcis epulis præferunt, nescij nõ
 plurimo cibo, sed saluberrimo homines iuuari. Mi-
 hi verò mirificè arridet mediocritas in rebus omni-
 bus: & nimium placet illud Solonis legislatoris, Ne
 quid nimis: sicut & ipsi Iustiniano, cui quod me-
 dium est, optimum videtur. Cernimus itaque sa-
 cram scripturam pauca de multis tradere, quæ fecit
 Christus: quæque per scripta libris, vt D. Ioannes in-
 quit, vix mundi ingenti ambitu caperentur. Atque
 vtinam quæ nobis sunt legum reliquæ, pro rei di-
 gnitate multis annis percipi queant. Trias Nestoris
 secula, vel naturam Phœnicis rediuuiam potius
 diuinitus concedi oporteret in arte tam longa per-


Laert. lib.
 2. de vita
 philosoph.

§. 1. de cõ-
 salib. col.

4.

Cap. 21.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 166
 discenda, & vita tam breui, vt eam Demetrius Phale-
 reus *αγγυλιό γέρον*, id est, punctum temporis appellaue-
 rit. Proinde Iustinianus se prædicat ebibisse fuligi-
 nes lucubrationum, & pro diei luce intempestam
 noctem sæpissimè v'surpasse, vt iuxta id quod maxi-
 mè societati hominum & iustitiæ expediret, iura
 promulgaret, & sibi quodammodo vitam producere
 ret: quoniam prudentissimi vigiliam, vitam dixere,
 & somnum mortis fratrem. Ideoq; cum se ad quie-
 scendum componeret Aristoteles, æream spheram
 tenebat manu, eo consilio, vt cum diducta dextera
 dormientis excuteretur, in subiectam peluim cade-
 ret, & sono excitaret. Ac fortè suã *επιπέλοισιν* protinus
 meditabatur, quasi quandam continuatam motio-
 nem, ac perennem & quintam naturam, vt interpre-
 tatur Tullius: eamque esse animam seu animum: quã
 tamen alij, quorum est Laërtius, perfectionem esse
 malunt corporis naturalis & organici potentia vi-
 tam habentis. Aut fortè pernoctabat Aristoteles, vt
 probè coniunctas & aureo vinculo colligatas virtutes
 à Deo, in Peripato deambulans seiungeret: & vt
 ti assolet, demonstraret incontinentem esse posse ac
 intemperantem, qui iustus & prudens sit. Quod quã
 à vero abhorreat, nemo non videt: nisi fortè vna hi-
 rundine ver fieri, & honesto vno quodam actu vir-
 tutem existimauit sibi contrarius. Enimverò Iusti-
 nianus somno excitus, non sibi, sed toti mundo ge-
 nitus, toti vigilans, toti opitulans, id vnum curabat,
 vt Iustitiæ thesauros indagaret, & eidem omnia hæ-



Luc. 1.

§. ult. in
vram. ff.Lucian. in
Macrobis

rere bona ostenderet. quod & sacræ literæ testan-
tur, quæ sanctos viros & perfectos, qualis fuit Io-
seph vir Mariæ virginis selectæ, non alio quàm ius-
ti nomine dignantur. Merito igitur ille gloriatur
superfluis antiquorum sanctionibus & præceptio-
nibus explosis, se pretiosissima quæque & optima
segregasse, elegisse, vulgasse, & talem prorsus fecisse
permutationem, qualem apud Homerum omnis vir-
tutis parentem sapiens Diomedes aurea arma pro-
eis à Glaucō Troiano accipiens fecit. Et tamen non
desunt obrectatores maledici, qui Iustinianum su-
pinum Principem & imperitum mentiantur, ipsi i-
gnari & improbi, & magis cæci quàm vllus Phineus,
qui non vident testimonio diuinorum voluminum
ab eo editorum aliud probari: sicuti & Sophocles
cùm egisset annos quinque & nonaginta, & tanquàm
delirus senex ab Iophonē filio disipiscentiæ in simu-
laretur, iudicibus admirationi fuit, accusatore de-
mentis damnato, postquàm eis recitauit Oedipum
Coloneum, opus certè pulcherrimum, Iustiniani
constitutionibus nec labore, nec utilitate, vlla ex
parte comparandum: qui cùm plurima subditis suis
& salutaria præstitisset, plura tamen ex boni Princi-
pis officio se debere semper fassus est: & tum omni-
bus placens, sibi soli non placuit. Interdum, cuius
fuit modestiæ, palàm se hallucinatum dixit, experi-
mento inutile inueniens, quod pro hominum com-
moditate & tutela sanxerat. Namque quantum in
condenda lege aberrauerat, tantum in reprehendē-

da resipuit: vsque adeò vt se ineptisse alicubi fatea-
tur. Agnoscit culpam inconstantia, & amplectitur:
quoniam sicuti medicamenta nouis morbis vin-
ci solent, ita iura negotiis, quibus mederi student:
cùm certum sit L. Paulo, Q. Martio Coss. Carbuncu-
lum primò in Italiam venisse, & consulares duos vi-
ros, scribente Plinio, obiisse non absque medico-
rum inscitia: Sed exemplo Hippocratis se errasse a-
licubi confitentis, vt posteros cautiùs medicari edo-
ceat. Periit, inquit, in Omilo Autonomus die xvi.
ex lapide ictus in futuras sincipitis: nec animaduerti
ipsum secari oportere, & me deceperunt future hæ-
bentes in seipsis teli lesionem, donec cerebri mem-
brana computruit. Quid hoc diuino autore aut san-
ctius aut laudabilius inueniri potest? qui famè suæ cõ-
sulere noluit cum publico detrimento: sed ideò cla-
rior, vt & M. Tullius Catulum & Lucillum Rhetor-
ices à se vulgatos libros sanioribus editis damna-
uit: sic Iustinianus maluit ea recidere, quæ statuerat,
nec tam recoquere, quàm aliquando ex integro fa-
bricare, quàm contumaci pudore decreta sua sinere
diutius cum summo Reipubl. malo seruari. Idè pro-
pè in Theologicis & cœlestium rerum disquisitioni-
bus tenuit. Non enim animam in terras curuam
habuit, sed & sublimia rimari consueuerat, vsque
ad anxietatem: ita vt aliquando existimauerit Chri-
stum nõ mortalem carnem assumpsisse, sed quæ sta-
tim immortalis extiterit. Qua in sententia obiuisse
ipsum Zonaras prodidit, calumniosè vtique. Illud

In Au-
thent. tit.
7. col. 8.
& col. 7.
§. vt sine
prohibi-
tione ma-
tres.
lib. 26.
hist. nat.
cap. 1.
lib. 5. de
morbis po-
pularib.

Quintil.
lib. 3. cap.
8.

Tom. 3. in
vita Iu-
stiniani.

quidem explorauit, Iustinianum, qui putabat ea assertionem se magnificare dominicum corpus, honoris eius perennem immortalitatem superstitione se asseuerasse quandoque: sed mox resipuisse, ab Agapeto Rom. Pontifice obiurgatum, qui magna loquendi libertate se pro Iustiniano Diocletianum videre diceret, non sine lachrymis. Quo factum est, ut pie & syncerè de Christo postmodum senserit, sicut à Ioan. Pontifice ipsi suatum fuerat, ne scilicet nouas semitas quærens, à trita Apostolorum via deflecteret, cum recta fides in Principe Solis radiis multò clariùs eniteat. Propterea Chalcedonis filius Ioannes, antistes Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Alexij Comneni ætate, anniuersaria memoria Iustinianum celebravit, idque magnificè coacta populi concione in templo, quod *ἀγλαῶ σοφίῳ*, id est, sanctam sapientiam nominat, ab eodem Iustiniano excellentissimè extructo. Addit Suidas, eundem Augustum statuam suam equestrè columnæ imposuisse, ita ut læua globum teneret, defixa in eo cruce. Innuebat verò se terræ dominum euasisse ob fidem & cultum erga crucem. Dextram Orientem versus porrigebat, quem Persica clade subegerat. In summam erat hic Princeps, inquit P. Diaconus, fide catholicus, opere rectus, iudiciis æquissimus: ideoque omnia feliciter ipsi succedebant. Procopius adiecit, ipsum diebus iis, qui Pascha præcederent, & aliàs sapiensimè dura victus ratione usum: à vino, pane, & eiusmodi esculentis, dum cibumsumeret, abstinuisse: atque, ut semel dicam, quod didi-

latinain
vita Agapeti.
in
Ioan. 2.

l. 4. C. de
summa
trinit.
Niceph.
lib. 17.
hif. eccl.
cap. 31.

lib. 18. re.
rum Rom.

lib. 1. de
edific. Iu-
stin.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 168
ci aliunde, torsisse regiam famem escis agrestibus & oleribus. Et fortè si in Diogenis tempora incidisset, inuidisset ei peram & baculum, opinor, & dolium, in quo ad Solem apricabatur, ut & Alexander ille Magnus percunctatus, Num aliqua re egeret, respondente Philosopho, Nulla, præterquam ut paulisper discederet, & Solem inumbrare desineret. Tum Rex animi magnitudinem extollens, Nisi, inquit, Alexander essem, cuperem fieri Diogenes. Proinde cum Iustinianus corpus inedia multa macerasset, & tanquam ferocem dominum mansuefecisset, liberiolem & acutiorem animum reddiderat: adeò ut Mathematicis se imbueret. quod tum maximè patuit, dum Isidorus Milesius & Anthemius Trallianus in illo Sophiæ templo mirabilis extructuræ & impendij aliquando hæsitarent in fornice perficiendo, qui pondere suo prægrauabat talos, & dissolutionem minabatur. Sed Princeps maturè iussit arcum ad finem usque circumuolui, ut in seipsum consurgens, talis minimè egeret. Ita molem eximiam & pendentes animi architectos magno fasce leuauit, qui alioquin in ea arte habebantur præstantissimi. Nam cuiusque artis & disciplinæ egregios artifices amplectebatur, & bebat: potissimum verò Tribonianum, quem Grammatici impium & expertem bonarum rerum superciliosè, de more clamitant, reluctantem interim fideli autore Procopio Rhetore tunc florente; Belisarij ducis Iustiniani scriba præcipuo. Tribonianus Pamphilus,

Procop.
eod. lib. 1.

Lib. 3. de
bello Per-
sico.

inquit ille, Imperatoris affessor, quē Romani Cœ-
storem, seu Iurisconsultum vocant magistratu præ-
ditum, moribus & disciplina omnium artium nulli
secundus, iustum sectabatur lucrū. Leges aut abrog-
abat, aut condebat ex vsu. Et paulò post: Tribonia-
nus multis post magistratum viuens annis ex mor-
bo decessit, vt qui nihil ingratum à nemine passus
est: quia naturâ mitis & humanus: quibus moribus
simul & doctrina vnicum auaritię morbum faciliè
obscurabat. Ex his liquet, fuisse illum ita auarum, vt
nihil iniusti tamen pretiomitteret, vt frugi ho-
mines solent, sed comes & candidi, & ab alieno ab-
stinens: qualis pingitur ab Annonio Ega militiē &
domus Francorum summus magister, defuncto Re-
ge Dagoberto, genere clarus, iustitię seruandę & o-
pibus citra nefas cōaceruandis deditus: ideòque a-
uaritię interdum sugillatus, qui que nec se, nec fiscū
exhaustis popularium fortunis passus est intume-
fcere: ita parsimoniam sine sordibus, liberalitatem
sine luxu retinuit: qualem Vespasianum Cæsarem
diximus publicam penuriam ærarij domestica par-
simitia subleuantem: quæ prudentibus viris ma-
gnum profectò vectigal est. Sed & Tribonianus au-
dius partis rebus bene & liberaliter vsus dignosci-
tur, paci quàm bello magis idoneus: nisi qui consilio
postea in acie pugnaturus dirigunt, participes victo-
rię censerī mereantur. Hęc quæ oculatus & mul-
tiscius testis Procopius tradidit, apertè discrepant à
nugis Suidæ, Triboniano impietatem & impostu-
ram

lib. 4.
cap. 35.

Sueton. in
Vespasia-
no, ca. 16.
& 17.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 169
ram exprobrantis: ad eò, inquit, vt vir à Christiana
religione alienus, persuadere conaretur Iustiniano
eum non moriturum, sed in cœlum raptum iri, ius
& leges venales habens. Sed & Iustinianum litera-
rum omnium rudem asserit nouitius scriptor, veræ
& germanæ antiquitatis rudis, ex actis scriptis que v-
triusque palàm conuictus: non secus ac arboris bo-
nitatem ex fructu metiri conuenit. Nec est facile, vt
qui tam deploratè malus & stupidus sit, æquabile ius
aliis præstituatur, aut ipse in alios seruet. Proinde li-
quet Suidam Grammatico supercilio immanem nō
historiam, sed calumniam effutiisse, & more canum
ignotos allatrasse. Ecquis, amabo, non rideat ac ex-
plodat quę Suidas tradidit calumniosè de actioni-
bus non nisi centum annorum spatio præscriptio-
neque excludendis, lege, inquit, lata in Prisci Emese-
ni solertissimè falsum fabricare assuefacti gratiam,
abolita annorum triginta vel quadraginta exceptio-
ne, quæ tamen viget. Alibi quoque lingua cœno se-
peliri dignissima, ait, Iustinianum militibus in limi-
tibus Imperij præstitutis ad cohibendas Persarum
& Sarracenorum incurfiones, & ob id Limitaneis
appellatis, stipendia toto quinquennio ægrè solui-
se: cum è diuerso Iustinianus enixè curauerit, rescri-
pto ad Basilianum dato, vti militibus fines custodiē-
tibus maturè ea darentur. Erat verò hic tum sum-
mus per Orientem militum magister. Et quia quod
non decet, libenter balbutit Suidas, virus in Gallos
euomit, naturâ intemperantes faciens, & regionem
uu

In verb.
vrisca.

In verb.
Limitanei

In verb.
d. d. u. c.
l. 2. c. de
offi. pref.
prat. A-
frica.

incolentes excepto frumento incommodam: unde fluxis esse corporibus, labori & curfui ineptis, & minimè idoneis. quod Iulius Cæsar denegaret, & cotidiana redarguit experientia.

CÆTERVM vt ad veritatem instituti regrediamur, Iustinianus eo modo rem militarem exercuit, vt vtrumque tempus & pacis & bellorum rectè gubernarit, & non solùm per legitimos tramites improborum hominum iniquitates expulerit, sed etiã in hostilibus præliis victor euaserit: Persas quiescere, Vandalos & Mauros obedire, Africa liberata, sed Romano reddita Imperio, coegerit. Gothos planè ita profligauit per Legatos, vt seruire, nedum obsequi parati fuerint. Quocirca factum est, vt in bello Callinicus, id est, victor pulcherrimus, appellaretur: & à militibus se inuicem excitantibus ac Pæana canentibus, eavoce periucunda inuocaretur, qua prius Archilochus in Olympiis Herculem prædulci melo, vt ait Pindarus, salutauit: *χαίρε κελίνικε, ἄναξ ἠερίωνος*. Sed & aliis variis nominibus subactarum gentium decorabatur: quia prisca consuetudine,

Si petat à victis, tot sumet nomina Cæsar,

Quot numero gentes maximus orbis habet,

vt inquit Ouidius. Hinc inscriptiones illæ in Pædectarum & Institutionum ciuiliū Præfationibus munitis Dei nomine & vnà numine propitio: IMPERATOR Cæsar Flavius Iustinianus, Alemanicus, Gothicus, Francus, Germanicus, Atticus, Alanicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac trium-

§. 1. de hæ
redib. &
falcid.
coll. 1.
Procop. li.
2. de bell.
Pers. &
lib. 4. de
bello Pind.
delico.
In Olymp.
od. 9.

lib. 1. Fa-
stor.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 170
phator semper Augustus. Hac in magnifica inscriptione Flavius appellatur Iustinianus, non ab vlla gente Flauia deuicta, vel ab vllis Constantini titulis, vt comminiscitur Alciatus. nam hi victoriarum tituli nomen Imperatorum proprium subsequi solent, non præcedere. Itaque multominus arridet, quòd pro Flauio supponit Slauium: tamen non ignorem Slauios, qui nunc Sclauini dicuntur, dum Illyricum, quod nunc possident, inuaderent, à Iustiniani copiis magnas clades accepisse, eisdemq; mutuas dedisse, nec sine præda: Istrum flumen, cuius accolæ sunt, traiecisse, siquid Procopio creditur. Porro id est verius, Iustinianum prænomen Flauium acciuisse à gente Flauia, à qua se oriundum prædicauit, unde Vespasiani Cæsaris præclara origo defluxit, ante ipsum non pœnitenda Rom. Reipublicæ. Hinc & Domitianus se Flauium nominauit, familiam paternam magis quàm virtutem ostentans & referens: quanquam non defuerint, qui Flauios antiquos, operarum vulgares mancipis fuisse, & ruri colendo affuetos perperam emententur: vt est insignis licentia scriptorum in Heroum maiores, vt tum sibi verisimilia magis tradidisse videantur, cum illos apprimè denigrauerint, quorum res gestæ cædorem & lucem singularem patefaciunt. Planè certum est Vespasianum, priusquàm sortitò Cretam & Cyrenas cepisset, Quæstorio munere Tribunatum in Thracia militarem iam meruisse, & cum nobili scemina consuetudinem habuisse iustæ vxoris loco,

& inde progenitum tandem auum paternum Iustini-
niani: qui priuatus existens, ob egregias fortunæ &
industriæ dotes, semper priuato maior habitus est: &
filio ac nepote superstibus publico bono abundè
consuluisse credebatur. Nam cùm virtus ingenita
semper fecisset vt Iustinianus vellet iuuare Républ.
fortuna demum præstitit, vt etiam posset, postquam
à Iustino auunculo Imperatore cooptatus est, & in
adoptionem datus: serò tamen, & populo vt id Iu-
stinus Thrax iam senior vellet, crebrò efflagitante.
Sic fit, vt Iustinianus patrem suum Iustinum nuncu-
pet, cuius ex sorore nepos esset, sed adoptionis ciui-
li vinculo mox arctissimè deuinctus, tum cognatio-
nis, tū pietatis. Fuit etenim Iustinus religionis Chri-
stianæ studiosissimus, cui redintegrandæ iugiter stu-
duit, dum ab Arrianis labefactaretur. quod nec Zo-
naras diffitetur, licet tam Iustinum quàm Iustinia-
num immeritò sugillet: hūc pecuniæ per nefas qua-
rendæ, & mox profundendę sollicitum, & ad pœnas
irrogandas promptum, fingens: illum verò ignobi-
libus ortum parentibus, armenta atque porcorum
greges pauisse, sed militari virtute ad tantum digni-
tatis culmen scandisse. Cæterum non est ausus ne-
gare vtrumque diuinitus Anastasio Augusto grada-
tim suffectum, qui ambos velut insidiarum reos oc-
cidere constituerat: sed territus somnio, tempera-
uit, cùm per quietem vir terribilis dicere illi visus
esset, Iustino & Iustiniano ne quid mali feceris. Nā
quòd Iustinus petulanter simulatur boum porco-

S. pen.
de donat.

Paul. Dia-
conus lib.
17.

Zonar. to.
3. in vita
Anasta-
sij.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 171
rumque passioni aliquando deditus, id ei exprobra-
tum scimus ab hostibus Thracij nominis, quorum
agros inuadens, equitia, boues & pecora, populabū-
dus è pascuis intrepidus abducebat. Inde pergratus
Anastasio, sub quo prima fecerat stipendia, & mirifi-
cè collaudatus: quippè cùm Herculi nō tantum ho-
nori fuerit Geryonem in Hispania necasse, sed etiam
eius boues in testimonium victorię procul egisse. ni-
si forsitan hoc interfuit hos inter Reges, quòd Her-
cules Leonis pelle, Iustinus aprina libentiùs indue-
batur: ex ea castrense sagulum ac pharetram orna-
bat: apri denique nota clypeum insigniebat, necnō
galeam & annulum: eminus eandem feram venan-
do ferire solitus felicissimè. Quapropter militari
ioco Meleager ac suarius vocitabatur, non perspi-
ciente Zonara, qui Iustinum *αφροειος* dixit, suem La-
tinis etiam pro fero vsurpari dissimulans, & simili-
ter Græcis. vt cùm Adrasto Regi Argiuorum oracu-
lum edidisset, vt Staius refert,

Setigerumque suem, & fuluum aduentare leonem,
quibus Argiam & Deiphilam filias collocaret: quod
ipse primò attonitus exhorruit, donec Polynicem
conspexit Leonis exuuuis fultum, & Tydeum apri:
alterum è generis sortibus designatum, sed
Tydea per latos humeros ambire laborant

Exuuia, Calydonis honos. quasi hic
aper Calydonius esset appellatus, quem occidit Me-
leager. Ita enim enarrat interpret Placidus. Præte-
rea Homero aper nō modò *χέρας* dicitur, sed etiam

lib. x. The-
baid.

odysf. 19. σς, vbi venantem Vlyfsem describit iuxta Parnafum, & dente apri postea morituri faucium: qua ex cicatrice ab anu Euryclea pedes eius lauante cognitus est: ὁ δὲ μιν φθάμενος ἔλασεν σὺς γρονθὸς ὑπὸ. Itaque Agapetus Diaconus in lepida quadam exhortatione Græca ad Iustinianum Imperatorem suadet præcipuè, ne maiorum nobilitate sibi placeat, cum generis autorem omnes habeant Limum, & qui purpura byssoque turgēt, vel diademate redimīti sunt, & pauperes, egri & excubitores μὴ ποίνω εἰς πῆλιον ἐγχεῖν, χάμεθα γένος, ἀλλ' ἔπι χερσὶ τῆσι σεμνωσάμεθα τρόπον. id est, Ne igitur iactenus nos lutulento genere, sed morū integritate gloriemur. Subdit paulò post Agapetus, venerandū Iustiniani esse Imperium, quia hostibus suę potestatis demonstrat aculeos, subditis verò humanitatem, & tam illos armorum vi superet, quàm ab his inermi charitate vincatur. Et cur hoc non fateatur Agapetus Constantinopolitanæ Ecclesiæ minister, cum Iornandes gentis Gothicę Episcopus in Iustiniano laudando totus sit, & Geticam progeniẽ ab eo deuictam commemoret, Consule & duce Belifario? Nec satis illius in victos & subiectos benignitatem commendaturus sibi videtur. Nihil equidem miror, cum non sit laudabilius Regi alios viciisse, quàm semetipsum, & vindictę ac sæuitiẽ libidinem compescere, & domare. Notum enim est illud Claudiani ad Honorium Imperatorem:

*Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:*

Lib. rer.
Geticarū,
in fin.

In Paneg.
gʷ. 4. Cō
sultatus
Honorij.

*Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris rex esse tui.*

Planè Iustinianus, qui non sibi quicquid in victos liceret, sed quid fecisse deceret, præ oculis habebat, omnem humanitatis apicem mihi transcendisse videntur: potissimum si quādo memoria repeto, quo affatu, quaque munificentia Gilimerem Vandalorum Regem captiuum exceperit, ac Vittigem Gothorum Constantinopolim perductos, & sinistra fortuna penè beatos effecerit. Nam Belifarius in Libya Gilimerem subegerat, ipsamque Imperio Rom. denuò

L. I. C. de
off. præf.
cui præf.
Afric. et
Zonar. to.
3. in Iustini-
niano.
Paul. Dia-
conus rer.
Rom. lib.
14.

Nam si violandum est ius, imperij gratia

Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

quod Iulio Cæsari in ore fuisse Cicero obiecit. Sed tamen felicius successit Cæsari id ipsum, quam Gilimeri. Vbi enim increpatus ob dirum parricidium & tyrannidem à Iustiniano, minimè obtempérasset eî, alioquin Christianos de manibus Barbarorum liberare auenti, classem munitissimam Belisario duci creditam suo incommodo maximo expertus est, licet muniis optimi Imperatoris functus, sæpè aduersus hostes confixerit, donec fuga vitam redimere adigeretur, & deformi exemplo suos milites consternere, ac Africa decedere. Quam ob causam Iustinianus gratias plurimas Christo agit, scribens Archelao præfecto prætorio Africano, quòd tam breui, vt ipse narrat, tempore receperit libertatem expulsis Vandalis, qui animarum fuerant simul hostes & corporum: diuersis tormentis eos afficientes nimirum, qui væsanam Arianam doctrinam sequi renuebant, & meræ religionis oppugnatores piorum templa violabant, non veriti stabula ex ipsis facere. Vidimus, inquit, venerabiles viros, qui abscessis radicibus linguis, pœnas suas miserabiliter loquebantur: alij vel exularant, vel tristi nece disperierant. Nec solum Africam diuturna pressam feruitute videre antea licuerat, sed & Romam à Vandalis captam, & imperialia ornamenta in Africam transferri: tãdem Dei beneficio restituta, & à Barbaris extorta. Nam Gensericus Roma facile potitus fuerat, cum Maximus Valentinianum Cæsarem dolo occidisset, vir

pop.

*Procop. li.
3. de bello
Vandalico.*

*L. I. C. de
off. præf.
prætor. A-
fric.*

*Nicépho-
rus idē li.
17. hist.
Ecl. c. 11.*

pop. Romano valde odiosus, & qui paulò post mèbratim discerptus serò pœnituit, paulisper elatus vt miserius caderet. Idcirco turbulento vrbs statu Gensericus erectus in Italiam nauigauit, & Eudoxiam Valentiniani vxorem vnà cum Eudocia & Placidia filiabus, & omni gaza, & ornamentis decoris Imperij: quarum quidem illam Honorico filio, hanc Olybrio Senatori Romano locauit: non oblitus omninò quantum regio sanguini in vtraque fortuna concedere conueniat. Idque Iustinianus mitissimus Princeps perpendit, & erga Gilimerem obseruauit, cui salubris, si non honesta, fuga fuerat, vt ad Mauros festinaret, apud quos iussu Belisarij Pharas negotiis obeundis idoneus ipsum obsedit: ita vt literis sæpè persuaderet, vti deditioe quàm pugna Iustiniani virtutem experiri mallet. Nec annuit Gilimer, sed rescribens, Pharam Tribunum obsecrauit, vt citharam, panem vnum, & spongiam ad se mitteret: hanc, vt lachrymas exugeret: panem, aduersus incediam, sicut nuncius detexit: & citharam, ad leniendam heroicam calamitatem, quali se oblectat Achilles Homericus Agamemnoni iratus, & otij tædio *Iliad. 9.* iamdiu tristis, & quam sibi ostendi poposcit Alexander Magnus, cum Ilium venisset. Dum Troum aliquis ei Paridis lyram monstraret, Malle, inquit, Achillis, nempè virorum fortium sæpius laudes accipientis, nec demulcendis amoribus accommodatam: dignamque viro commutationem volucris fortunę animo reputante, quam vel ex ipso Alexandro di-

*Alian.
lib. 7. ar.
hist. 9. ca.
38.*

dicisse poterat: qui post tot insignes victorias & blādimenta fortunæ Hephæstionem, quo nihil vnquā charius habuerat, in Ecbatanis amisit tanto luctu, vt pinnas vrbiū deiici, & musicos conticere mandauerit, non diu futurus incolumis, sed mox Babylona ingressus, veneni cruciatu moriturus, & breui tumulo indicaturus, quāta sint Regum corpuscula, & quā pauçillo terræ cespite contineantur, quibus nullæ regiones, nulla maria possidendi sitim sedare queunt. Proinde cū Gilimer tandem Belisario deditus, Constantinopolim ad Iustinianum perductus, in triumphum amictus purpura cum excellentibus Vandalis actus esset, nihil conquestus est, nec ingemuit: sed Iustinianum in edito folio sedentem in magna populi corona conspiciatus, illud Hebraei concionatoris protulit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. & aduersis in rebus minus frangi cœpit: maximè cū à Iustiniano loca in Gallia quædam non minima fruenda sibi & propinquis accepisset. Et nisi in secta Ariana pertinax mansisset, propè erat, vt Patriij honore donaretur. Confestim Belisario triumphus suus decretus est veteri ritu, cum sella curuli argentea humeris captiuorum iucumbentem iam fastidito ebore zonis aureis, & magna vi auri in vulgus dispersa, & inito cōsulatu magnifico, vt magis ac magis inuidos concitaret, quorum artibus mœstissima demū ipsum perpeti contigit, tantisper tristitiæ feriis vtentem, vt Gothos ab Italia exterminaret, madentibus adhuc Vandalico cruore

to. Monachus in vita Steph. xandri.

Eclesiastes 1.

Antor Procop. li. 4. de bell. Vandal.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 174
armis, & procinctu contra Vittigem, qui Theodato sublato regnabat, suscepto: quem æquè superatum Iustiniano exhibuit Constantinopoli, vbi Patriij dignitate & conuictu Imperatoris decoratus, exacto biennio in fata concessit. At Persæ si non victi prorsus Belisarij ope sunt, tamen assiduis præliis debilitati quieuerunt. quod etiam Iustinianus testatur, ne si adestet Mirrhane Persarum Dux miræ audaciæ, du- biam vincendi aleam experiretur. Ille admodum audax literis mandauit Belisario, vt postredie in vr- bem Daram milites suos introducturo prandium pararet: eorumque nonnullas legiones immortalium nomine dignabatur, qui tamè maximè mortales pa- tuere, cū ad conferendas manus ventum est: vbi qui mortem euadere voluere, fugæ remedio vsi sunt, & pedites proiectis scutis fusi, & equites iactantiæ oblitii, nullam nisi celeritatis laudem retulerunt, Belisario vix suos retardante, ne fugaces longiùs persequerentur, sed incruenta fruerentur victoria. Ferunt tandem Belisarium insidiarium in Iustinianum fuisse conscium: itaque satellitio & stratoribus adeptis multatum, & domi custodiri iussum, eiusque mortui opes fisco addictas Zonaras tradidit. Adiciunt alij autores luminibus priuatum mendicasse, & se liuore, non errore excæcatum dixisse prætereuntibus. quod nec credibile, nec tam generoso duci conueniens, vt nimis humile: sicut illud Oedipi acerbum, qui in tragœdia Senecæ

Tomades lib. rer. Getic. in fi.

§. 1. de heredib. & falcio. col. 1.

Procop. lib. 1. de bell. Persi.

Tom. 3. in Iustinia- no, in fi.

Volaterr. lib. 23.

Anchro- polog. Crinitus lib. 9. c. 6.

- attolit caput.

*Causæque lustrans orbibus cæli plagas,
Noctem experitur, quicquid effoßis malè
Dependet oculis, rumpit, & victor deos
Conclamat omnes.*

Non miror autem benè meritis ducibus & perfun-
ctis honesta militia, mali quicquam accidisse sine
Iustin lib. 2. noxia, cum Miltiadem post trecenta milia Persarum
in campis Marathoniis deuicta, manu vix duode-
cim milium, non expectatis Laconum auxiliis, A-
theniensium decreto exulasse constet, ac in vinculis
& carcere enectum: nec corpus eius sepulturæ antè
Val. Max. lib. 5. cap. 3. traditum, quàm filius eius Conon, dux suæ ætatis
maximus futurus, vinculis constringeretur, succes-
sor utique paternæ ærumnæ & virtutis. Quinetiam
cum Xanthippus Miltiadi luxati femoris morbo
valde laboranti diem dixisset, nec se sistere iudicio
l. 60. ff. de re iud. §. 1. Gell. lib. 20. cap. 1. posset, causatus morbum fonticum, propter quem
in ius vocati excusari iure solent benignius, & quo
ipse miserrimè intabuit, nihilo magis capitis dam-
nationem, vel multam talentum L. euasit: nec pa-
Herodot. lib. 6. trocinio amicorum auditum Marathonem, & reli-
quas eius in fontis ducis victorias memorantium: ita
vt Conon lucre multam cogeretur pessimè inflictâ
parenti optimo, tum patriæ, tum suo. Si quid verò
est quod addat colorem Iustiniani Belisarium ple-
ctentis feueritati, id vnum erit præcipuè, quod Vit-
tige Gothorum Rege superato, Vraias eius ex foro-
re nepos, calculis omnium electus, quanta potuit
modestia, repulit Principatum. Similiter Theudi-

baldus Visigothus, qui parere quàm de summa re-
rum periclitari malens, suavit, vt Belisarium potiùs
Regem, sicut victorem, ferrent & amplecterentur.
Cui Rauennæ agenti Legati protinus rem omnem
detegunt, hortanturque ne voluntarius feruus mag-
is quàm Hesperix Rex esse velit. Tum ille ex tem-
pore respondit, Iustiniano superstite nunquam se
Imperatoris nomen inuasurum: innuens proculdu-
bio, mortuo Iustiniano, cui post successit legitimè
Iustinus cõsobrinus, se haudquaquam regium mu-
nus nõ accepturum, atque interim procliuius mor-
tem eius capturum festinatione regnandi: cum nec
de priuatorum viuètiis hæreditatibus pactionem
iniri, tanquam periculosi euentus plenissimam, Iu-
stinianus ipse patiat, vel antiquiores Iurisconsulti.
Ita vir magnus virtute, aliquando fortuna, Belisa-
rius fallaciter, vel certè incautè locutus, suo experi-
mento docuit in linguæ manibus mortem sæpè ver-
fari: & nihil nimium cupere ex Chilonis Philoso-
phi Lacedæmonij præcepto, partem esse sapientiæ
nõ minimam, & secundis in rebus seruare modum,
nec cfferre seipsum, futuræ fortis inscium. Equidem
si assentiamur Annonio non pœnitendo scriptori,
paulò secus de Belisario proidenti, exemplum in
promptu præbitum est. Refert enim illum in Afri-
cam redeuntem, vt rebellionis studentes contineret,
in Italiam diuertisse, vt eam à Francis populabun-
dis defensitaret: quorum tam ignorabat robur, quã
despiciebat numerum. Securus itaque D. Petro cru-

cem auream gemmarum varietate, & victoriarum suarum titulis ornatam magni ponderis obtulisse: postea aduersus Francos conflixisse fretos Tetrarchę solius auspiciis & viribus, ac à suis destitutum, ab hostibus circumuentum interiisse. Idque à vero non admodum abhorret, cum exploratum sit, regnum Francorum tunc sectum fuisse in ditiones quatuor, pro numero totidem liberorum Clodoueo superstitum, vt paulò post explanabimus: si modò præproperè triumphantium temeritatem faceret & commodè redargutam constiterit in Gallieno Cæsare, cuius pater Valerianus à Persis captus miserimè perierat. Contigerat verò ea tempestate, virtute ducum Romanorum, vt Scythæ Asiam vastantes profligati in propria remearent. Idcirco vanissimus Princeps sibi tanquam victori egregio triumphum decreuit, exquisito ferculorum & deliciarum genere, simulatis etiam gentibus domitis, Gothis, Francis, ac Persis: cum interea Galli, quibus, inquit Pollio, insitum est esse leues, & degenerantes à ciuitate Romana, & luxuriosos Principes ferre non posse, ab ipso defecissent. Quamobrem iuuenes quidam (scurriliter, fateor) se Persis miscuere, vultum cuiuslibet mirabili inuestigatione & obtutu assiduo scrutantes: à quibus dum quæreretur quid agerent, patrem Principis se quærere responderunt, quia videlicet memorem esse Gallienum decuerat inultæ mortis paternæ à Persis, non imaginibus, sed serio illatę. Non tamen impune cessit iuuenibus dicteriū.

In Gallie
niis, anno
263.

Nam viui exusti fuere magno populi dolore, Imperatorem stolidum inanibus victorię titulis tumens spernentis, qui frequentius auctori inuidiam quàm decus parant, imò & vindictę desiderium. Proinde cum Attila Gothorum ille Rex toti mundo formidolosus, Mediolanum populosam Italię ciuitatem cepisset, vidissetque Romanos in foliis aureis depictos, & ad pedes eorum Scythas prostratos & interfectos, horum loco pingi curauit aliud profusus, vt scribit Suidas: τὰς δὲ ῥωμαίων βασιλεῖς κορυκίαις φέροντες ἄνθη ἄμωον, καὶ χρυσὸν ἐπὶ τοῖς αὐτῶν χεῖρσι ποδῶν. id est, Romanos Reges sacculos super humeros ferentes, & aurum fundentes ad ipsius pedes. Nec relatu facile est, quantum & inuidiæ & iacturę Iustiniano Imperatori Max. conflauerint egregiæ illæ inscriptiones, Franci, Alemanici, Germanici, & similes, quibus se tot gentium victorem ostentabat. Equidem Agathius refert, non alia iniuria permotum Theodibertum Regem, Metensium & Gallię tetrarcham, vt trans Alpes in Iustinianum exercitum ductaret: cuius euentum perscribere tempestium est, vt diiudicari possit, an meritò Franci nuncupationem ille sibi arrogauerit, & à Clodoueo exordiri, qui primus religione pia Gallorum stabiliuit imperium: cui superfuisse quatuor filios, Childebertum, Clotharium, Clodamirum, & Theodericum, germanos fratres asserit idem Agathius. Sed tamen pro certo comperimus Theodericum nothum fuisse, ante iustas patris nuptias editum, manu & mente legitima, militię &

In diit.

τὰς δὲ ῥωμαίων βασιλεῖς κορυκίαις φέροντες ἄνθη ἄμωον, καὶ χρυσὸν ἐπὶ τοῖς αὐτῶν χεῖρσι ποδῶν.

lib. 1. de
bell. Go-
thor.

Nic. Gil-
lius. 1. 100.
lumine
Annal.

industrię opera expleſſe: ideoque populo & Regi
pergratum, & eodem cultu cum reliquis liberis ha-
bitum, atque æquabili regni portione hæredem fa-
ctum, nempe tractus Belgici ad Rhenum fluuium
ſicut Micipſa Maſiniſſæ Numidarum Regis filius, v-
nà cum Adherbale & Hiempſale ſuis liberis Iugur-
tham Maſtabalis fratris filium, qui cùm P. Scipio-
ne auxiliarium copiarum dux Numãtiam deletum
iuerat, & ſe conſilio commodum & pugna acrem
præbuerat, ſibi que magis quàm patruo Romanos ex
amicis amiſſiſſimos fecerat, ſucceſſorem deſtinauit:
qui non longè poſt Micipſæ obitum, Hiempſalis
capite ad ſe perlato, & Adherbale atrociter necato,
Romanos in ſeipſum concitauit, quorum præconio
ad tãtum honoris verticem peruenerat: eiſque poſt
varios belli euētus à Boccho Maurorum Rege pro-
ditus, ac catenis vinctus, Sylla Marij Legato procu-
rante, & poſt triumpho cum duobus filiis exhibitus,
gula fracta in carcere periit. Non longè hoc melior,
ſed felicior exitit Theodericus. Nam Clotharium
fratrem Sucſſionum Regem ad ſuum colloquium
blandimentis pellectum, celatis poſt aulæa armatis,
necari curauit: mox detecta fraude, lance argentea
donatum dimiſit: eadẽmque leuitate munus repo-
ſcere non erubuit. Sed & Theodiberto filio iuſſit
ſupercilioſè, vt Sigualdum cognatum perimeret,
alioquin ipſe perimendus. Sed hic mandatum rei
nefarie abhorrens. Sigualdum fugę admonuit, qui,
vt ait Annonius, in Latium profugit, in hoc Sa-
turnum

*sall. in
bell. iu-
gurb.*

*paul. o-
rof. lib. 5.
cap. 15.*

*Annon.
lib. 2. cap.
11. & 14.*

turnum imitatus, qui

Arma Ionis fugiens, & regnis exul ademptis,
vt ait Virgilius, eò venit, vbi diſperſos homines coë-
git. Leges etiam dedit, *Latiumque vocari*

*lib. 8. m-
neid.*

Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Cæterum Theodibertus patre deſuncto poſt xxxiii.
annorum gubernacula, iuſtitie & clementie dedi-
tus, Cinaldo Sigualdi filio paternas opes reddidit,
& nouis facultatibus auxit, quem incolumem ſer-
uaſſe ſibi ducebat magnificum: non ſecus ac Deme-
trius erepto Mithridate Ariobarzanis filio, quem
Antigonus Rex, eiſque pater, occidere molieba-
tur, quod per ſomnium videretur ſibi aureas micæ
ſerere, auream inde meſſem naſci, nec aliud colligi
quàm ſtipulam: idque Demetrio filio contulit: ideo-
que ſibi in animo eſſe Mithridatem perdere, adigit-
que iureiurando ſecretum ne proderet. Sed Deme-
trius remotis arbitris, & paruit patri ſilentio, & ami-
cum eripuit periculo, ſcribens gladij cuspide in pul-
uere: Fuge Mithridates. Hic verò ſedulò in Pontum
fugit, ibique latè imperitauit, & poſteris regnũ am-
plificatum reliquit, quoad à Romanis octaua illorũ
progenies funditus deſtrueretur. Poſtquàm itaque
manſuetudine & beneficiis Theodibertus, quẽ Sui-
das periculi quàm neceſſe ſit amantiorem, nimis que
audacem facit, apud omnes homines clarus abunde
factus eſſet, appetens honeſtæ gloriæ, niſus eſt ob-
uiam eundo periculis, & tũ finitimos tum remotio-
res bellis laceſſendo, vnà cum regni finibus famam

*Plutarch.
in vita
Demetrij.*

*in verb.
Theodi-
bertus.*

fuam prolatare. Cúmque Alemanos bello profligasset, & viciniore sine stoliditate audax, & sine metu prouidens subegisset, discrimen ingens obire constituit, idque in ipso belli ardore, quod aduersus Totilam Gothorum Regem in Italia Romani à Iustiano adiuti, Belisario (vt iam memorauimus) res gerente, susceperant, ne alieni periculi spectator deses habebetur. Quare quàm potuit maximis & lectissimis copiis proficisci in Italiam, & postea Byzantium urbem regiam bellum transferre meditabatur, & contumeliam eluere à Iustiniano illatam, vulgatis victoriarum eiusdem Augusti titulis. Verùm Agathius tradit, Theodibertum fato vitium tam ingens exequi consiliū, atque à fero & cornupeta boue, dum venatu, vsque ad eò sauciatum, vt finem paulò post & vitæ & ausis pulcherrimis fecerit. Sanè verò Galli autores, & alij non contemnendi, quod verius est aperuere: Francos Theodiberto duce in Italiam peruenisse, magno peditum numero, exiguo equitum hastatorum: at peditibus ense & clypeo solum armatis, non arcu teloque, nisi quòd ancipites secures gestabant, quas primo congressu in hostes proiicerent. Primitiâsq; pugnâdi Gothis primùm obuiis præstitere, nullis adacti precibus, vt fœdus cum ipsis aduersus Romanos & Belisarium à Iustiniano præfectum ferirent. vbi Padum flumen traicere eis licuit, tantus fuit ille Francorum primus impetus, vt Gothos castris exuerint, & fugere Rauennam compulerint citato cursu per medias Romanorum co-

lib. 1. de bell. Gothor.

Nic. Gillius in Clothario

Procop. li. 2. de bell. Gothor.

hortes: qui existimantes à Belisario fugatos repente Gothos, seque ipsi iungere cupientes, & delusi cladem non minimam à Francis recipere. Cuius quidem mox certior factus Belisarius, Ioannem & Martinum duces clam oburgauit, quòd se ab Amazonibus trepidos superari & dispesci permisissent, & vires hostium, quas infra veritatem extenuarant, maiores opinione nacti, succubuissent. Amazonibus verò à simili teli genere vocabatur Francos securigeros. Sed cum ipse cautis cum ratione successibus, magis quàm prosperis, cum casu delectaretur, nihil antiquius habuit, quàm literis officij & benevolentia plenius strenuum Theodibertum obsecrare, delinereque, vt spectator quàm socius belli contra Iustinianum esse mallet. Vittiges etiam Gothorum Rex valde timebat, ne studio Belisario repugnandi Italiam Francis prædæ esse fineret: nec immemor erat Æsopici apologi, quo Vrsus & Leo hinnulum nacti, tandem simul de illo certarunt, vt fatigati iacerent, ac Vulpi quæsitum cernerent. Sed postmodum mirificè recreatus est, cum intellexit Francos pedem referre, laborantes penuria comæatus, præsertim vini, in regione longis bellis attrita, tum lue per exercitum octoginta milia hominum complectentem grassante. Ideo Dei iræ malum id contagione dirum imputans, Galliam repetere statuit: sed ita, vt Buccellinum ducem in Italia dimitteret cum non paucis milite, vt quæsitâ seruariet, & ampliora acquireret. Inter quæ accepi ego Siciliam partam Francis, & Theodi-

Leonardus Arerimus lib. 2. de bell. Gothor.

Gregor. Turonens. lib. 3. bertum Buccellini viribus multas alias regiones inuassisse, & se spoliis Italicis ingurgitasse, donec Iustinianus Belisario iam præliis infortunato, atque reuocato, Narsetem suffecit: de quo per iocum mirari se dicitur ab Buccellino, quia Gallus contra Gallos tam vehementer belligeraret: alludens ad Gallos Cybeles sacerdotes eunuchos, qualis Narses ferebatur.

Paul. Diacon. lib. 18. rerum Roman. Quo scommate incensus, horrenda strage facta Buccellinum apud Tanetum (sic enim loco nomen est) fregit & extinxit. Quocirca Iustinianus à Gallis aliquando superatus antea, recentem victoriam hanc dulcissimè gustauit, & Francum se Alemanicumque inscripsit. Illic altera quoque ei occasio oblata fuit augendi fastum mortuo Theodiberto Rege, superstitite Theobaldo filio adolescētulo, nec belli admodum cupido, nec satis idoneo propter nutantem va-

Nic. Gill. I. volum. Annal.

Lib. 1. de bell. Gothor. lib. 2. letudinem (qua nec frui plus octo regni annis ei licuit) & prudentiam, qua pollebat, exercere cœlo repente conditam, insigni mœrore subditorum suorum, maximè aulicorum: inter quos, dum ipse uiueret, eminebant, ut ait Agathius, Leutharis & Bultinus fratres, genere quidem Alemanni, sed apud Francos vires quammaximas consecuti: ita ut suæ genti Theobaldi permissu præessent, quam quidem Theodibertus subegerat. Tunc verò studiosè egerant Gothi in Italia contra Iustiniani ducem Narsetem pugnantes, ut Francos sibi socios haberent. At Leutharis & Bultinus mirari se valde dicebant, Gothos, qui hominem cubili assuetum & umbratili vo-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 179
luptati deditum reformidarent. Spei itaque pleni, & sorte sua tumidi, Theobaldo non omninò dissentiente, ex Alemanis Germanisque contraxere exercitum duo & septuaginta milium, ituri in Italiam, eiecaturi Narsetem, quem nec primam quidem incursionem laturum arbitrabantur, potissimum cum bello iugè à Gothis premeretur ducente Aligerno Teiæ Regis fratre, quem demum Palladius è primoribus Narsetis tribunus sagitta confodit, dum Cumas obsideret in littore maris Tyrrheni. Nec Leutharim melior, licet dissimilis, fortuna cōsecuta est. Nam in Venetorum territorio ex egritudine & tabe in tantum furorem versus, ut in sua membra defæuaret, perinde ac si propria nece viueret, & pereundo resceretur, interiit. Bultinus verò cum omnibus Narsetis copiis audacter magis quàm fortunatè cōfligens, suos ad interuicium cædi aspiciens, atque in hostes irruens, concidit. Non tamen assentior per omnia Agathio, quinque tantum è Francis reliquos fuisse scribenti, desideratis duntaxat Romanis octoginta: sed ex optimis quibusque autoribus hac de re variantibus mediocri industria seligo, quod videtur vero proximum. Nam & Iornandes Gothus *in lib. de regnorum success. in fin.* non est veritus recensere Francorum deuicta milia ducenta, ac finibus Italicis à Belisario expulsa, & inde triumphasse. Tam enim in numero eorum, qui victi fuerant, hallucinatus est, quàm in vinctis Narsetis persona, sed nò solus. Plerique enim (quo- *Alciat. lib. Di- prunt. 2. cap. 22.* rum sunt & iuris interpretes) Iustinianum se eo tan-

tum Francum nominasse tradidere, quod Theodibertus, postquam in Italiam irrupisset, ac quibusdam præliis vicisset, & propositi minimè tenax in lares proprios reuertisset: nec viderunt propius & Francorum & Iustinianeorum ducum commissas vires sæpè in æquilibrio pependisse, non vnò certamine: atque non animaduertent non modò fortunam, quæ in bellis præcipuè dominatur, sinu suo complexum Cæsaris Iustiniani res in præliis extra Galliam in diffusa regione, sed & ipsi in Gallia, Gothis, Romanis, & Burgundionibus, vndique diuexata plurimum iuris tribuisse. Ideoque Ius nostrum testatur, Iustinianum scripsisse ad Basilianum magistrum militum, uti diligenter provideat milites præfici cum tribuno in traiectu Hispaniæ, qui Septa dicitur, quæ alibi nos ostendimus aduersum Libycò littori in freto Gaditano: qui possint, inquit, ipsum traiectum seruare, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ vel Galliæ: siue Francorum aguntur, viro spectabili duci nunciare, ut ipse tuæ magnitudini referat. hic locus vel habuisse Imperatorem in Gallia nonnullas oras sibi parentes innuit, vel exploratores ideò designatos, ut quid molirentur Galli seu Franci, renunciarent, & detegerent. Sanè Belgici scriptores non diffitentur Iustiniano paruisse complures gentes à Scalde flumine ad Sequanæ ripas, Belgicâ Galliam stringente: & Carolum Hasbanum, dum Theodiberti Regis iussu legationem obiret, maiestatem Iustiniani Constantinopoli veneratum: qui conti-

l. 2. c. de offic. præf. præf. & fric. §. 1.

Joan. Marini lib. 3. Illustrat. Gall.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 180
 nuò suppetias se laturum spondit Theodiberto absenti, Theoderici filio, quem Clotharius & alij fratres tetrarchæ, quia materno genere impar esset, despexerant. Adiungit Procopius, Gothos, ut Germanos pacarent, concessisse eisdem Galliarum partem suæ ditionis effectam, eamque concessionem ratam habuisse Iustinianum. Inde, inquit, factum, ut Massiliam & Arelatem tenuerint Germani, quos Francos interpretatur Zonaras: atque id eo consilio à Iustiniano factum, ne impedimento essent Franci Romanis Gothos oppugnantibus: & quia videbat Deum nouo Fræcorum delectari imperio, & infantiam eius dulciter alere. Ad eò nemo Francorum Iustinianum fugillare debet, qui longè à tergo bellorum & literarum gloria Imperatores, vtriusque Romæ reliquit, & Francos in Galliarum fruitione auctoritate sua comiter roborauit. Liquere tamen potest Gothos foedus fregisse, & longè post Arelatem & pleraque Narbonensis prouinciæ loca occupasse, indignante Guntchramno Aurelianensiu Rege Theodiberti patrueli, Gothorum limites in Gallias extendi, ut Turonensis refert. Planè Guntchramnus vir fuit constans & integer, arma ratione tractans, & qui se in bellis gladio Delphico neutiquam uti declararet, sed (ut ipse scitus Princeps dicere solebat) Gallico. sic enim Delphici fabri cuderant suum propter inopiam, ut eodem statuas polirent, & materiâ dolarent: ipse verò non eodem Gothos atque Romanos iuuare promptus, postquam alterutris dederat

lib. 3. de bell. Goth.

lib. 3. in Leone I. sauro im- per.

lib. 8. histor.

Aristot. lib. 1. Politic. c. 1.

fidem, eam seruabat tenacissimè. Nonnunquam auditus est dicere, Theodibertum insigni illa expeditione, qua Gothos & simul Belisarium terruit, magis quàm offendit, nihil aliud retulisse ex Italia, quàm affatim ridendi fructum, & sericum textrinis locupletandis & luxuriæ vestium augendæ paratum. Unde autem risum ciere memorabilem Gallis Italia potuit, statim narrabimus, si modò dixerimus Iustiniani seculo, ut Zonaras scripsit, sericum, quod à vermiculis gignitur, in usum venisse, antea penitus incognitum vulgo. Nam illud sericum, quod ab antiquis memoratur, Seres orientis populi, armorum expertes, quieta in regione & salubri, & flatu vectorum commodo è syluis educebant, ex arboribus tenuissima vellera mollientes leui aquæ aspergine, & subtilem illam lanuginem nentes subtegmina fecere, vsui nobilium, mox etiam infimorum, inquit Ammianus: aduenisque sine sermone solis oculis pretia serici æstimantes. hinc est illud Senecæ tragici,

*Nec Mæonia distinguit acu,
Quæ Phæleis subditus curis
Legit eois Ser arboribus.*

El. Popif. in vita Ameliani. Aurelianus Imperator nulli permisit serico indui, nec vxori quidem, ut blateo serico vteretur: quod ego arbitror non aliud fuisse, quàm coloris in purpuram cœlestem desinentis, qui Gallis blauus nominatur. Absit, inquit, optimus Princeps, ut auro filapensentur: cum libra serici libra auri rependeretur. Sed & aureæ vestis ornatum interdixit, dicens plus auri

lib. 3. in vita Iustiniani, in ser.

lib. 21. rer. gest.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 181
auri esse in natura quàm argenti, sed perire in varia fila, bracteas, & liquationes. Interim suppellectilem ex auro fieri permisit, & quidem vehicula: quia videlicet hoc sumptu solidum aurum extaret. Sericum in Principum vsus soli Comiti commerciorum, edicto Gratiani à barbaris comparare licuit. Sericam *l. 2. c.* verò vestem olim Medicam fuisse appellatam Procopius docet: nimirum quoniam à Medis & Persis ^{quæ res vidi non possunt.} aducheretur: donec Iustinianus, ne hostes pecunia iuuaret, quæ damno seueritatis multa pro serico profundebatur, ab Æthiopicibus & Indis adferri curauit, legatis ad Hellisthæum Regem missis. Postea duos Monachos ex India serici seminarium recens ferentes mirum in modum Byzantij complexus est, & muneribus profecutus: quia docuissent Serum oua animari, & Mori foliorum nutrimento foueri, ut sericum texeretur. Iulius Pollux videtur suboluisse huiusmodi vermiculos ex ouiculis scaturientes. Sūt *lib. 7. ca.* etiam nonnulli, inquit, qui Seres ab aliis quibusdam ^{17. Dictionarij.} animalibus telas suas colligere tradant. Accedit *lib. 15. Me tamorph.* Ouidianum illud:

*Quæque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tinea, res obseruata colonis,
Ferali mutant cum papilione figuram.*

Acceptum referre debemus igitur sericum Iustiniano, & vestes, in quibus matronæ transluceant, aut viri vsque ad plebeios iam ornentur, toties vetitas lege sumptuaria, tam sæpè, quàm frustra, promulgata. Cæterum Franci Theodibertum Regem in Italiã

secuti, obiter ex Padi fluminis arenis aliud lōgè sperarant, & pretiosius: nempè aurum & succinum. quādo quidem audierant Gallos quondam Brennum ducem habentes multum auri ex eo legisse, sicut ex Pactolo Asiæ, in quam denique penetrauerant: nam horum vterque fluuius aurifer dicitur. Addebant Padum ditionis fuisse Gallicæ, & nomen suum Gallis debere, sicut Græcis Eridanum: quoniam circa eius fontem multa sit arbor picea, quæ Pades Gallicè vocetur, vt inquit Metrodorus Scepsius. nā Ligurū lingua Bondicus, id est, fundo carens, appellabatur. Præterea aptauerant iam Galli euerriculum, & densa quædam retia, vt succinum ab intimo amne extraherent, vel propter eius leuitatem à refluxu vndarum implicarent. sicuti hodie accidit in Germania in littore Prutenorum, qui vberem quæstum ex ea faciunt succini piscatione quotannis, æstiuo potissimum tempore, spirante Aquilone, & cum mari luctante. Audiuerant namque Galli nescio quæ Phaëtonem Solis filium maluisse patris curram regere, quàm eius regi consilio: dūmque incautè aurigaretur, è curru deiectum in Padum: eoque miserè præcipitato Heliades sorores continuas lachrymas fudit, quoad in populos arbores mutarentur, ex quibus electrum (sic enim Græci, quibus Elector sol est, succinum appellant) distillaret in Padum proximū, ex quo Celtarum filij, vt ait Dionysius,

δάκρυ ἀμέργοναι χρυσαυγός ἠδὲ κροίον. id est, mulgent lachrymam electri auricoloris. Tam con-

Plin. lib. 33, cap. 4.
Cato in O. vizimb. c. 16.

In orbis descriptione.

stantem accepit fidem hæc fabula, vt Græci prodiderint accolæ Padi amnis pulla veste vsos affiduè, luctus iudicio. Nec defuit Dioscorides, celebrer utique medicus, qui populorum lachrymam in Pado in succinum duratam, attritu odoratam, coloris aurei, potam stomacho salubrem diceret: ne mirum quisquam putet, succino paleas trahit velut sensili facultate, cum tantum nugarum stipula quauis leuorum ad se illexerit, origine, vt mea fert opinio, inde ducta, quod agrestes mulieres Padum circumcolentes, monilia de succino auri fabrefacti æmulatione ornatu eximio, gerere solerent: ne sit quod priscos Francos puderet electro sperasse locupletari, quod in longinquis atque incognitis infulis nascitur, quæ Glessariæ nominantur, voce Germanica, à glesso seu succino. Germanico autem Cæsare scrutante comperit, ex arbore pinei generis liquorem manare: & utique folia aridula in eo inueniuntur. Sed & Martialis Apis ac Formicæ singulatim epitaphia eleganter scripsit, & quod subiungemus, Viperæ: quoniam sub electride arbore errantes bestiolæ stilante lachryma facilè retinentur, quas concretum gummi & pellucidum à putredine vindicat, & eo pretiosius efficitur.

Flentibus Heliadum ramis dum Vipera serpit,

Fluxit in obstantem succinæ gemma feram:

Quæ dum miratur pinguis se rore teneri,

Concreto riguit vincta repente gelu.

Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulchro,

polyb. lib. 2, histor. Lib. 1, cap. 93.

Plin. lib. 37, cap. 3.

Solin. in polyhist. cap. 23.

Plin. lib. 4, cap. 16.

lib. 1, E. pigr. C. lib. 6. C.

Tacit. in lib. de morib. Ger.

Vipera si tumulo nobiliore iacet.

Iraque nobile hoc maris eieētamentum, quod rude in ipsa iusula legitur ab incolis, & pretium apud exteros inuenit, Gallis in amne Pado id frustra quærentibus tristitiæ fuit: quippè qui iam decreuerant lautius se victuros, & vsui certo destinarant. Non pauci indignabantur, & semetipfos Gallorum paleas vocabant, quòd ita à succino tracti essent. Cui quidem animam ausus est tribuere Thales Philosophus, quia paleas & folia ad se hæc gemma raperet, non sine prodigio. Quidam verò hilariores Galli in tantum risum effusi sunt, famæ fuco deceptis illudentes, vt nullum aliud ridendi tempus habituri viderentur: nec ipse quidem Democritus tantum cachinnum mente vno mouerit: adeò vt vnus è militibus nimio risu enectus tradatur. Nec nouum. Nam Chrysippus Stoica disciplina apud omnes clarus, & adeò apud seipsum, vt rogatus cui erudiendum filiū commendaret, dixerit, Mihi: nam si quempiam me excellentiorem putarem, ipsius philosophiæ studerem: dum aspiceret asinum ficus mandentem, & cõfestim iussisset aniculæ vinum vt asino sorbendum propinaret, tam immodicè risisse propterea fertur, vt animam exhalarit. Tametsi potuissent Franci vilius hilaritatem mercari, quàm morte mœrorëve cõcepto: ideò quòd imposturam passi essent à Phaëtonis fabula: quam si quis penitèns rimetur, antiquitatis plurimum & veritatis inueniet, vel M. Catone attestante. Is scriptum reliquit, primum omnium

Laërt. lib.
1.

Laërt. lib.
7. de vita
philosop.

In fragm.
originu.

Græcorum Phaëtonem ex Attica soluentem cum Lugure filio, multis seculis ante Oenotrium Regè Arcadem colonias adiecisse Italico littori, ab ostiis Tyberinis ad Niceam Massiliensium, & in medio portum Ligurnum à filio Ligure nuncupasse, vltro citroque littus Liguriam dixisse, & Genuam à Genij colonis in Liguria montana. Et alibi: Venetis cunctis origo, inquit, prima Phaëtontea est, quæ Græcis occasionem mentiendi de Phaëtonē & Eridano præbuit. Posteriùs mixta his nobilis stirps Troiana, à quibus Patauium suo cõditore inclutum. Sed nos paulò post demonstrabimus Venetum nomen à Gallis, qui priscos indigenas expulerunt, inditum adultæ iam Republ. Romanorum, & Regibus obtemperante, multò sanè post Phaëtonis lapsum, & quam fingunt terræ conflagrationem: ideò quòd regnante Phaëtonē plurima Italiæ loca vi maiore cœlitum arserunt, & flumina procul à ripis solitis discesserunt, flammis coquentibus ad maciem redacta. Nisi quis assentiri maluerit Luciano, Phaëtonem Astrologiæ peritum notanti, qui Solis cursum deprehendere nauiter conatus, moriens artem imperfectam tradiderit: idcirco à Græcis cœlo deiectum fingi. Nā & medicinam apprimè calluit: & Panaceam herbam, quæ suo nomine morbis omnibus remedia pollicetur, in Liguria Alpibus contermina inuenit: vnde 49. Ligusticum vulgò dicitur, odorata radice & candida, nec heraclei Panacis dissimili. Tam verò stomacho turgenti opitulatur, quàm aduersatur serpenti-

In Astro-
logia.

De hac
Dioscori.
lib. 3. cap.

bus, & Liguribus piperis loco est in epulis, alioquin tam longè à Solis ortu nascens. Bellissimè profectò apud Platonem Ægyptij sacerdotes Soloni dixere, Græcos semper fuisse pueros, nunquam verò senes: quia iuuenis semper eorum animus, sine vlla verustatis cognitione, vel cana scientia. quod idè, inquit, Græcis contingit, quia multa fuere hominū exitia, eruntque aut inundationibus aquæ, aut ignis conflagratione. Nam quod fertur apud vos, Phaëtonem Solis filium currum ascendisse paternum, & oblitum aurigationis demonstratæ, exuisse terrena, ipsūque eodem incēdio periisse, verum quodammodò putandum est: ac fieri longo temporum interuallo cœlestis circuitus permutationem, quam inflammationis sequatur vastitas, in locis præsertim aridis, quorum è numero Ægyptus minimè sit, Nilotum magis irrigata flumine, cum æstus efferuescit. Quare penes Ægyptios antiquitatis monumenta multis seculis permansisse. Credibile tamen est Deū pulcherrimi operis architectum & dominum, mūdum suum annorum cursu situm quendam inducētē, & præ sordibus sterilem, eluere vndis, ac detergere, aut, si illuies & fæx nimis hæserit, flammis purgare, vt sit in vasis æneis diuturno vsu inquinatis: quod genus lustramenti sanequàm fertilē terram efficit. Vnde Virgilius:

lib. 1.
Georg.

Sapè etiam steriles incendere profuit agros,

Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

sive occultæ tum vires, & pingue pabulum humo

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 184
infunduntur, sicut per radios Solis humido mistos omnia generantur, & agri maximè concipiunt & germinant:

-sive illis omne per ignem

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

Quod etiam veteres prodidere, Cygnum Phaëtonis propinquum, dum fleret cognati casum, in auem sui nominis mutatum, tristi modulatione ac suauifatum suum præcipientem, Pausanias omninò fabulosum esse non fuit: sed ait Cygnum fuisse Ligurum Regem, Musicæ laude clarum: idè cum decessisset, ab Apolline in alitem canorum versum dici. Sed profectò de Ligurum Regibus & origine tam diffimili veteres dixere, vt prolixum sit enumerare sententias. Eustathius censet, à Lygie quodam fluuio nominatos, & colonos esse Colchicos: & Lycophrō in Colchide Cytæam Ligusticam ciuitatem sitam meminit. Seneca Stoicus Ligures quidem in Galliam transisse dicit, sicut & Phocenses, nec esse indigenas, sed aduentitios origine. Cæterum Græcos coniectura consequitur fuisse Strabo, ex eo quòd æreis vterentur parmis in bellis, quibus frequentius pedites intererāt, quàm vt ex equo pugnarent. Addit lacte & hordeaceo potu victitasse, & fabricandis nauibus materiam artēque eximiam habuisse: pecore, pellibus ac melle abundasse, & ad emporium frequentissimum Genuam pertulisse promercalia: cuius dignitas hodie etiamnum perdurat, angustiore tamen quàm olim ditionis termino. Nam & Ni-

In Atti-
ci.

In Dio-
nyf. Cos-
mogr.

lib. de Cō-
solat. ad
Albinū.
cap. 8.

Lib. 1.
Geograp.

Plin. lib. 3. cap. 5. ceam, & Salyos Liguribus ascriptos scimus, & vnà contra Romanos diu pugnasse, ac Fuluium eorum latebras ignibus seplisse: Bebium in plana deduxisse: Posthumium denique exarmasse, vt vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur: sed non nisi bello in octogesimum annum protracto, vt Strabo retulit. Ita demum Romanis paritū est, excusso tamen, quoties occasio pateretur, iugo, quod redintegratum est Pipino Caroli magni patre Gallias tenente, qui Genuensibus non admodum inuitis Hudumarum Comitum prefecit, vt Sarracenos arceret, qui interdum classe, interdum piraticis nauigiis, Ligusticum mare infestabant: & Genuæ valde formidolosi, infulam Corsicam occuparant, tanta vi, vt Hudumarum infeliciter dimicantē occiderint: nec impunè. Nā Burchardus Comes Gallici stabuli Sarracenos Corsica expulit, plerisque pro perfugio in pelagus sese proiicientibus, & paucis renauigantibus in Mauritaniā, vnde soluerant. Ita Corsica pacata Genuæ Comitatu contributa est, & à Carolo Magno possessa: qui per Bonifacium Corsicæ præsidem Africam classe peti curauit, & vt ipse scitè dicere solebat, prædonibus Corsicum mel in suaue esse ostendit, multis milibus eorum iuxta Carthaginem fufis atque profugatis. Nam cum in Corsica plurima buxus flore non spernendo proueniat, mel tamen amarum profert. De Corsis primū triumphasse legitur Papyrius Masso Romanus, in monte Albano: inde ludos Circenses coronatus myrto spectare solitus, quia sine

cruore

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 185
 cruore superasset leuiter, Veneris victricis iure, cui ea arbor sacra est, optabilis quoque hostibus: vel forte, quòd inter buxeta in eadem insula passim nascatur iisdem persimilis. Id licuit contemplari Senecæ Philosopho, à Claudio Cæsare relegato in eam insulam, & calamitosius reuocato, vt Nerone discipulo intumesceret. Vnde sic ait in tragœdia sui contribulis:

*Meliùs latebam procul ab inuidiæ malis,
 Remotus inter Corsici rupes maris:
 Vbi liber animus & sui iuris, mihi
 Semper vocabat studia recolenti mea.*

Planè Corsica dicta est *Κέρκυρα* in *αὐτῆς ἰσθμῶς*, id est, à verticibus montium, antè Cynos appellata, distans à Sardinia LX. stadiis: quam Pausanias scripsit omnium venenorum & lethalium stirpium expertem, præter herbam vnā apio similem, quam quicumque comederint, ridètes emoriuntur: Ex eo Homerum Sardonium dixisse risum eorum, qui similitatè & cum stomacho emitterent: Quin & fontes, iuxta quos herba nascatur, vim mortiferi risus retinere: quæ locum dedit prouerbio, & iuxta quam Ligures nonnunquam risisse mihi videntur, in suos Duces ac Principes, & proculdubiò in alienos. Nam cum Balduinus Flandrus Venetum auxilio Constantinopolis regnum adeptus esset, * Genuenses xxxiiii. * Anno Sal. 1200. Nicetas in Annal. c. de imp. rio Bal.

A a

cilè potiti sunt. Iidèm cùm Perimus Cypri Rex è posteris Guydonis Lusignani corona primùm insigniretur, eo quòd inter auspicia & solemnìa Venetis postpositi essent, in conspectu populi, & Regis præsentia, ira agitate, domum reuersi subito classem parant, per quam ex improviso Cyprum inuadunt, & suam faciunt, Petro Fregoso res gerente: qui frater Dominici Fregosi Ducis tum à Genuensibus creati, adèd in victos sæuiit, vt mutabilem vulgi voluntatem minimè recordari censeretur. Nam dum Fregosus uterque malè atque desciscente fortuna in Venetos pugnasset, in carcerem coniectus simul est, alio duce tum vrbanis tum marinis rebus præfecto. Nihil miremur plebem malam in bonis negotiis ferre censuram, cùm constet eosdem Genuenses aliquando Ducatui admisisse Paulum Nouium infecto rem pannorum, imò etiam candoris ciuilis, nec in re militari primum, & qualibet alia in re omnibus secundum. Quare Ludouicus XI. Gallorum Rex Liguribus infensus, qui se pridem Carolo V. per Legatos deuouerant, & sordidum Regem nuperrimè optarant, tametsi (vt ipse faceret aiebat) eo digni viderentur, Genuam magna militum corona cinxit, deditioem facientibus ignouit, Nouio rebellionis capiti temerarium caput per lictorem abstulit, ablatum populo flexibili & damnatos semper fastidienti proposuit: edicto què sanctissimo vetuit, ne quisquam in posterum Fregosi & Adorui nomina, materiam & fomitem factionis in luculenta Republica

*platinain
Gregorio
xi. & in
vrbano
vi.*

*Nic. Gill.
in Carolo
vi.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 186
alendæ, ferre sequi ve auderet. Nostra ætate vidimus Genuam à Gallis deficientem, & ab illa similiter Corsicam Gallis victoribus cedentem: quæ, vt inquit Eustathius, homines genuit sæuos, & brutis ferociores, vt potè qui in seruitutem redacti vel viuere nolint, vel dominos affligant proteruitate. Cæterum rursus Liguribus restituta est Corsica in pacis fœdere inter Henricum II. Franciæ Regem & Philippum Hispaniæ percusso, summotriusque Imperij commodo & gaudio, pactione adiecta, ne Corsi, qui Gallorum partibus studuissent, perduelles propterea haberentur. Cumulauit præterea ingenti lætitia Ligures confinis Dux, sed amplitudine regionis & sanguinis splendore Rex, Emanuel Philibertus Sabaudiæ & Alpini tractus Princeps, tunc coniunctus designatus Margaritæ Vallesiæ, Henrici Regis fororis inclytæ, ac veræ Margaritæ: nec illi postponendæ, quam concha operuit, quæ Venerem Cytheram sedato mari detulit: nec illi quidem, quæ Veneris auribus in Pantheo Romæ dicata est, singulare naturæ opus, sed residuum cœnæ Antonij & Cleopatre. Nec enim regia hæc Margarita vllò seueritatis aceto resoluitur, sed literata herois omnibus benignitatis ducedinem impertit, seque dignissimam præbet viro & cognato suo exvtriusque regni nimirum sanguine composito. Nam Franciscus I. Rex Gallus, Henrici II. & huius Margaritæ illustrissimus pater, Aloisia matre Sabauda Philiberti antiquioris Ducis filia editus fuit. Sed & Carolus V. Imperator

*In Dio-
nyf. Cos-
mog.*

*vlm. lib.
9. cap. 35.
m. fin.*

Philippi Hispani parens, & Carolus Sabaudus huius clarissimi Emanuelis Philiberti, ex Emanuelis Lusitani domo vxores sibi delegerunt, viris ac fobole fortunatas. Sabaudi enim Duces stemma Gentilitium ad Germaniæ Cæsares referunt: nempè ad Othonem primum Saxonum Ducem, pietate & armis insignem, qui Boleslaum Boëmũ vltus est, quòd regni cupiditate transuersus Vinceslaum fratrem obruncasset, nec colore adhibito legis vllius violatę, qui Romulo sequenti apud nonnullos patrocina-
Raph. Fo-
laterra-
nus lib.
2. Geogr.

natur. Idem Otho Ludouicum Trásmarinum Gallorum Regem, & fororis suæ Gerbergæ maritum, asseruit aduersus Nortmanos & Hugonis magni factionem, qui Regi acerbissimè insultarat, & proccurum conspiratione adiutus Regem velut carcere audacter præpedierat. Sed is Otho filium Othonem secundum Imperio præfecit, non perinde Franco regno gratum, & cum Lothario Rege Ludouici filio sepissimè dissidentem, ac post alternas clades in gratiam redeuntem, prout estus Lotharingiæ imperandi dictabat. nam inde ansa data discordiæ. Recõciliatus itaque Otho Gallis, in Italia præclara quẽdã gessit, fuis Gręcis Sarracenorum manu fretis, & à Calabria, quam sibi vendicabant, expulsis: ita vt nullo modo se degenerem ostenderet, vel gratiam nomini derogaret. Quocirca posterì Allobroges memoria récolentes vnde fluxissent, vehementer sibi animos ad res bonas accenderunt, vt maiores equarent, vel certè cum eis de bonis artibus contendere-

Bapt. E-
gnatius
lib. 3.
princip.
Roman.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 187
 rent. Cuius pulcherrimę imitationis & conatus memor Fridericus III. Imperator amabilis, & beneficij conferendi sagacissimus arbiter, qui Germaniam tranquillè totos quinquaginta annos pacatis Pannonicis & Flandris gubernauit, Amadeum Aimonis Sabaudię Comitiss filium Ducatus titulo decorauit. Hic autem defuncta vxore Margarita charissima, planè demonstrauit nihil esse suauius, vt Apollonidas dicebat, quàm bonorum coniugum iusta & legitimè affecta voluntas: Non aurum, non regia dominatio, inquit, non diuitiarum luxus. Sic enim loquitur:

ὁ χρυσοῦς ἔτι πικρῶν, ἢ πλεῖστον χλιδῶν.
 Itaque postquàm inferias coniugi optimæ ritè fecisset, sponte Ducatus administrationem ac ius Ludouico filio tradidit, & Ripaliam in plagam se contulit territorij Gebennensis ad lacum Lemanum: vbi sibi & perpaucis suorum aulicorum sacellum & ædiculas in loco satis amceno posuerat, vnde ver-
Apud
Stob. ser-
mon. 65.

nantis naturæ opes, & syderum pulchritudinem intueri liberè posset, ac diuinis literis operam nauare, prædulci mentis pabulo. Cùmque Aristoteles triplex genus vitæ constituisset, primum quod in speculatione, alterum quod in actu, tertium quod in voluptate consistit, ac speculandi bonum prætulisset reliquis, Amadeus vltro subscripsit, adiecitque
Laert. in
eius vita,
lib. 5.

voluptatem mirificam speculantibus adesse, vel se teste, qui quasi emerisset naufragus, portum tutissimum se inuenisse prædicabat in eo gurgustio, vbi velut terrestris quidam angelus cœlestem vitã fru-

gali victu viuebat : ita ne vim naturæ faceret, & studiis iugiter vacaret, ac perficeret, vt occultus & procul à populari consortio, propter sanctimoniam omnibus manifestus esset, vocareturque eius exiguum cœnobium vulgò Amadeum : sicut domus Pythagoræ à Metapontinis delubrum Cereris vocabatur, ac vicus sacer Musis, vt Phauorinus Gallus Philosophus apud Laërtium scripsit : & Sallasi Alpinii populi iugum editissimum S. Bernardi perenni nomine donarunt, quia Bernardus Augustensis sacerdotio opimo longum valere iussu, inter Alpium, quæ Lugdunensem Galliam prospectant, niues candidam vitam egisset : quasi ex fastigio montis cœlo vicini beatorum consiliis interesset, & deliciis eximiis spe interim frueretur. Cæterum non est diutius passa fortuna Amadeum eiusmodi quiete gaudere, sed specie melioris felicitatis eum subtraxit, & in turbas medias ac contentiones inuitum coniecit. Cùm enim Eugenius III. Venetus Pontificem Romanum ageret sanequàm turbulentè, vt qui rei militaris plus æquo studiosus esset, Basiliensi concilio decretum est, vti dignitas ei abrogaretur : eò magis, quòd edictis legitime euocatus contumaciter restitisset. Proinde contigit, vt Amadeus ex eremo in sedem Romanam omnium procerum suffragiis optaretur, prehensante Philippo Maria Vicecomite Mediolanensi genero, & Amadei foci bonitatem Eugenij proteruitati conferente. Missi itaque Legati ad Amadeum cum diplomate, & concilij coacti

decreto, quo ex Amadeo Felix quintus nominabatur. Sed priusquam ipsum opperirentur, ingressi Legati ianuam primam cœnobij, venire in hortos cultiores quàm latiores, & taciturnos, nisi quòd apes circa flosculos perstrepebant, & præterea riuus aquæ iuxta sepem assiduo murmure in saxa cursui obstantia queri videbatur : & ad eius ripam horis pomeridianis Amadei comites, ne in otio nihil faciètes malefacerent, canistra saligno vimine texebant, & cistas etiam seruandis libris, necnon cribra ex setis, quorum inuentum Gallis tribuit Plinius, caudæ e-
 quinæ damno, sicut Hispani pollinaria ex lino ex-
 cogitarunt. Miscabantur operæ hymni, & laudatio mellita diuinitatis : ita vt laborantes sancti viri apiculam ipsam imitarentur, manibus quidem tractantes ceram opificij innocui, ore verò stillas mellis : vt planè à D. Hieronymo edocti viderentur, qui Rusticum monachum hortatur ad eiusmodi, vt quiduis operetur sacris permistum canticis, inserat surculos arbori alienæ, alucaria fabricet apibus, & aquarum scatebris arentia arua temperet, iuxta Virgiliū. Ægyptiorum, inquit, monasteria hunc retinēt mo-
 rem, ne quemquam absque opere & labore susci-
 piant, non tam propter corporis, quàm propter a-
 nimæ alimoniam, vt innuit, ne perniciofa cogita-
 tione in desidia conuellantur. Post Legati perducti
 ad Amadeum, Pauli Apostoli epistolas inter deambulandum legentem inuenere. Salutato illi electū,
 & summo consensu optimatum Pontificatui desti-

lib. 18. cap. 12.

Hieronymus. can. Nunquā de consecrat. dist.

natum retulerunt, & quod felix faustumque esset Reipub. Christianæ, Felicis nomine donatum. Tum ille frontem caperans: Ecquis, inquit, patribus consiliariis persuasit fore, ut me pœniteret instituti, & ut Ducatu tranquillissimo cum regni cœlestis spe permutato, ad dissidia sedi Romanæ nimis familiaria tranfuolare? Num ego, qui honores & opes inter dubia, virtutes inter certa posui, sine rubore ab incœptis desciscam? Hoc cùm diceret mœstior confertis cancellatim manibus, Alicanus alter ex Legatis: Sacris, inquit, comitiis ita visum est: electione tam toti orbi prospera, quàm tibi magnifica, es designatus Pontifex optatissimus: nec est quòd metuas te præuaricatorem visum iri apud probos homines, qui nouerunt ex Celestini III. Pontificis Max. cōstitutione eremitam posse in Præfulem eligi: dignitates quoque sacras suscipere, præsertim imperio eius, qui superior iubendi potestatem habet, ut Cōcilio Chalcedonensi cautum fuit. Reuolue præterea animo, si lubet, quam frugem conferes Ecclesiæ, statum eius fluctuantem compositurus: ita ut lux tuæ prudentiæ coram hominibus refulgeat, nec sub istius solitudinis modio claudatur, quæ plus fortè quietis habet quàm charitatis tantoperè à Deo commendatæ. Charitas enim non quærit quæ sua sunt, sed quæ aliis proficiunt: nec in eo versatur, ut quis linguis hominum loquatur vel Angelorum, aut etiam occulta cognoscat mysteria, ut ille, quem in manibus habes, Apostolus docet. Nam si ad societatis communis

Cap. cum
monaste-
rium, de
elect.

Can. qui
verè. 16.
q. 1.

1. Cor. 13.

munis vtilitatem omnia facta nostra & consilia dirigi expedit, ut auxilium amicis, solatium alienis, salutem omnibus periclitantibus, terrorem nequissimis vltro feramus, nihil prius hebere debes, quàm tutelam Ecclesiæ labentis gerere, & efflagitantem exaudire, & ab hoc secessu maturè discedere, in quo cū diu astra distantia oculis tuis admoueris, & scripturas diuinas multum & penitè scrutatus fueris, quid quæso in gregem Christianorum emolumentum redundabit? His facillè persuasus Amadeus acquiescere visus est, eo magis quòd non ignorabat Socratem, qui primus Ethicem de cœlo deduxit, ut mores hominum deprauatos componeret, paruificasse naturalis speculationis fructum, tanquam minus ad officia vitæ necessarium: eoque deductum Platonem, ut vtrumque Philosophiæ genus miscuerit, cōtemplandi & agendi: tertium etiam discernendi verum à falso adhibuerit, ratiocinandi arte non circa proprium subiectum versante, sed aliarum interprete. Veniebat ei adhæc in mentem quod dixit Heraclitus, hominem solitarium aut Deum, aut belluam esse, & Dæmonem per quæcunque loca quantumlibet ab hominum sodalitia separata, velut Leonè rugientem, aut insidiosam vulpeculam, vagari hiantem, ut deuoret, aut circumueniat. Nec obliuisceretur Antonium ex eremo in urbem Alexadrinam descendisse, grassantibus Arianis Valentis Cæsaris tempore, ut Ecclesiæ laboranti opitulareretur potius quàm otio libero secessus sui consuleret. Proinde

August.
de ciuit.
Dei, lib.
8. cap. 4.

Stob. ser-
mone 3.

Socrat. li.
4. hist.
Eccles.
cap. 25.

abiturus quocunque Deus vocaret Amadeus, cœnam apparatu ipso lætam tum comitibus suis, tum Legatis præbuit, pomorum varietate ita nitentem atque olerum, vt hortos iugulasse videri posset ad tam lautum epulum, quantum videlicet sufficeret ad sedandam famem sine aliis exquisitis ciborum lenociniis: præterquàm quòd in secundis mensis panis melle illitus appositus est Pythagorico more, & vinum nimis dilutum haudquaquam linguam pedesve impediturum. Quæ sobrietas nescio an Legatis parum suaui fuerit: certè perfecit, vt Amadeus celerrimè Basileam contenderet, auspicia Pontificatus adepturus, & pariter (quod mens ipsius præfigierat) discrimina sexcenta subiturus, quæ quidem vt amoliretur, pristinam sanctitatem necessariò reuocauit. Nam Eugenius Pontifex apud plerosque principes viros gratiofus enixè præuiderat, vti suam tueretur dignitatem, & ne se de gradu suo deici impunè pateretur. Multum huic autoritatis addiderat felicitas: quia duo Cæsares, alter Io. Palæologus Byzantinus, alter Friderichus III. Germanus illum comiter adiuissent, ac super arduis rebus consuluisent. Accedebat literatorum omnium procliuus & mutua voluntas, quos honoribus publicis donauerat, maximè Trapezuntium, Blondum, Leonardum Aretinum, & Aurispam Atticæ literaturæ doctorem eximium, à quo se edoctum L. Valla prædicat, & ad meliora studia mirificè incensum: sicut & illi omnes Eugenio in pretio & autoritate fuere, & à secretis

*Liben.
lib. 2. c. 3.*

*Anno
christi
1438.*

*P. Amilius
in Ca
volo vij.*

*In Træsa.
lib. 2. Elc.
gant.*

admissi. Quinetiam Carolus VII. Gallorum Rex Eugenio officiosissimè studuit, aded vt Ludouicum Delphinum cum magno equitatu Basileam mitteret, vt cœtum in Eugenij inuidiam coactum dissiparet, Felicemque arceret tanquam ambitu in alienæ dignitatis vices irrumpentem. A quo tamen vir pius & comis summa se moderatione purgavit postea mortuo Eugenio, quando Nicolaum V. modico lare natum, patre medico, Pontificatu, ad quem mirabili confessione accitus fuerat, frui permisit, vltro se abdicans functione quam nolens obiuerat, vt publicæ concordie consulere: tanto illustrius fuit nobilissimo Principi, & religioso sacerdoti clarissimam dignitatem mereri & dimittere, quàm frui. Itaque contentus Legati Apostolici titulis, in oras Allobrogum denuò remeavit, eruditione non vulgari conspicuus, sed magis exemplo: in tantum vt Fridericho Imperatori, quo potissimum hortante (ne quid detrimenti ob diffidia Ecclesia caperet) Nicolao se submiserat, gratissimus haberetur: sed longè magis Geneuensis Lemani lacus accolis, quibus olim imperauerat, cum Ducem Sabaudie ageret, ad stipulante Martino V. Rom. Pontifice, qui apud Amadeum diuerterat è Constantia Germaniæ ciuitate primo sui Pontificatus anno rediens, ac Italiam petens. Aded namque Amadei Ducis hospitalitatem prudentiamque animo fixam retinuit, vt eisdem Philippum Mediolanensem Ducem hostili odio infensum reconciliauerit, cedentem Vercellis

*Platinain
Eugenio
1111.*

*Munster.
lib. 2.
cosmogr.*

*Platinain
Martino
V.*

vrbe quondam aurifodinis nobili, nunc mercimoniis. Quantum verò iurisdictionis Rom. Pontifex in Geneuam, quam alij Gebennam dicunt, obtinuerit, nouerunt illi, qui conquisitis veterum monumentis didicere eam Episcopo non sacris tantum, sed etiam in popularibus obsequiis per omnia paruuisse, Fridericho I. Cæsare Episcopi ditioni opitulante: ea lege tantum, vt Episcopus Imperij maiestatem comiter veneraretur, à tributis & censibus immunis. Cæterum dum Episcopi Comitibus solito asperius insultare cœperunt, & rixas exitiales ciere, populo contemptum ex cōtentionibus genuere Reipublicę regimentis optimates potius quàm Antistites exposcente: tamen obseruantia sacerdotes digni censeantur gentium omnium moribus & consensu. Hinc Core & alij quidam, qui aduersus Mosen & Aaron insurrexerunt, & scintillas iurgij subdiderunt, vt plebis animos inflammarent, hiscente terra repente absorpti, in inferos detrusi leguntur, tam horrendo equidem digni funere: sicuti lepra fœdatus est Ozias Rex obstrepens Azarię Pontifici, & præ illo tentans altare Dei suffire odoribus. Attamen cauendum venit sacerdoti, ne honorem sanctimonię debitum in luxum & arrogantiam trahat, vt nonnulli, quos Christus passim in Euangelio obiurgauit: ne populus, qui nec tota libertate dignus est, nec totam seruitutem pati potest, iugum profus excutiat, & rebus nouis incumbat, maximè interpolandę religionis velamento. Tunc namque cal-

Num. 16.

paral. 26.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 191
 lidiùs insidiatur dæmon, sciens religionem esse vehiculum animorum in cœlum, à quo se detrusum lamentatur, vt eam turbis misceat, & implicet erroribus: ita vt plerique mortalium velut liberi vulgò quæsi, cum verum patrem ignorent, obuium quilibet patris nomine dignentur, & Dei expertes nouo cui libet ariolo temerè assentiuntur, eique velut Deo plaudunt: nec meditantur primum omnium dæmonem vasrum multiplices Deos proposuisse Heuæ circumuentæ. Eritis, inquit, sicut Dij, cum verè vnicus sit Deus, idemque trinus, quem nemo exactè cognoscet, nisi Deo prælucente: vtque ego aliquando scripsi,

Nec solem agnoscat solus sine lumine quisquam:

Nec numen, nisi qui numine fretus erit.

Itaque Simonides Hieroni Regi Siculo percunctanti quid qualè Deus esset, extempore respondere noluit, sed deliberandi sibi vnum diem postulauit. Cū ^{Tullius} idem postridie ab eodem quæreret, biduum petiit: ^{lib. 1. de} ^{nat. Deor.} mox dierum numerum duplicatum. quia quo diutius consideraret, res videretur obscurior. tantum abest vt nouas religionis semitas indagare expediat ab antiquis ritibus, viaque regia alienas: cum sciamus captum fuisse oculis Tiresiam vatem Thebanum, quod Palladem nudam in fonte per æstum lauantes vidisset, id est, sapientiam penitus scrutari non erubisset, & sidera minutatim disquirere, atque ipsius quodammodò cœli facere anatomem. Scriptum namque est, Perdam sapientiam sapientum. Laudat ^{1. Corinth}

lib. var.
hisor. 2.
cap. 31.

ideo Ælianus Celtas & Indos ac complures Barbarorum, qui Deos immota fide coluerunt: nec disputarunt, vtrum Dij essent, resve humanas curarent, vt Hippon & Epicurus. Quamobrem disceptationū recentium circa religionem securus, & syncerę pietatis pertinax, Rhodanum flumen quodammodo imitari decreui, qui lacu Lemano Gebennæ proximo exceptus, tenet impetum, nec sisti se patitur, sed defæcatus exit: nec largiores quàm intulerat aquas rapit, per Allobroges fugiens in mare Gallicum: vt per Verbanum lacum Ticinus amnis, per Benacum Mincius in Italia. Allobrogum extremum opidum, inquit Cæsar, proximūque Heluetiorum finibus Geneua: ex eo opido pons ad Heluetios pertinet. Eundem Cæsar rescindi iussit, dum ab vrbe Roma quàm maximis itineribus in Galliam properasset, vt arceret Heluetios domo digressos cum magno exercitu. Planè Allobrogum nomen Delphinatum & Sabaudiam ad Alpiam ramenta continebat antiquitūs, necnon vtrobique gentes militandi studio prestantes: sed Augusti seculo rei rusticæ nauauerunt, vt Strabo prodidit. *Ἀλλόβρογες δὲ μάλιστα πολλὰς ἀρότερον μὲν ἐτρέπτουν. νῦν δὲ γαργύσι καὶ πεδία, καὶ τὰς ἀλώνας ἐν ταῖς ἀλπεσί.* Posterioribus itaque annis cum Vienna Delphinum dominum sortita esset, distincto à Sabaudis limite & Principe, Sabaudix appellatio inducta lubentiùs perstitit, vel repetita potius ab vltima origine: nimirum à Sabatio Saga, id est, à Saturno, qui cum venisset in Italiam, regni factus est par-

lib. 1. de
bell. Gal-
lico.

Geograph
lib. 4.

ticeps: deinde inuectus nauigio Liguriam, opidis & agricultura nobilitauit. Proinde Berofus de Semiramidis ætate scribens: Eodem anno, inquit, Sabatius Saga à Ponto soluit in Italiam ad patrem Ianum: anno xvi. docet agriculturam & aliquantum religionis. Sagam verò M. Cato censuit à Barbaris pro sancto vsurpari: à Sabinis Sabum dici: & primos Tuscos Sagos non à verbo *σάβουσα*, vt Græcula fama putauit. Inde Silius Italicus,

- pars laudes ore ferebant

Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus

Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Extat in Ligurum & Sabaudix confinio Sauona opidum, quod Sabatium, vel, vt Pomp. Mela scribit, Sabatia nominatur. Plinio Portus vadum Sabatium, flumen Porcifera, opidum Genua, post Albingaunum, describuntur. Atqui Macrobius notat in Thracia Sebadium pro Libero Patre nuncupatum, eique in colle Zimilisso ædem dicatam specie rotunda Solem indicante: ex quo Sabaudix Ducatus autoritas magnoperè illustratur, sed magis hodierno Principe.

I AM mihi aurem vellit Tusca Florentia, vt de se non nihil adferam: verum & Venetia iridem efflagitat, vt Liguriam subsequatur, postquam M. Cato Phaëtonem originem primam cunctis Venetis tribuit. Posterius, inquit, mixta his nobilis stirps Troiana, à quibus Patauium suo conditore inclytum. Huic Berofus accinit: Ligur, inquit, misit Cydnum & Eridanum cum coloniis, cum fratribus & nepo-

lib. 8. de
bell. Pun-
nico.

lib. 1. de
situ orb.
cap. 4.

lib. 3. c. 5.
lib. sa-
turn. i. c.
18.

In ix. re-
ge Assy-

tibus, & occuparunt Istrum vsque in Italia. Fuit vero Ligur Phaëtonis filius. At Istria velut peninsula Venetiæ finitima est: non quidem dicta ab Istro villo flumine in Adriam influente, vt falso Nepos Cornelius Eridani accola existimauit: sed quoniã Colchi missi ab Æta Rege, vt Iasonem filiæ Medæ rapto-rem persequerentur, à Ponto Istrum flumen intrarunt: Inde vestigia Argonautarum sequentes, ad littus Adriatici maris peruenere, ibique confedere, & oræ Istri nomen imposuere ab amne celebri, quod à mari subierant. Sic me Trogus edocuit. Venetia autem vnde appellationem duxerit, vix exploratum est. Assentior vique Catoni antiquitatis diligentissimo indagatori, originem à Phaëtonte primæuæ gentis repetenti: deinde vel Troianis mixtæ, vel expulsæ. sed Venetum nomen tunc extitisse diffiteor. Nam & Messala Coruinus orator nobilis prodidit, Antenorem Troianum ex Ionio equore flectentem ad dextram per Dalmatas, Illyricos, & Liburnos, ad caput Adriatici maris cursum tenuisse, ac terra potitum sedem ibi posuisse: Euganeos, qui tum ea loca incolebant, expugnasse, & Patavium condidisse: Enetorum multitudinem, qui etiam Troiæ laboranti subuenerant, ibidem collocasse. In Paphlagonia eisdem ortos subiungit, atque Venetiæ regionem ex illis latè diffusis nominatam idem sibi credi postulat Nepos Cornelius, similiter deceptus Enetæ seu Henetæ vocis sono. Nam longè verius est Venetos Italiæ à Gallia mera fluxisse:

Plin. lib. 3. cap. 18.

In lib. li. 32.

In lib. de progenie Augusti.

Plin. lib. 6. cap. 2.

se:

se: nempe à Venetis Armoris Oceano proximis. quod latissimè & apertissimè Strabo demonstrat, argumento Biorum Senonum, qui vnà in Italiam commigrarunt, & Transalpina Gallia, quæ nobis cis Alpes est, potiti sunt. De Venetis enim Gallis loquens, qui nauali prælio contra Cæsarem dimicarunt, vt eius in Britanniam cursum interromperent, non rostratis vsi nauibus, sed crassioribus, quarum omnis spes in velis & armamentis consisteret, ait: Τῶν τε οἰκιστῶν τῶν Βενετῶν οἰκιστῶν εἶναι τῶν καὶ πρὸς ἀδριακῶν. hos se ægrè superasse Cæsar ipse scribit, pugna ab hora diei quarta ad solis occasum protelata, & falcibus præacutis, quibus funes antennarum prærumpebantur, nauigio remis incitato. Itaque Venetis Galli nihil alibi immutarunt consuetudinis domesticæ: cum ea sit hominum natura, vt libenter quo in studio primum educati fuerint, perseuerent: adeo & in Elyfio, si quid poetæ credimus,

- quæ gratia currum

lib. 6. m. neid.

*Armorumque fuit viuis, quæ cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.*

Igitur Veneti cum Biturigibus & Senonibus Aulercis expeditionem in Italiam susceperunt, Tarquinij Prisci Romæ regnantis seculo: & victores regionem illam lubentiùs occuparunt, in qua rem nauticam exercere commodissimè quirent. Fidem facit quod Cenomanos Cæsar Aulercis Gallis contulit. At iuxta Padum fluiuium Cenomanos Polybius ponit: tamen si perperam existimat Venetos è Paphla-

lib. 7. de bell. Gallico. lib. 2. bistor.

C c

gonia oriundos Cremonam & Brixiam extruxisse
plin. li. 3. in Cenomanorū agro. Inuenio & è Gallia hos pro-
cap. 19. fectos, quorum nonnulli non longè à Massilia ha-
In lib. ve- bitauerint. Iornandes Gothus Enetos, id est, inquit,
nū Getic. laudabiles, Rauennam quondam tenuisse affirmat:
 quæ vrbs, inquit, inter paludes & pelagus, intèrque
 Padi fluenta vni tantum patet accessui. Quare licet
 Homerus mulas Venetas Græcis perplacuisse scri-
 pserit, & licet Dionysius Syculus Tyrannus equi-
 nam sobolem ad equestre certamen elegerit, vt Stra-
 bo ait, nihil vetat Paphlagoniæ suos Venetos fuisse,
 & suos Galliæ, Adriaticæ oræ maritimæ domitores,
 qui Antenoris posteritatem sic suppeditauerint, vt
 ille Euganeum: maximè cum hodie potior Veneto-
 rum celebritas nihil à maioribus suis Gallis degene-
 rantium classe, non equite censeatur. Habent etiam
 num nauale totius orbis pulcherrimum, in quo tri-
 remes & aliæ naues longæ ædificantur à fabris pu-
 blico stipendio illectis. Nec mirum igitur Domini-
 cum Michaëlem Venetorum Ducem classe c. c. na-
 uium, rogante Callisto II. Pontifice Rom. è Gallica
 Burgundia progenerato, Ioppen Iudææ Phœnicū
 coloniam, quam terrarum inundatione antiquio-
 rem ferunt, petiuisse, quam Babylonij Sarraceni ter-
 ra marique obsidebant, capto Balduino Hierosoly-
 morum Rege elati, mox obsidionem soluere coac-
 ti, * & Balduinum magno pretio repensum regno
 reddituri pristino, vt labenti iam ei subueniret. Cæ-
 terum Dux Venetus in Syria multis præclarè gestis,

*Solin. in
 Polyhist.
 cap. 37.*

** Anno
 Christi
 1122. pla-
 tina in vi-
 ta Callisti*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 194.
 & Tyro oppugnata & domita, vterius progredi-
 vetitus, aut certè impeditus est ab Imperatore Con-
 stantinopolitano Manuele, qui Latinorum succes-
 sibus semper inuidit: & si quid eis accessisset in ho-
 stes Christiani nominis, sibi deperiisse putauit, Qua-
 re Veneti in reditu infulas complures infesto Impe-
 ratori parentes diripere, præsertim Methonem, &
 hanc deductis colonis recentibus: nec non Rhodū,
 Chium, Samum, Andron & Mitylenem, Pittaco sa-
 piente & principe accito nobilem: qui decennio re-
 rum ibi potitus, se sponte honore summo abdicauit:
 sed non nisi latis legibus, Et quia vino infula a-
 bundaret, ebrios duplici multa deterruit. Idem ro-
 gatus à Cræso, quodnam esset maximum Imperiū,
 ligni varij respondit: Leges intelligens lignis ta-
 bulis incidi solitas. Pittaco etiam illud ascribitur,
 Nosce tempus, quod cum opportunitatem repiciat,
 nos opportunè ad Venetos reuertimur, legibus æ-
 què ac opibus pollentes, illarumque studio iam pri-
 dem valde fauentes, vt testatur Patauina Academia,
 cui legum interpretes maximis honorariis præficiūt:
 ne non vrbs autorem imitentur iuris & equi obser-
 uantissimum Antenorem, qui Vlysses & Mene-
 laum, Helenam & raptam per Paridem iuris hospi-
 talis violatorem perfidum repetitum venientes, com-
 miter domo excepit, & incolumes seruari curauit,
 vt Homero teste credi conuenit, & Helenam sem-
 per reddi suasit Atridis, ne Troiani iniusta ex causa
 pugnantes exitum infelicem sortirentur, & sero ex-
 C c ij

*Lært. in
 eius vita,
 lib. 1.*

liad. 3.

7.

perimento discerent sine mœstissimo terminari,
quod sine iustitia apparet lætissimum. Verum quan-
do ipse

Antenor censet belli præcidere causam,

Quid Paris? ut solus regnet, vivatque beatus,

lib. 1. E-

Pist. 2.

Cogi posse negat,

vt inquit Horatius.

Propterea ne pietas insignis mercede æquabili care-
ret, diis ducentibus

Virgil.

lib. 1. E-

neid.

Antenor potuit mediis elapsus Achivis

Illyricos penetrare sinus: donec eò venit, vbi

Paduam siue Patauium urbem locaret, à Pado flu-
mine sic vocitatum: vel, vt placet Seruio, *ὄρε τὸ πέρα-*

ἶδ est, à volando, quia capto augurio condita sit.

Non ignoro à plerisque Antenorem falsò accusari

proditæ patriæ, & Æneæ conscium ferri Sceæ portæ

Dares

Phrygiis

in lib. de

excidio

Troiano.

per noctem Græcis aperiundè, in cuius frontispicio

caput equi sculptum esset. Inde fortè natam fabulam

lignei equi, qui sua foetura Troiam armatis ducibus

impleuerit, arbitramur. Sed longè verius est, Græ-

cos memores quid officij & humanitatis Antenore

Legatis impertisset, & quàm nauiter paci consuluis-

set & iustitiæ, illi ac penatibus suis liberum commea-

tum permisisse. Vix enim est vt aliquis proditori

datam fidem feruet. Et scitè dixit Antigonus Rex se

proditorem amare dum proderet, postea odisse. Sed

profectò ea est miserorum conditio, vt eos qui cò-

mune periculum euaserint, fraudis insimulent, nec

virtuti, sed vitio acceptum ferant. Quòd si aliqua

Antenorei doli vestigia olim extitissent, obliterated

antiquitate immani videri possent, vel Gallis colo-
nis ac victoribus, qui pariter cum recèti nomine in-
dolem aliã Venetiæ intulissent. Atqui Venetia pri-
mò nomen regionis, deinde in urbem transiit, quam
Venetias dicimus: sicut de Lacedæmone scribit. Pau-
In Laconi-
fanius, quæ Sparta priùs nominabatur, postea ab ora-
cis, siue
lib. 3.
sua Lacedæmon. Crebrior opinio habet, Venetias
còditas fuisse faustis ominibus, anno salutis publicæ
L V. supra C C C C. cùm Attila Rex Hunnorum in-
numeris legionibus & natura sua ferox Padi & A-
driæ vicina opida vastaret, & dirueret: Potissimùm
Aquileiam in continente sitam, apud quam Maxi-
minum Cæsarem cum exercitu & filio fufus macla-
tùsque est, cùm inter Imperij Rom. primordia Chri-
stianos atrociter torfisset, vt Zonaras tradit: cui ta-
Tom. 2. in
men Aquileiam eandem cum Venetiis asserenti mi-
vira Ma-
nimè ad stipulor. Nam venetiarum situs in Pelago i-
ximini.
pso extitit, in insula fortunata magis quàm magna,
& iactatis pilis in mare aucta, ædificiorumque latè
capax ad clarum Orientis emporium. Eò se receperc
Veneti tanquam ad asylum aduersus Attilæ impo-
tentiam & crudelitatem. Nec enim aut precibus vl-
lis flecti, aut labore ab incœpto moueri poterat: ta-
met si Romani, qui cum Venetis in præfidiis erant,
intra metropolim Aquileiam omnia diligenter exe-
querentur, quæ ad tuitionem spectarent: & poterat
inuincibiles videri Hunnorum exercitu præ nimia
Iorman-
des lib.
rer. Geti-
cum deliberans, & muros urbis circumambulans, car.

suspexisset Ciconias, quæ in ædium culmine nidum congegnerant, pullos suos è ciuitate extrahere, & in agros transferre. Tum illè conuersus ad suos milites: Aspicite, inquit, aues præsentire imminentem hostilis ciuitatis cladem. Cur laboris tædet vos præproperè? Cur instantem è manibus finitis labi victoriam? his accensi milites, ac velut spirante aura inflammati, rursus oppugnationem repetierunt, & tantisper in ea perdurarunt, dum Aquileiam funditus deleuerint, & lupis ac feris potius quàm hominibus reliquerint habitadam. Quod autem de Ciconia Attilas auguratus est, idem Dionysius de hirundine arcem, quam obsidebat, relinquente quondam obseruaret, si Æliano credimus. Nam cum tenui familia procul auolante volucre, Rex certamen redintegravit, & obtinuit. Itaque Aquileiæ damno & spoliis Venetiæ paulatim increuerunt, quasi circumfluentibus vndis adolescerent, quæ antiquitus Riualtum vocabantur, ab insula in qua iacta fundamenta vrbs fortè fuerant. An magis, quia Alto, id est, mari rigaretur vndiquaque, nouo exemplo humanæ audaciæ splendidissima & ditissima insula sine territorio gaudentis, & longè suum imperium producentis, atque ipsi penè mari ius dicentis, & nihilominus vrbana Reipublicæ administratione præpollentis, ita vt exemplar censeatur politicum. Planè in Riualtum coaluisse Venetos non prius comperio, quàm Carolus Magnus Gallorum Rex edicto id permisisset: ad quæ Vuillerus & Beatus Veneti duces, inquit, Annonius,

lib. de animal. 10 cap. 34.

lib. 4. de gest. Fræcor. cap. 92.

pretiosis cum muneribus accessere; & hyemantem in Belgica opido Theonuilla de statu nascentis Reipublicæ eundem consuluerunt. Ille, cuius erat humanitatis, damnata popularis administrationis ratione incerta & tumultuaria, præuidens è diuerso, Regno constituto fore, vt Italiæ, quam filio suo Pipino fruendam dicauerat, iugiter impenderet, Ducem creari suavit quoad viueret, regio dominatu, ex optatum & Senatus sententia in arduis negotiis potiturum, & regio diademate auro & purpura micaturum. Is verò fuit Paulus Lucius Heraclianus Reipubl. prosperrimus vrbe & ditione amplificata, abactis piratis, atque auctis classibus, & onerarij nauigijs ob negotiationem, & qui denique suæ virtutis lumine inuidorum oculos facillè præstringeret: ita vt vnus imperio tribunos ac centuriones antea vsurpatos haud grauè posthaberent. Planè Ducis ornatui didici non parum addidisse Alexandrum III. Pontificem, remunerantem scilicet Venetos, qui Duce Sebastiano Ziano Fridericum Ænobarbū Imperatorem nauali pugna profligassent. Sed Pipinus Venetum incrementum suspectum habens, & Ducum iniuria laceffit, ipsis bellum atrox indixit: & victor pacis condiciones dedit, vastatis interim Dalmatiæ littoribus: sed quos virtute superarat, mox benignitate continuit, vt magis famæ quàm iræ consuleret. Quocirca regnorum nutrix concordia rem Venetam plurimum auxit: ita vt facile coniectum sit Neptuni tale fuisse apud antiquos imperium, ex

Jacobus Bergamensis in Chronis lib. 10. anno 706. A. liis est Paulus A. natu.

Adon Viennensis in sexta atate.

quo diuinitatis nomen sibi comparauit, quale ipsorum. Idque non obscure nec dissimulanter Veneti sibi vendicant, dum quotannis die festo, qui est Christo in cœlum plausibiliter ascendenti facer, & idem magis triumphis idoneus, Dux magno procerum comitatu stipatus Nauem prægrandem, & vectorum illustrium magnificentiæ consentaneam scandit, vna cum urbis præfule. Putes Gelonos adesse Principes, quos ad Mæotim paludem urbem ligneam habitare Pomp. Mela tradidit: aut Paralum Atheniensem. Sic enim naui capacissimæ ab heroe quodam inditum nomen Suidas scripsit, quæ quoque Salamina vocaretur, summis Reipub. negotiis destinata, & Duci accersendo peregræ, vt Alcibiadi ex Sicilia. Proinde Dux Venetus Bucentaurum amplam, sic quia naui illa dicitur, subiens, apparatu luculento & lætitiâ cumulata, velut ex composito ventis suauiter spirantibus in intimum mare delatus, anulum aureum in medias vndas proiicit, verbisque conceptis eo munusculo mare in manum sibi conuenire iustæ sponse loco declarat, veteri ritu: cum anulus aræ loco sæpè daretur, nec esset arra velocior, & cum vir & vxor se inuicem coëmerent. quod innuit Virgilius Augustum alloquens:

- tibi seruiat vltima Thyle,

Teque sibi generum Tothys emat omnibus vnda.

Ægyptij verò pateram auream in Nilum mergere consueuerant annuâ cæremonia in Memphi honoris Apis bonis celebrata, teste Plino. Rationem non didici

Plin. lib. 33. cap. 1. in fin. lib. 1. Georgic.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 197
didici pretiosi iactus. Atqui circularis anuli forma mare appositè refert, vtpotè quovniuersa terra circû datur: quæ non minus quàm Venetia insula dici meretur, vndique cincta Oceano. quod Homerus in *Iliad.* 18. nuit, clypeum Achillis describens, Oceanum in margine habentem Vulcani artificio. Idque experimento liquet, ne quis anuli anniuersariam iactandi cæremoniam duntaxat seruire ostentationi putet, aut felicitatis ludibrio. vt cum Polycrates Samiorum tyrannus nihil triste vnquam passus voluntario se damno multauit: assiduo namque gaudio lassus, nauigio in altum prouectus, anulum merfit Sardonyche gemma inclusa pretiosum, quem postea piscis eximie magnitudinis escæ vice raptum ad ostentum fortunæ insidiantis in præcordiis domino, cuius cœnæ parabatur, retulit. Demum Darei prætor Orontes beatulum iactatorem anuli in crucem egit, & pari cruciatu præteritam lætitiâ abundè pensauit: non secus ac P. Candianus is, qui P. Vrseolum præcessit, à Ducis honore ob proteruitatem & ingenij insolentiam deturbatus, qui ab exilio classem contra patriam armauit, fretus ope Alberti, qui acceptâ per manus à Berengariis maioribus suis tyrannidem in Italia exercebat, priusquam ab Othone Imperatore per Romanos accersito in obsequium cogertur: & tunc Candiano tantoperè fauebat, quia similis quàm pristinæ dignitati restituerit, & ab vxore iusta diuertenti Vadertam filiam desponderit. Qua male

D d

Plin. lib. 37. cap. 1.

Cic. lib. 5. de finib. bonor. in fin.

Egnatius lib. 3.

Princip. Roman. Raph. Vo-

lterra- nus lib. 4.

Geograph. ubi multa de re- ctis.

compacta affinitate Candianus se ipso factus contumeliosior, & futuræ fortis nescius, modi & iustitiæ omnis expers, in prætorio vnà cum filio à ciuibus suis trucidatus, & in frustra laniatus, occubuit. quo in tumultu domus priuatæ supra trecentas conflagrarunt cum D. Marci æde, quam Vrseolus successor studiosissimè instaurauit, nulli parcens impense vel operæ: ita vt structuram facile superaret illius tēpli, quod olim Iustinianus Dux inchoauerat, & Ioānes frater eius consummarat, in magna ueneratione cultum ob corpus D. Marci, quod Alexandria mercatores aliqui se pro certo detulisse Iustiniano prædicarant. Nam Marcus scripto multorum precibus Euangelio, & à Petro Apostolo, quocum simul Romæ degebat, confirmato, ad Ægyptum missus traditur, ibique Alexandrinam Ecclesiam primus fundasse, & multitudinem insignem hominum diuinæ Philosophiæ initiis imbuisse: quorum piam vitæ conuersationem Philo Iudeus perquam eruditus literis mandauerit. Cæterum Dorotheus Tyri Episcopus scriptum reliquit, Marcum concionantem ab Ægypto ad Pentapolim populos ad Christianismum traduxisse. Hęc autem regio Cyrenaica est quinque urbibus illustris, atque hortis Hesperidum decantatis Græcorum fabula: nec nõ Ammonis oraculo claruit, quod quidem adueniente Marco obmutuisse accipi, tanquam potiori cederet. Addit Dorotheus, sub Traiano Marcum Alexandrię rudente collo iniecta à furentibus simulacrorum cultoribus tractum mē-

Anno scilicet 810.

Platimam vita Gregorij 1111.

Euseb. eccl. hist. lib. 2. cap. 16.

In Synopsi xij. Apoc. sol.

Plin. lib. 5. cap. 5.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 198
se Aprili, & combustum, sepultum denique. Incertus autor uetustate commendabilis tradit, paratis ^{In vita D. Marci, inter opera Abdia} flammis tempestantem ingruisse, quę rogum dissipauit, quibusdam stupentibus, aliis autem dicentibus id Serapis numine cōtigisse, cuius festiuitas celebrabatur eo die mirabili superstitione. Interim Christiani luctu & dolore pleni eo consolabantur, quòd scirent sanctos viros igni excoctos instar auri puriores euadere, syderum fulgori aliquid lucis addituros. Ex eo Veneti Leonem publicis in insignibus extulere, regium animal in terris habitum, tunc etiam in mari: quando & inter signa cœlestia fuluus irradiat Virgini Iustitiæ proximus, cuius notitiam & obseruationem Veneti sibi vendicant, religionis studio coniunctam: Ideoque crescenti Turcarum impietati summa diligentia obstitere: sæpenumerò ipsorum fudere exercitus, potissimum Thoma Mocenigo Duce, * qui classe ipsos superauit, & piratas ^{Anno 1420. à Christo nato.} toto equore fugauit: & non semel Senatū Venetiarum admonuit, vt Turcicam pacem aperto bello deteriore putarent, & vicinum vtriusque fidei hostem insidiosissimum rebus tranquillissimis metuerent. Cui optimo patritij sanguinis Duci si à Venetis paritum fuisset, non adeò multa & præclara opida in Græcia amississent: non Eubœam insulam nobilem duum milium spatium habentem, vbi arctissima est, sed longitudine toti Bocetiæ appositā, angusto freto ab ea distans. Id Euripum vocant, alterno cursu ^{p. Melis lib. 2. c. 7.} septies die ac totidem fluctibus nocte inuicem versis

æstuans. Eubœam itaque, quam nunc Nigrepontum dicunt, aliquot urbibus, maximè Chalcide, insignem, Mahometes II. Turcarum Imperator ponte super Euripum arte mira constructo peruasit, & magna suorum cede tandem cepit: ciuibus nihil omissentibus ad propugnationem, & fœminis virile robur pro patria, & pudicitia, & pietate, ostendentibus. Obfessis auxiliarem classem miserant Veneti, quæ tamen serò aduenit, cunctante Nicolao Chaualo præfecto, nec ventis prosperis fidente: qui, vt Melitides ille lentus ac vècors euerfæ Troiæ, sic Chalcidi deploratè fuit subsidio. Inde exilio à Venetis multatus, dignus grauiore supplicio ob lugubrem Reipublicæ Christianæ, nedum Venetæ, tarditatem. Labente etenim huius dominatu, ianua Turcis per Adriam in Tyrrhenum mare ac in Ligusticum & Gallicum aperitur, vt vidimus quidem, nimis impunè, pace simulata Turcarum cum Venetis inita, quam Io. Mocenigus Dux multis post Thomam annis firmavit, ea lege, vt Tenaro Laconiæ promontorio cederent, ac Lemno insula ob terram quandam salutarem insigni, quam veteres capræ imagine signatam quocunque gentium transferebant pro antidoto aduersus venena hausta, ictu vè lædentia, ac VIII. aureorum milia in annos penderent. Ita liberam Ponti navigationem, & Constantinopoli magistratum Venetis negotiatoribus ius dicturum obtinerent. Sed eiusmodi libertas mihi locuples videtur seruitus, impenetrata vtique ab eo, qui inexplibili regnandi cupidi-

Rosarium
Ludouici
xi. 1471.

vide sui-
dam.

Dioscor.
lib. 5. cap.
63.

tate tenetur, cuiusque voto arridet fortuna, vel potius Christianorum mutua discordia, firmum quilibet dispescens & destruens, quamuis multis diuitiis fultum fuerit. Nam otiosæ diuitiæ hostes & insidiatores verius alliciunt, quàm arcent: cum ne ab iis ipsis perpetuò tutè sint, quorum custodia, fidei ac silentio creduntur: vt testificatur Ægyptium ærariū Rhamfiniti, qui Proteo successerat in regno, & miram pecuniæ vim in eo condiderat, ædificium molitum lapideum inaccessibile: præterquàm quòd structor callidè lapidem vnum forinsecus exemptilem posuerat, duobusque liberis suis id commentum indicarat: qui patre mortuo multum pecuniæ abstulerunt, repetito frequentèr peculatu, donec ad Regis notitiam veniret. Tandem alterum è furibus laqueo contigit innodari potius quàm cognosci: cum frater ei caput amputauerit, ne detegeretur, & lepidiorem expilationem postea peregerit, quam Herodotus tradit. An non etiam Venetum thesaurum Stematus, vir genere Cretensis, & astutia simul, inuolauit in D. Marci æde, per noctem latitans, subtracta è sacrario marmorea tabula, vnde tantum auri abstulit, quanto vix exportando sufficeret? * neruus * vtique rerum benè gerendarum est pecunia, sed sine viribus, consilio, exercitatione, eneruis. vt non immeritò prorsus Diogenes interrogatus cur aurum pallens esset, responderit: Quia multos haberet insidiatores, præsertim inter otia. quod quidem Dionysius iunior Siciliæ Rex euident fecit, cum turpem

Herodo-
tus in Eu-
terpe.

* Anno
1424. Fr.
Fiscato
Duce.

ignauiam prætextu pacis & quietioris seculi tegens, ceptum in Carthaginenses bellum deseruit: & cum belligerando Lucanis superior extitisset, cupidissime pacem concessit. In Apulia duas vrbes extruere maluit, vt tutam efficeret maris Ionij navigationem potius quam aduersus prædones, qui Adriaticum mare infestum nauigantibus reddebant, decertaret. Proinde regnum, quod adamante munitum pater eius gloriabatur, fœcordia perdidit. Subit mentem meam horum euentuum tristis recordatio, pro eo quanti facio alieno periculo tutelam Reipublice demonstrasse, ac detexisse, quantum limis oculis Turca Cretam & Cyprum subditas. etiamnum Venetis insulas inspectet, quarum illa legibus orbem terrarum repleuit, hæc deliciis, vtraque fabulis. Nam Creta centum vrbium fama excelluit: ideoque Homerus eam *ἐκατόμηλον* vocauit: nisi quis vrbes pro pagis vicifve promiscue vsurpatas tunc existimet: sicut Cæsar notat opida à Britannis vocata, cum sylvas impeditas vallo atque fossa muniuissent, incursionis hostilis vitandæ gratia, Sanè Creta dignum tot vrbibus Regem olim Minoem & legislatorem Iouis affeciam auditoremque habuit. Sed & hunc, cuius equitatis fuit, iura dantem mortuis pro tribunali Homerus fingit, & aperte clarum Iouis filium appellat:

Diod. Siculus de gestis vrbium Iippi, anno 2.

Odyss. 11.

strabo li. Geograph. 10.

Εἴη ἦτοι Μίνωα εἶδον διὸς ἀγλαδὸν υἱόν.

Huius Minois leges Lycurgus Lacedæmonum legislator à Thalete musico & iurisconsulto didicit, cum in Cretam profectus esset. Planè Soló, qui mul-

tris post Lycurgum annis Atheniensibus leges promulgauit, non aliunde legum scientiam hausisse mihi videtur, quam ab Epimenide illo Cretensi, vrbe Gnofo, qui in specu LVI. annos obdormiuisse fertur illeſus, vt diis charissimus: cuius extitit epistola ad Solonem de ea Republ. quam Minos Cretensibus tradiderat, & altera, per quam Soloni conatur suadere, vt Pisistrati tyrannidem fugies, in Cretam maturaret. A Solone verò ad Romanos mundi quondam dominos, ab his ad Gallos leges, quibus hodie vtimur, fluxisse in confesso est. Plato quoque non dubitat, quin antiquissimis legibus præ cæteris Grecis Cretenses vixerint, à Minoë latis, & in forum à Rhadamanto productis, qui iudiciis Minoë præcipiente summa equitate præfuit, & mores hominum sanequam deprauatos emendauit: qui cum insulam colerent vini & tritici feracem, & pascuis lætam, & à serpentium moribus immunem, nimia felicitate (vt affolet) probitatem expulerant. vt interim ta- ceam Dictamni herbæ vires solo obfactu venenati- cius bestias abigentis, & contactu eas exanimantis. quin & ex Ida monte editissimo à capris feris sumptum, sagittas confestim excutit. Porro mihi quouis Dictamno salubrius videtur Ius à Minoë Cretæ traditum ad noxia animalia coercenda. id est, homines exleges, & omnibus feris truculentiores, nisi iure & moribus cicurentur, & pareant. quia, (vt inquit Apostolus) lex iusto non est posita, sed iniustis & proteruis ac sceleratis, periuris, mendacibus: quoru

Laërt. lib. 1. de vita philosophi in Epime. nide.

In Minoë, vel de le- 8e.

Dioscor. lib. 3. cap. 31.

1. Timoth.

Ad Titum. 1. in numero fuisse Cretenſes idem alibi oſtendit, incipere quosdam vaniloquos impoſtores, qui in Creta adulterinam religionem docebant, & circumcidi decere turpis lucri gratia prædicabant, Tito Pauli Apoſtoli diſcipulo pro viribus renitente, qui Cretenſium Epiſcopus legem Chriſti Minois ſcita lōgè ſuperantem promulgabat, quoad in eadem inſula in ſata conceſſit, & tumulo donatus eſt, paucorum bonorum obſequio, multorum impiorum querela. Dixit itaque quidam de illis proprius ipſorum Propheta, inquit Apoſtolus, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Eſt verò notiſſimus hic verſus Epimenidis, qui proſa oratione, vt refert Laërtius, ſcripſit de Rep. Cretenſium, de ſacrificiis, de Minoë autem & Rhadamantho ad quatuor milia verſuum: & ciuium ſuorum vitia acerbè eſt inſectatus, prorfus vituperari digniſſimorum: quoniam nec Ioui legum datori pepercere, eius cunas & ſepulchrum oſtentantes, vt planè mortalem declararent. quam ob cauſam queritur Callimachus. Atque vtinam in hoc tantummodo mendacij arguerentur: à qua quidem nota eximi facilè poſſent, ex inſcriptione monumenti in Gnoſſo reperta in hunc modum: Ο ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ. id eſt, Iupiter Saturni. quod quidem à Curetibus Ioui poſitum fuiſſe Ennius tradit. In ſacra hiſtoria munificentiam quoque Cretenſium mirificè extollit Sozomenus, publicæ columnæ inciſam: quòd ſcilicet mille nummos impertientes digniſſimo vati Homero, laudem ipſi reciperent.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 201
 ciperent. Eorum verò bellicę res adeò clarę fuerunt, vt Athenienſibus olim imperauerint, & tributum exegerint nono quoque anno ſeptenos pueros, totidem puellas accipientes, quos ſeruire cogent: donec Theſeus Taurum hominem Atticis iuuenibus crudelem vltus eſt, & patriam vectigalem liberavit. Inde fabulę Minotauro materia, & Labyrinthi à Dædalo fabricati per itinerum ambages & recurſus inexplicabiles, cuius Romani nulla viderunt veſtigia, cum eam primùm inuaſere inſulam: nulla profectò occaſione, quàm quòd in Mithridatem Regem propenſior fuiſſe videbatur. Sed nec bene ceſſit M. Antonio, qui victorię fiducia plures catenas in nauibus quàm arma portarat. Nam eius pleræque naues Cretes intercepte: captiua corpora antennis funibusque pendentia oſtentauere. Ita illi velificantes in portus ſuos triumphantium more reuerterunt, pœnas poſt daturi lætitię, dum Metellus igni ferròque Cretam populatus, ditionis Romanæ eam fecit: vnde ad Imperium Cõſtantinopolitanum tranſcripta eſt. Rurſus (ac ſi feſtiuæ prouinciæ conuerſione cœleſtes tanquam pila luderent) ad Conradum Marchionem Montisferrati pertinuit, qui in tractu Liguriſtico ad Padum flumē, regionis amplitudine pollebat. Nec immeritò tantum poſſidebat fertilis terrę ſpatium, qui cœli bonis animo copioſè fruereſſet, & feriis rebus indagandis ſtudioſiſſimè inuigilaret: ita vt in ipſa Creta diligenter Oaxem flumen inquiſerit, de quo in prima Ecloga Virgilius:

Pars Scythiam, & rapidum Creta veniemus Oaxæ.

vbi Seruius negat in Creta inueniri, sed in Mesopotamia: ibique rapere cretam terram ripæ, & lutulentum reddi. Quod quidam idè sequuntur, quia Creta insula non valde diffita ab Italia, inter remotiores prouincias poni non debuit, cum Africa, Scythia, Britannia: sed non considerant pastoris personæ id congruere, vt non valde remotam regionem pro longinqua sumat, sicut Britannos toto orbe remotos dicit, non maiore freto determinatos à Gallia, quàm Creta ab Italia. Sed & Herodotus Oaxum ciuitatem Cretensem ponit, Etearcho Rege gubernatam, cuius in Phronimam filiam odium nouercæ arte inductum idem commemorat. Et Suidas repetit, Oaxum vrbem Cretæ describens, & Claudianus in libro belli Gildonici, *non, inquit, vt proculcet Oaxæ*

Consulouans.

Sed iam ad inelytum Marchionem redeo ad id temporis, quo Manuel Comnenus Imperator Constantinop. Mariam filiam haberet sanequàm nubilem, à multis procis vndique expetitam, præfertim à Guilielmo Siciliæ Rege: cui pater Conradum prætulit Mōtisferrati Marchionis filium, pulchrum, fortem, cordatum, viribus & ætate florentem, vt describit Nicetas, qui ferè id temporis attingit. Hodie autem Monsferratense Imperium in ditionem venit Gonzagæ Ducis Mantuani, ad cuius mentis & fortune dotes aptè depingendas Mantuano prorsus scriptore egeremus. Nec me latet alios autores longè aliter

lib. 4.
histor.

In dict.
Battus.
Hermol.
in Plin.
lib. 6.
cap. 16.

Politian.
Miscell.
cap. 37.

Lib. 7. de
de Imperio
Mario Ma-
nuclis Cō-
nemi, &
lib. 5.
Volaterr.
3. Geo-
graph.

sensisse: sed id quod exploratius est, ego libentiùs innitor, tametsi Nicetas duriusculè de Venetis existimare mihi semper putabitur. Occidentalis, inquit, maris sinus, qui Adria dicitur, à Siculo pelago remotus, & Ionij maris abscessus quidam separatus, Aquilone spirante latè exæstuat. Eius sinus intima Hene- ti, qui & Veneti appellantur, incolunt: *ἄνδρες θαλάσσης περὶ φῖμοι, καὶ φόνικας ἀγέρας, πάντες γὰρ τὸ φρόνημα.* id est, viri maris alumni, vagi instar Phœnicum, verfutis præditi ingenii, qui aliquando à Romanis acciti ob belli naualis necessitatem, Constantinopoli confederunt tam magno numero, vt in ipsum Imperatorem insolentes essent. Quapropter Manuel edicto iussit eos vbique comprehendi certa die, & eorum bona fisco addici. Planè Veneti, cœlibes maxime, certiores de ea re facti, fugam extruunt, noctu conscensa nauis, qua nulla maior ædificari posse creditur, inquit, aut velocior. Tribus namque velis agebatur celerimè, qualis forsitan nunc est, quam Veneti Buccentaurum nominant, aut illa Virgiliana, quæ Centaurus magna dicitur, Sergesto certante ac magistro insignis, cui Pistris æmula:

Et nunc Pistris abit, nunc victam præterit ingens Centaurus, nunc vnà ambæ.

Prospero itaque cursu Veneti patriam appellentes, ac iugiter de vindicta meditantes, anno sequente insulas inuasere Manuelli subditas, Eubœam, Chiùmque, optima resina ex lentisci arboris lachrymis, quæ Mastiche dicitur, odore suauis claram, singulari natu-

ræ dono: sicuti in Creta ad specum Iouis salix fructum ad maturitatem perducit, teste Plinio: è diuerso in Rhodo insula Persicus tantum floret. Sanè in Gymnasia Iberiæ insulis non ex olea, sed ex terebintho oleum exprimi Aristoteles prædicat in Mirabilibus auscultationibus. Cæterum ultra Chium insulam Veneti vindictæ & prædæ desiderio incenssi, alias complures vastarunt: Imperatorem demum perpulerunt, ut antiquum fœdus renouare mallet, quam diutius Venetis insensis resistere. Quinetiam publicatorum bonorum æstimationem eisdem rependit, vel genero Marchione Montisferrati id suadente, ne sollicitudinem Principis à bellis urgentioribus contingeret dimoueri. Ab huius autem Marchionis successoribus Cretam insulam Veneti ingenti pretio emerunt: ex quo Cretes se promercio fuisse indignantes, sæpè ac frustra rebellarunt. Nunc Venetis Creta obsequitur, saltem domini asperioris formidine in officio permansura. Cum enim à Septentrione Ægeo perfundatur pelago, ab Austro habeat cum Ægyptio Africanum, dici non potest quantum Mahometi cultoribus pateat. Cyprus etiam insula, quam Hyginus scuto Gallico forma persimilem scripsit, Dionysius autem velleri, recto iugo inter Ciliciam & Syriam latè porrecta, Nicosia & Famaugusta urbibus excellit, olim Salamini & Papho, nec non Palæpaphio: ad quam primum Venetrem ex mari egressam accolæ fabulantur, ob singulares delicias, copiamque annonæ, præsertim vini

A. Bonifacio Marchione, iuxta v. laterr. 1194. Duce Pollano Plat. in Innocentio 111. v. ritis anno 1200. Lib. 1. cap. 276. Pomp. Met. lib. 2. cap. 7.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 203
 optimi: à quo potius quam ab aquis Venerem oriri nutritique crediderim. Hinc factum, ut Sultani regni Hierosolymitani appendicem Cyprum dicerent, & nimirum par esse, ut qui præcipua rapuerit, à sequela minimè abstineat: adeo multos prædones inuitant diuitiæ. Ecquænam alia causa fuit, ut Cato, non qui ab exitu postea Uticensis fuit, sed seuerior Portius, in Cyprum cum exercitu nauigaret, nisi ut famosa opibus paupertatem erarij Romani subleuaret, & expleret auaritiâ? Nam Cyprij ditissimi habitati sunt eorum, qui insulas incolerent quodam regnorum nouem sede illustres. Inde plebiscito non iustitiæ, sed auiditatis Romanæ pleno cautum, ut Cypriæ opes bello peterentur, nauibus adueherentur, P. Clodio tribuno procurante: qui ex patritia familia se plebeio ad optandum dederat, ut eo magistratu fungeretur, & Ciceronem vrbe pelleret, quod vix presente Carone erat facturus. Proinde Cato inuitus fecit, ut fœderatum Regem Ptolemæum innocuum lacefferet, pop. Romani, regna alioqui donare Principibus in fontibus soliti nomine. Cuius rei fama Ptolemæus vita quam regno carere malens, facta veneno præuenit. Ita Veneris domus veteribus opibus abundans, sæuo Marte expilata est, & ea præda fiscus Romanus, supra omnes triumphos fartus auro illicito, exultauit. Nec quicquam iuueni Regi profuit senilis prudentia, nec imitatio præcepti illius, quod dat Isocrates ad Nicoclem, Cypri Regem munificum, ut qui Isocratis filium natu minimum

Raph. v. laterr. lib. Geograph. 9. in fin.

Plut. in Caronis vita. Florum lib. 3. Epitom. cap. 9.

Plutarchus in Isocrate Rhetore, & Isocrates ad Nicoclem.

diuitiis cumulauit, & illius orationem xx. talentis coëmit. Erga ciuitates inferiores, inquit, te talem præbe, quales in te potentiores esse uelis. Tamen si Strabo deliquisse Ptolemeum comminiscatur, & Romanam scilicet maiestatem imminuisse, eò quòd P. Clodium Pulchrum à piratis captum iusto pretio distulisset redimere: idcirco gratis dimissum, & tribunum plebis factum gratiam retulisse. Proinde Cyprum, quæ antea Ægyptiis regibus paruerat, à Rege suo ablatam, & prætoriam prouinciam factam: Mox à M. Antonio Cleopatram Ægyptiæ & sorori eius Arsinoë redditam: cursus uolubili regnorum circulo rescissis Antonij actis ademptam, ac Romæ restitutam. Inde ad Constantinopolis Imperatores transit, quibus Angli Gallis cessuri extorserunt. Constat enim Philippo Augusto regnum Gallorum tenente, * Christianos Principes crebris nunciis ac literis Asiaticum Pontificum & Regum certiores factos, rogatosque, ut laboranti Orienti tempestiuè subuenirent: Hierosolymam atque Suriam nutare Saladino ex Assyria, Media, Perfide, Arabia, Ægypto, milites euocante, ut funditus quicquid Christiani Oriens haberet, deleret, tempestiuam nactus belli inferendi materiam, quòd Balduinus Hierosolymæ Rex decedens Balduinum Sibyllæ sororis suæ filium impuberem successorem reliquerat, Tripolitano Comite Raymundo tutore supremis tabulis designato, quoniam rebus pro puero gerendis idoneis uideretur: & in Syria pollens ditone & autoritate, Sarraceno-

Lib. 14.
Geograph
in fin.

* Anno
à Christo
nato,
1184.

Rosarium
Ludouici
xi. in Phi
lippo Au-
gusto.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 204
rum ac Turcarum macheram returusur facile credebatur: nec frustra, si ingenitæ virtuti incubisset. Verum postquam Balduinum puerum immatura mors præripuit, labascere fides & mens Comitum incœpit: quippe qui ægerrimè tulit Guidonem Lusitanum Gallum ex inclyta Pictonum familia oriundum, & Prouinciæ Comitum, pupilli Balduini vitricum sibi præferri rerum Orientis perito, Principi finitimo, & tutelæ onere prægrauato. quæ discordia Saladini conatus plurimum adiuuit: ita ut Hierosolymam obsessam, & unà Lusitanum caperet, qui uix multa arte & pretio ereptus euasit. Quare uehementer angustatus cœpit sinistris suis successibus, & fortuna Turcis per omnia obsecundante. Auxit tristitiam subsecata uxoris mors quatuor liberorum funere insignis. Illam enim plus oculis suis peramarat: non aliter ac Homericus Hector, uiuentem alloqui antè solitus. Sic enim pugna hic Troianus Andromachem suam uisus est affari: Scio ad futuram diem, qua Troia pereat, & Priamus Rex, & populus bellicosus. Sed minus me torquet urbis, populi, parentum, ac fratrum in cineres abeuntium sollicitudo, quam tui uxor charissima, quæ hostibus uictoribus seruitum ibis. Cæterum meditans Guido Lusitanus, quantæ uatum prædictiones mundo uniuerso ruinam minentur & interitum, animis uero æternitatē polliceantur, iam non se relictum ab uxore animaduertit, sed præcessisse illam, nec sibi iniuriam cœlitus illatam amissione, sed beneficium potius eximium

Iliad. 6.

fuisse, quòd aliquantisper frui licuisset: arbitrium Deo, qui dedit, relinquendum: nec finem voluptatis esse damnium, ea potissimum tempestate, qua numina Hierosolymæ Imperium in barbaros transferrent, nihil in diuersum proficiente Philippo Augusto Francorum Rege, digno penitus instar Romani Augusti,

Ex Virg.
lib. I.
Georg.

Imperium Oceano, samam qui terminet astris.

Nec Ricardus quidem Anglus, Henrici II. Regis filius, qui pubem Britannicam secum bello sacro cõficiendo deuouerat, occasionem nosse, & in tempus differre gnarus, Saladini consiliis ac viribus satis cõmodè poterat occurrere: potissimum Philippo Augusto valde infenso, & ex eo dissentiente, quòd quicquid regni Hierosolymitani reciperetur, addicendum censebat Conrado Montisferrati Marchioni, cui Isabella Sibyllæ soror, Amalrici quondam Regis filia nupserrat. Atqui Ricardus nequissimum arbitrabatur viuenti etiamnum Guidoni, regni emolumenta detrahi. Pestilens hæc similtas in causâ fuit, vt Philippus de reditu in Galliam cogitaret, & Saladinus, qui de Hierosolyma Christianis reddenda deliberabat, animum erigeret, seque præsidii firmaret. Ricardus interim secum tacita cogitatione reputas, absente Philippo sibi honorificam multo magis fore Hierosolymæ expugnationem, nihil omisit eorum, quæ decet ducem industrium: vel ideò quòd Conradus Marchio à duobus Sarracenis coniuratis clam necatus fuerat. Telum infelix accepi ego hederæ

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 205
deræ foliis ex composito occultatum, tanquam ad usum lætitiæ. Quocirca supplicio de ficariis sumpto, Isabellam viduam Henrico Comiti Campano cognato suo desponderi curauit, Tyri dominatu in ipsum transcripto. Mox animo iugiter volutare, quo pacto, quibusve conditionibus Hierosolymæ regnum æquè adipisceretur, atque omnia agere, vt Christianorum Principum voluntates flecteret: sæpenumerò hostes aggrediens sola pulueris nebula in ora feruentissima ad Solem tectus: aliquando tantis signis vexillisque onustus rediens, vt aliquis ex hostium numero putaretur: maximè à conflictu iuxta urbem Gazam habito, à Persico ærario nomen ducentem, quod Cambysem Regem in Ægyptum armis contendentem, pecuniam eò inferre contigisset in Palæstina. Illam urbem diligenter propterea communitam Ricardus, sed & Ioppen recepit, & Ptolemaidem, quæ antiquitus Ace vocabatur: in quam Claudius Cæsar coloniam deduxerat, cunctitate agri prouocatus. Quamobrem in Ricardum omnis militia oculos coniciebat, omnis vno ore laudabat, omnis denique imitari gaudebat, aut auebat commori. Est enim Princeps velut publicum speculum, in quod aduersum se vulgus prospicit: ideòque prorsus nitidum ac tersum esse fas est, vt integram viri optimi & circumspecti perfectè reddat imaginem. Proinde Ricardus Anglus procliues erga se exercitus mentes cognosens, Lulinianum verbis amicis compellat, patefacturus quanto in discrimine

Platina
in Celestino
no XII.

Pomp. Me
la lib. I.
cap. 21.

Plin. lib. 7
5. cap. 19.

mine Orientis res versentur: nec sibi tantum cum Saladino, sed etiam cum fortuna pugnandum: Immanes & plurimas nationes circumiacere, & unam earum victa subinde instar Hydræ rediunq̄ aliam subcrescere. Adhuc Philippum Francorum Regem vix integra legione relicta abiisse, cuius solum nomen Saladino formidolosum extiterat, Odone Burgundo suffecto, tanquam in columnam caducam spes inclinaretur. Itaque considerandum Ricardus relinquebat Lufiniano, vellētne Hierosolymorum incerto & periculi pleno iuri cedere, Cyprium pro certo accepturus secura permutatione, nedum felici: quoniam Cyprij regni vasto mari undique cincti mœnia quædam liquida propè barbaros longè arcerent. Placuit conuentio ac conditio Lufiniano pluribus preliis vario euentu decursis, & Cyprium consultiſſima optione delegit. Ricardus contra expertus postea est periculose ab vno comparari, quod multorum esset: dum re infecta in Galliam, deinde in Britanniam compulsus rediit, cum paulò post resciuisset per nuncium, Nortmaniam à Francis diuexari, vt in Britannos paulatim traicerent, & vetus odium redintegrarent. Neglectis itaque Asiaticis rebus & victoriis, ob reditum in Europam laborabat. Tum poenitere cœpit Ricardum, quod spem regni dubij maluisset, quàm explorati. Nam Cyprij omnè operam, fidem, obsequium vltro ipsi promiserant, & se victos à Ricardo non humanis viribus, sed agēte numine rebantur. Is namque delatus cursu in

*vide p̄m
ii. v. ap̄am
in Asia,
cap. 97.*

*polyd. lib.
24. hist.
Angl.*

Massiliam anno salutis humanæ M.C. LXXXX. cum triginta peditum milibus, quinque equitum, illicò comteatu abundè comparato, in fraudem vndis ridentibus vela dedit. Sed oborta tempestate deiectis velis & exarmatis nauigiis, ægrè in Siciliam, inde in Cyprium peruenit, deliciis omnè genus affluentem, & in qua, vt festiuè dicebat, hirci grata fragrantia bene olerent, nempè propter ladanum caprarum barbis ac villis inhærens à pastu matutino & rorulento frondium. Succem incolæ depectunt, qualem nec Arabia nec Libya præstiterit, medicis expetitur, maximè vt cicatricibus decorem reddant cum myrti oleo. Itaque Ricardus Cyprium infortunio prosperrimo delatus, à procella rem diuinam fecit, mille coelitibus obnoxius, maximè Diuo Thomæ, quem naufragus votis ac pollicitationibus locupletarat. Quid verò stationem demum nactus egerit, Nicetas lib. 2. de imperio I. Isaacij An. geli, in fi. refert, aliter vtique quàm vulgò, ac verius, Inglinorum Rex, inquit, Cyprium occupauit, eiusque dominum ac implacabilem tyrannum Isaacium Comnenum principio in vincula coniecit, & inde abductū cuidam populari suo pro mancipio donauit. Sed cum in Palæstinam nauigaret, relicto in Cypro exercitu, insulam sibi vendicauit, & nauibus onerariis eò missis necessaria inde afferenda curabat. Ex Palæstina discedens, insulam pro suo Hierosolymitano regi donauit, vt ibi amisso regno habitaret belli mollestiis liberatus, & Cypro imperaret, tanquam à se Dominico sepulchro attributæ, & cum Palæstinæ fi-

*Disfori-
des &
Plinius.*


nibus coniunctæ. Accepi autem Ricardum Cypriopes natiuas admiratorem dixisse, bene secum actum, quod tempestate vexatus tam malè fuisset, & præter votum in Cyprum appulisset, eam tyrannide, & se longa molestia liberaturus: Non secus ac Zeno Citicus Stoicus Demei filius ex Cypro, cum purpuram ex Phœnicia mercatus ad Pireum portum naufragium fecisset: ex quo Cratetis discipulus factus, Athenis Philosophiæ operam gloriosam dedisset. Tunc, inquit, secundis ventis nauigavi, quando feci naufragium. Certè & Ricardus Cypro insula mirificè delectatus est, & Solonis Græci legislatoris sepulchrum anxie disquisiuit, atque ipsius Zenonis auitos lares: adeò virorum prudentum monumenta maximi faciebat. Nec defuit vir Cyprius, qui Homerum in Cypro natum matre Themisto indigena assereret, & falsò Io insulæ ascriptum, vt etiam retulit Pausanias in Phocicis. Tum Ricardum dixisse accepi, de matre disceptari impunè: patrem verò Homero prorsus cœlestem fuisse, sicut & Merlino vati Britannico. At Appion Grammaticus prodidit, se euocasse Umbras ad percontandum Homerum cuius esset, quibuscumque genitus parentibus, non tam ausum profiteri quid respondisset. Constat autem ex Suida Homerum de insula Cypro opus edidisse, Cypria inscriptum. Eò libentiùs Ricardus ille generosus Cyprum in insulæ Britanniæ cognatam dictitabat, quòd metallis abundaret, potissimum ære * atque aurichalco, quod poëtæ propter versum ori-

Laërt. in
vita Zeno
nis.

strabo li.
14. Geo-
graph.
* Cypri
vulgo.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 207
chalcum sæpiùs vocant: quia à montibus incendio purgatis fluxerit, vt puto. Meminit Hesiodus ὀψυχάλ-
2010 φαινή in Scuto Herculis. Plinius Chalcitem la-
pidem ponit, ex quo Cypri æs fiat: ibi quoque primam eius metalli fuisse venam notat: nec iam aurichalcum reperiri effoeta tellure, sicut nec Liuianum æs in Gallia ab Augusti coniuge olim appellatum, miræ bonitatis: nunc quisquam effodit citra Alpinum tractum. At ærifodinæ Cypriæ etiamnum manent magno Venetorum compendio, quibus Cypritio iam pridem adiuncta est, & à Guidonis Lusiniæ posteris à maiorum suorum virtute & probitate descendentibus erepta. Siquidem vbi Iacobus Ioannis nothus è Pontifice Nicosiensi, Carlota sorore reiecta, regno potiri incœpit, & fœdus cum Solidano Ægyptio ferire, omnia pessum iuere, intestinis præliis Sultani auxilio, quod acerbum fuit, à Iacobo inchoatis & confectis. Qui vt certo quodam vinculo dubium regnum firmaret. Catharinam Marci Cornarij patritij Veneti filiam, Senatu assentiente, & dotem dicente, vxorem duxit: & mox illa vterù gerente, intra annum interiit, nec diu posthumo nato viuere contigit. Huius Respublica Veneta, nescio qua parte successorij edicti, opimam hæreditatem adiuit. At Carlotæ infantis amitæ, iustè Ioannis Regis soboli, nihil præter lachrymas & nudum Lusiniæ splendoris nomen reliquum fuit. Quinetiam Ludouicus Carlotæ vir, eiusdemque sobrinus, Annæ Cyprinæ & Sabaudia Ducis filius, inultæ iniusti-

lib. 34.
ca. 2. hist.
natur.



viuere, et
Volaterra
nus anno
1470.

tiæ dolo re percussus, ad lacum Lemnum remeans, foliagam vitam elegit, atque, vt sibi videbatur, beatam: quando id egit natura, vt ad bene viuendum exquisito apparatu opus non sit. Audio Venetos Turcæ Cypri causa annum tributum pendere solitos: ita redempta pace tãtis perfrui. Magnam quoque securitatem nacti in Italia, ex quo à Ludouico XII. Francorum Rege apud Agnadellum victi ac fusi sunt conferta manu, capto Daluiano * ipforum duce miris copiis instructo: ac tandem per clementissimum Regem suis restituto. Sed iam celer penne meæ volatus sistendus venit: adeò mœrore cõficior, & lachrymis manantibus chartam latè maculo propter extortam Venetis Cyprum Turcica manu, dum ego de illis scriberem: adeò hæc in sula multis vexata fuit motibus supra Delon Cycladum non vltimã, quam in mari quondam fluitantem accepimus.

* Anno
Domini
1509. cy-
prius anni
sa anno
1571.

Finis libri tertij.



STEPHANI FORCA-

TVLI IVRISCONSULTI, DE GALLO-

rum & domus Mediceæ Imperio

& Philosophia,

LIBER QVARTVS.

FEMPESTIVVM igitur est ostendere Florentinum decus Medicea domo in signe in Tuscia, flore Italiæ, Gallici Imperij partum & alumnum esse. Certè cum pulchra sit venerandæ antiquitatis inuestigatio, eiusdem quoque cognitio nobis fiet iucundissima, rei non vulgaris fructu eximio, & procliui facilitate: quæ alioquin optima quæque rarò comitatur. Priusquam verò id explanem quod institui, breuiter attingam vetustissimum cognationis genus, quæ Tusciam coniunxit Galliæ, & quæ ab Hecule illo Lybico, mox Gallico, manauit. Hercules enim ex Galathea Galatheum, gentis Gallicæ autorem, ex Araxa Tuscum genuit, veros. in
xij. Rege
Æthiopiæ. eundemque Italiæ præfecit iam senior, & in Celtas reuersurus. Tusci autem minimè degeneris opes terra marique latè partere: quas valde amplificauit

Alteus Tusci filius, & longa serie minoribus suis fruendas dedit: maximè circa feraces Arni fluuij ripas, quem ipse ex variis locis restagnantem in iustū alucum cogerat, agnomen eidem suum communicans. Arnus etenim, siue Arius, Leonem Libycè significauit: vnde Lybarni opidi in Liguria nuncupationem fluxisse docuimus. Sic Nouaria trans Graias seu Herculeas Alpes, quæ per Ligures instaurata nomen eiusmodi obtinuit, antè Aria seu Leonina, vt M. Cato tradit, Ægyptio vocabulo appellabatur. Inde Ariminum à comitibus Herculis conditum, à quo ad Rauennam Gallia Flaminia progreditur. Nec autem nouum auditu est, Herculem fluminibus aliorum labentibus modum præstituisse, & quasi repugnantibus imperasse, atque Arno ipsi velut Leoni per deuia loca non sine murmure currenti limites salubriter dedisse: cum non aliundè poëtæ induxerint Herculem cum Acheloo tauri speciem præferente certasse, quàm quòd ipse in Calydoniorum gratiam fluuium Acheloum in alium cursum diuertens, plurimos agros irriguos fertilésque reddiderit, & per salebras mugientem in fœcundos campos tra-

In fragm. Origin.

Died. Sicul. lib. 5.

inl. solim. c. 13.

Dum

*Dum tenet, infregit, truncaque à fronte reuellit,
Naiades hoc pomis & odore flore repletum
Sacrarunt, diuesque meo bona copia cornu est,*

vt ait Ouidianus Achelous, Arno nulla est ex parte conferendus regionis, quam abluit, nobilitate, vel populorum, quos alit, gloria vel numero. Duodecim etenim extitere insignes & opulenti, occultis præterea disciplinis eruditi, & sermonis gratia leporeque conspicui. Habeo autores, inquit T. Liuius, Romanos olim pueros, sicut nunc Græcis, ita Hetruscis literis erudiri solitos. Et hodie quidem post Græcas & Latinas nullæ magis in pretio sunt. Sanè Rex Asiæ Mithridates Romanis exprobrabat, quòd tales Reges habuissent, quorum nominibus erubescerent: Aut pastores, inquit, Aborigenum, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut seruos vernasque Tuscorum. Fortè quia Romulus maxima Regum Hetruriæ familiaritate vsus, Italiæ Regulus primùm creari cœpisset, & ascito inde vate Romam opidulum in regiam urbem commutasset, pomœriumque sacrasset, ac à Tuscis Regibus impetrato auxilio, præsertim à Cælio, Ceninenses & Antemnates superasset, & primum ex his triumphum retulisset. Sed hic armis quàm literis clarior, cessurus est Demarato Corinthio, qui literas Latinas similes antiquissimis Græcorum Hetruscos docuit: sicut ante ipsum Euáder Aborigenes docuerat, Cornelio Tacito testante. Quæ res non parum laudis & ornamentum Gallis ipsis accumulatur: vt potè qui He-

lib. 9. me tamorph.

Dec. 1. lib. 5. & 9.

Fab. Pi. Etor lib. de aureo seculo.

lib. 11. Annal. & Insti- nus lib. 38.

Gg

trufcos domuere, & retinentes domo agroque expulere, ducentis propè annis priusquam Brennus Romam captam Quiritibus venderet, nempe regnante Prifco Tarquinio Rege Rom. quinto. Tum enim Bellouesus Ambigati Biturigis ex sorore nepos, Aruernis, Senonibus, & Aulercis assentientibus, tametsi in Gallia imperio prepolleret, velut angustis pro sui animi captu finibus, Alpium iuga, quæ natura tanquam repagula audaciæ obiecerat, penetrauit. Boiis & Lingonibus, vt idem facerent, exemplo fuit. Nò Hetrufcos tantùm, sed etiam Umbros sedibus suis eiecit facto impetu. Constat autem vltimos aduenarum Senones ab Vfonte flumine ad Athesim fines habuisse. M. Cato Gallis, qui primi Alpes transcenderunt, & sensim ab omni Gallia, quæ inde Cisalpina dicitur, Hetruriam pepulere, ducem Aruntem Clusinum fuisse maualt. Vtcunque sit, constas Gallorum inuictæ virtuti cessisse Hetrufcos, quos Greci Tyrrhenos nominarunt antiquitus, à Tyrrheno Atys filio ab Hercule oriundo: qui plurimas vrbes ædificarat, præfecto structuræ Tarconte, à quo nomen Tarquiniarum, qui Demaratum Corinthium cum frequente turba aduentantem hospitio benignè exceperunt, & indigenam eidem mulierem cõnubio iunxerunt pernobilem, ex qua Aruntem & Lucumonem suscepit liberos liberaliter instituendos. Sed ex his solus Lucumo superstes audito quòd Romæ pro cuiusque merito honores sine delectu gentis tribuerentur, eò cum magnâ vi auri & familiæ

*Lianus li.
5. Polyb.
lib. 2.*

*In Orig.
libris.*

*Strabo li.
5. Geogr.
Dionys.
Halicar.
lib. 3.*

commigravit. Vbi Anco Martio Regi amicitia deuinctus Rex postea factus est, ac L. Tarquinij Prifci nomine donatus. Memoriam prodidit Strabo hunc ex Hetruria ornamenta triumphalia, insignia consularia, & decora magistratuum, virgas, secures, tubas, sacrorum faciendorum ritus, auguria, musicam Reip. Rom. vsurpatam, in urbem transtulisse: & Tarquinium secundum cognomento Superbum genuisse, qui post Seruium Tullium, cuius filiam vxorem habuit, ferocissimè regnavit, inauguratorus nece scelerata optimi soceri, ac tandem regno malè parto fœdè eiectus vnà cum filio, qui dum Ardea obsideretur, Lucretiæ matronæ pudicissimæ Collatini vxori vim passæ stuprum intulerat. Itaque extorris Tarquinium ad Lartem Porsenam Clusinum Regem, cuius nutu Hetruria gubernabatur, per fugit, misto precibus consilio obsecrans, ne se Hetrufci sanguinis Regem ac exulem desereret: ne orientem pelendi Regis morem inultum sineret: Satis libertatem habere dulcedinis, nisi quanta vi ciuitates eam appeterent, tanta Reges regna tuerentur. Facile exorauit Tarquinium Porsenam materno genere Hetrufcum: nam paternum traxerat è mera Gallia, cū, vt paulò superius ostendi, prifcorum Hetrufcorum conditionem pridem armis adepti essent Galli, paulatim tamen cum solo & cœlo in Tuscanicum morem & ingenium degenerantes. Proinde quanto maximo potuit exercitu Porsena Romam oppugnare incœpit, mox obsidere: ac penè sedendo urbem in sum-

ma frumenticaritate & inopia constitutam capturus videbatur, nisi C. Mutius adolescens Romanus indignum ratus populum Rom. à Regum iugo liberatum, hostem diutiùs formidare, audaci facinore abdito intra vestem ferro transisset Tyberim, & in castra hostium iuisset prope regium tribunal densa corona militum circumdatum. Fortè enim his tum stipendium dabatur. Ibi scribam pari cum Rege ornatu sedentem præceps obruncat. Illic per trepidam turbam vadens, cruento mucrone viam quaerens, à satellitibus regiis comprehenditur, & retrahitur. Tum Porſenæ infenso, simulque conterrito, ipse fortia facere & pati solitus, commento lepido dixit, adesse complures Romanos iuvenes, qui eodem animos gererent, ac per Hetrusca castra latitare, opportunitatem cædis operientes, & vnus Regis mortem studioſè captantes. Hęc fatus, dextram accenso ad sacrificium foculo iniicit, ne mutato quidem vultu, eam vlciſcēs, quòd purpuratum pro Rege occidiſſet: quanquam errãdo pulchrius quiddam præſtiterat. Ita terrorem ingeminans, tanquam Regis attoniti manus arderet, perfecit, vt Rex, quem nihil præter insidiatoris errorem texerat, quiq; trecentos eiusdem audaciæ coniuratos latère suspicabatur, Mutium, cui poſt Scæuolæ nomen fuit, intactum, inuiolatúmque dimiſerit. Propensior iam ad pacis conditiones factus, agro Romano excessit: nec ampliùs Tarquiniis finitimarum gentium auxilio regnum recuperare frustra nitentibus opem tulit: sed

*Tit. Liv.
viii. lib. 2.*

in Hetruriam reuerſus, à senio admonitus humanę conditionis, sepulchrum ſibi mirabile extruxit Gallica magnificentia, externorum Regum vanitatem longè ſuperante, labyrinthi ſpecie, à quo ſine lini glomere exitus non dabatur. Moles fuit ſub vrbe Cluſio lapide quadrato. Pyramidum in eo ſitarum altitudinem M. Varronem puduit adicere, ſaſtigiatum opus aliàs deſcribentem, & in ſummo orbem *plin. lib. 36. cap. 13* æneum, ex quo excepta catenis tintinabula vento agitata longè ſonitus referēbant. Extabant adhuc immenſi ſaſtus veſtigia, cum Galli ſecundò in Italiã neceſſitudinis Hetruscæ prorfus immemores, laudis ac prædæ auidiſſimi, incredibili multitudine traſſerunt, obfederuntque ipſam Cluſium, teſte T. Liuiò. Deinde à tribus Fabiis Marci Ambuſti Fabij filiis, Romanorum legatis, aduerſus ius gentium laceſſiti & offenſi, omiſſa in Cluſinos iram in Romanos conuerterunt, Brennum Regem ſecuti, donec urbem excepta arce Capitoliij captam vaſtarent, & ad ſe redimendos Quirites adigerent: qui, vt alibi narrauimus, pro pacto Imperij pretio fraudem & arma crudelis & incautis oſtendere. Nec tacuimus Brennum dolentem, quòd facilitate propria victoriam penè paratam euolare fuiſſet, reſarciendę iacturę deſiderio flagrantem, cauentémque ne ſimile quippiam in futurum eueniret, nonnullis ducum Gallorum in patriam remeantibus, aut in Pãnonum oram deſectentibus, in Gręciam rectà contendiffet cum lætiſſimis quibuſque militibus & tribunis. Pe-

Lib. 24. ditum sexaginta quinque milia ductasse illum Iustini-
 in Trogii. nus refert, & quò eorum animos acueret, Delphi-
 cum templum auri & argenti copia abundans com-
 memorasse, tum ex folido auro fufas statuas, plùsque
 in pondere quàm in specio & manu habere illas: nec
 elaborato tantùm locupletem esse Apollinẽ, sed
 etiam numerato. Addebat nescio quem Crœsum
 Lydorum Regem de futura in Persas expeditione
 oracula poscentem, Delphico templo pecorum ad
 tria milia immolasse: fulcra aurea & argentea, adhec
 phialas aureas & amictus purpureos ingenti pyra
 concremassè: eoque ex sacrificio aurum affatim flu-
 xisse: Inde factos lateres plurimum talentorum, nec-
 non Leonem pondò decem super lateres colloca-
 tum auri eliquati purissimi, & pateras duas. Adiecit
 Apollinem coma aurea rutilum, & pro aureo sole
 habitum, auro minimè egere: & Crœsum à Cyro
 Persarum Rege demum superatum, facile declarasse
 deos talibus nugis minimè propitiari. Eiusmodi ir-
 retiti delinimentis Galli duces in Brenni nomen iu-
 rarunt: potissimum Orestorius & Combutis, quos
 Pausanias tradit ab ipso Brenno in Ætoliã inua-
 dendam demandatos, Callienses dira vastitate per-
 didisse, & quicquid marium fuit, ad internecionem
 excidisse. Quod verò subiungit lactentium eos in-
 fantium sanguinem quoque hausisse, fabulosum est;
 & Lestrygonibus Homericis relinquendum. Planè
 suadente Brenno fani Delphici compilationem, &
 numinum dispendio compendium insigne militi-

Herodot.
lib. 1.

In phoci-
cis.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. IIII. 212
 bus proponete, intercessere duo nobiles Galli, pru-
 dentia, robore, amicitia in super mutua clari, & simul
 parvules, nulli Regulorum industria vel autoritate
 inferiores, qui sibi animum non deesse dicerent ad
 pugnandum contra mortales: vt verò immortales
 armis lacefferent, nullo præmio adduci posse. Ho-
 rum Regum alteri Felsino nomen fuit, quem vt po-
 tiorẽ magnę clientele sequebantur. Alteri Bono,
 qui etiamnum puer specimẽ frequens virtutis edi-
 derat, & vt ætatis imbecillæ oblitus, Felsini mores
 egregios imitari ac reuereri affectabat, & vnà cum
 eo deliberabat, quonam gentium magno quidem
 cum exercitu iter commodè facerent, ne à Brenno
 temerè secessionem fecisse viderentur. Triduum eã
 dubitatio primores consilio adhibitos detinuit. Pla-
 cuit tandem Gallorum nomen & vires nimis angu-
 sto limite Europeæ arctari, & in Asiam toto agmine
 transeundum. Compositis itaque sarcinis & impe-
 dimentis, in Asiam se ire magno clamore significa-
 bant, late fusi equis virisque immensum tenentes lo-
 ci, præcurrente fama. Quare Thraces magnus terror
 obstupescit, quòd aliquam gentem parem armis
 Gallicis non putarent, & penè adhuc experirentur.
 Eò enim iam concesserant Loimnionius & Lutarius
 Reguli, qui orta seditione prius à Brenno discesse-
 rant, & viginti milibus hominum freti, Propontidis
 oram vectigalem tenebant: mox quoque in Asiam
 traiecturi, & Galatiæ provinciæ peregrine nomen re-
 licturi, vt copiosè à T. Livio per scriptum est. Hi ^{Dec. 4.}
 lib. 8.

interim naues & remigium commodum Felfino & Bono dedere, Thracibus certatim opitulantis, vt celerius Galli abirent: qui trans Hellespontum Bithyniam ab occafu Galatię petierunt, à Thracibus i-
ppis primordia fua repetentem, vt eleganter ostendit Claudianus:

lib. 2. in
Eutropiū.

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bythinia fertur.

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens

Illis antè vagus tandem regionibus hæfit,

Gefaque deposuit Graio iam mitis amictu,

Pro Rheno poturus Halym.

Nam eorum, qui Lomnorium comitati sunt, partim iuxta Habym confedere, præfertim Tolofani seu Tectofagi Afiz mediterranea fortiti, & à tota cis montem Taurum prouincia tributum exigentes, vt Liuius docet. Fluit autem Halys, teste Herodoto, ab Armeno monte. Cilicas primum, deinde Phrygas, Syros Cappadoces, Paphlagonésque interfuit: & cuncta superiora ferè Afiz à mari, quod Cypro obnoxium est, ad Euxinum vsque Pontum dirimit: fed & Medicum Imperiū à Lydo difterminat. Hinc responfum Apollinis Cræfo. Lydorum Regi reddi-
ditum:

Herodot.
lib. 1.

Κροῖσος ἄλιον ἄββα, μεγάλῳ ἀρχεὶ καπαλῶσ.

Cræsus Halym penetrans, magnā peruerteret opū vim.

Tull. lib.
2. de diui.
nat.

Sed dum hostium vim se peruersurum existimauit, peruerit suam: ac planè expertus est is, qui se fortunatum omninò putabat, vt erat totius Afiz opulentissimus, verum esse quod ei Solon Atticus sapiens antè

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 213
antè prædixerat, finem vitæ expectandum, nec prius quèquam beatū dici posse: cum vesper ferus nonnihil mali quandoque afferat. Suidas tradit, perculsum metu aduentantis Cræsi Cyrum in Indiam migrare decreuisse: sed in ea trepidatione monitum à Bardane vxore, vt Danielem yatem quæreret, qui Dario permulta prædixisset: Paruisse Cyrum, & victorię compotem se fore ex eo præsensisse. Nam Cræsus viuus in potestatem Cyri Medi venit victus prælio, & postmodum pyræ impositus, Solonem exclamans ingenuit. Quod cum Cyrus per interpretem rescisset, se hominem fortunę similiter expositum reputans, solui ac deponi de arsurā lignorum strue Cræsum iussit. Addunt præterea pluuiam repente ad extinguendum rogam decidisse, qui miseris Regis lachrymis poterat vtcunque sisti, antea felicitis, vt sibi quidem videbatur, & prædiuitis, adeò vt Cræsi Lydi opes prouerbio notatæ sint: quę vnà cum fluij Pactoli aureis arenis Felfinum Gallum vehementer illexerunt, vt traiceret exercitum, & Lydiam, Mediam, ac Persidem inuiferet. Recurrebat etiam eius animò domus Cyri in Ecbatanis vrbe præcipua Medię, quam fecerat Memnon lapidibus candidis & variis auro vinctis. Necnon vitis aurea in cubiculo Persarum Regum stare solita, lapillis pretiosis ornata, quam scribit Amyntas racemos ex pretiosissimis calculis confectos habuisse, & non longè craterem aureum, opus Theodori Samij. Et ne quis hoc fabulosum putet, legat multò excellentiora in sacra
H h

in verbo
Cræsim.

Jul. Hygi-
nim in li.
de inter-
pretatio-
ne fabu-
lar. c. 223.
Athen.
lib. 12. c. 3

Esther historia, quam genere Hebræam Babylonicæ
 captiuitatis seculo Assuerus Rex vxorem duxit, Va-
 sthi repudiata ob contumaciam, ac posthabita vir-
 gini alienigenæ, parentibus orbatæ, ac fortunis, sed
 decora facie ac pudicitia singulari præditæ præ cun-
 ctis Medorum & Persarum heroinis in Susa Persidis
 Metropolim vndiquaque edicto regio vocatis. Ibi
 videbit aulea hyacinthina & bissina arcubus argen-
 teis impendentia, & pauimenta varij emblematis
 ornatu distincta ex lapide Pario, & vasa ex auro fa-
 brefacta, quæ vel esurientem aurum hominem sa-
 tiare quirent. Fuit autem hic Assuerus, non vt falso
 putatur, Darius, sed Darij cognomento nothi filius,
 & Parisatidis reginæ Artaxerxes. Rursus hic Artaxer-
 xem Ochum genuit, re bellica admirandum, &
 qui Iudæos iuxta mare Caspium transtulit, & Ægyptum
 suo iunxit Imperio cum Syria, vbi Sidonem
 funditus subuertit. Quocirca per bellorum occasio-
 nem absente Rege anfa tradita est Gallis haud ma-
 gno negotio Lydiam ac Mediam inuadendi, & auri,
 gemmarum & pecorum infinita copia ad vrbium
 quæ postea condidere molitionem necessaria, desi-
 derium honestissimum explendi. Quod autem Gal-
 li, qui pro ferro, quod attulerant, aurum referentes,
 denuò in Europam post aliquot annos remigrarint,
 in causa fuisse suspicor Artaxerxis post tot victorias
 reducis fortunam, nec libenter externos homines re-
 gnare passuri: vel horum in patriam cuiusque suam
 amorem, propter quem Vlysses apud Homerum

cap. 1
2.

*Iornades
lib. de re-
gnor. suc-
cess.*

*Esseb. in
Chron. O-
lympiade
106. &
108.*

odys. 10.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 214
 Circes immortalis conuictum fastidiuit, & se ven-
 torum arbitrio iactandum permisit, vt Ithacam in-
 ter saxeta aliquando videret. Sed non concessit nu-
 men Gallis patriæ dulcissimæ conspectu frui. Qui-
 nimò citra Alpes ipsos multis opibus cumulatè onu-
 stos continuit, & patriæ charitatem salute publica
 posthabere iussit: & sydera suspicere, quæ illustri
 motu assiduè labuntur, & locum mutant lege qua-
 dam naturæ: & vndecunque ad cælum æquabilem
 obrutum esse, vt ea cernamus, quæ imitari conuenit:
 Proinde vbique gentium patriam esse, si proficere
 vel prodesse cum gloria possimus: quemadmodum
 Felsino & comitibus Gallis contigit. Hi etenim in
 Adriaticum mare, deinde in Tyrrhenum delati se-
 cundo cursu, capto auspicio, in Hetruriam à Gallis
 etiamnum passim habitata peruenere. Postridie
 Felsinus operatus diuis, & facto sacro duobus tauris
 candidis maectatis, Gallico ritu, tanto animi ardore
 vrbes fundare cœpere, tantæque sedulitate, vt non
 tam aurum ex Media Lydiave, quàm vrbes ipsas so-
 lidas credi possent attulisse: longè dissimiles aliis vi-
 ctoribus, qui plus studij in vrbibus euertendis quàm
 in extruendis collocant. Prima verò vrbium, vt qui-
 dem comperi, à Felsino extructa est Bononia, quæ
 ab eo prius Felsina appellabatur. Sed cum ipse fatis
 concessisset, Bonus ei superstes eam ampliorem &
 tutiorem reddidit. vnde Bononia dici cœpit à Tu-
 scis, Bonum ipsum officiosissimè colentibus, & He-
 truscis mores amplectentem amantibus. Prolixum

*plin. lib.
16. c. vlt.*

esset enumerare opida & vicus, quos Galli utroque in Italiam transitu crexere fufis Tuscis, vel in melius reformatis. Nam de ipsorum victoria & exstructura nulli autores controuersiam faciunt. Alij tantum alios duces, operumque auspices e Gallia profectos nominant. Nos M. Catonem lubenter imitabimur, tanto certioris fidei & autoritatis, quanto uenustioris. Is apud M. Tullium dicit, sibi septimum librum Originum in manibus esse, quo omnia antiquitatis monumenta colligeret. Certè si ex unguibus Leonem, ut aiunt, iudicare licet, superest quoddam eius fragmentum recondita uetustate referatissimum: ut meritò, quod intercidit, residui operis desideremus. Is de Hetruria à Gallis uicta loquens: Princeps metropolis, inquit, Felsina primùm à Rege Tusco conditore, inde à successore Bono Tuscaniensi Bononia dicta. Idem Plinius affirmavit. Subdit Cato: Olanum antè à Tuscorum duce, qui cum Orobiis coloniis ibi primus insedit, quorum origo incerta, uti Comi: inde ab Insubrium principe Medo aucta, Mediolanum nomen seruat. At Cornelius Alexander, qui sibi uisus est Catone solertior, existimavit apud Plinium, Orobiòs fuisse Græcæ gentis vitam in montibus degentis, interpretatione nominis. Sed profectò nò alij fuere Orobij quàm Galli, sic uocati, quòd cum ex improuiso & præter expectationem Alpes transcendissent, credebantur vulgò inter iuga montium educati, præsertim ob ingenitam ferociam, Italiae tamen salutarem, propter condita opida, atque

T. iiii. li. 5. & Justin. lib. 20. Strabo lib. 5.

lib. de se necit.

Lib. 3. ca. 17.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 215
iterum resecta & communita, ut ex Mediolano liquet, quod dux Olanus Gallus ædificarat uici instar, Medus mox mœnibus & pomœrio condecorat. Hic autem Medus non alius est quàm qui Felsinus supra dictus est: qui modò Medicus, modò Medus, nonnunquam Lydius honoris causa vocabatur, à uictis populis agnomen sumens prisca consuetudine Italiae ut Paulus Macedonicus, qui Perseo Macedoniam abstulerat: & eiusdem filius Scipio, quem Africanus illius magni filius adoptione in decus familiaris assumpserat, declarant. Planè hic ab auo concussam armis Carthaginem subuertit. Quocirca factum est, ut Hetrusci se Lydorum progeniem iactitarint, quod quidem ex Virgilio patet, eò loci:

- ubi Lydia quondam

Gens bello præclara iugis, insedit Hetruscis.

Non aliud Horatius ostendit:

Non quia Mæcenas Lydorum quicquid Hetruscos

Incoluit fines, nemo generosior est te,

Nec quòd auus tibi maternus atque paternus,

Olim qui magnis legionibus imperitarint,

Ut plerique solent, naso suspendis adunco.

Nihil enim antiquius Mæcenas habuit, quàm opibus & patrocinio viros eruditione notabiles, maxime poetas, iuuare. Nam & ipse apud Augustum plurimum ualebat gratia: adeò ut liberrimè nonnunquam obiurgaret in luxum aut sæuitiam declinantem: nihil interim elato animo præter iustum faciens, & in equestri dignitate permanens, licet Re-

Flor. Epitom. li. 2. cap. 15.

lib. 8. Æneid.

lib. Sermon. 1. Sat. 6. Strabo li. 5. satis inuenat.

Dion lib. 55.

gibus atavis eluceret, nempè Gallis, qui in Italiam commigrarant, & ex Media & Lydia aurum triumphale attulerant: ex quibus Medicea domus æquè literatorum hominum iam pridem faultrix emanavit, à Rege Felfino Lydio & Medico, tot populorum duce, tot urbium conditore, ac potissimum Florentiæ, quæ Bononiæ principatum Hetruscum fausto successu abrogavit. Idque coniectura non ambigua corroboratur pomorum, quæ à Medis allata appinguntur Mediceæ familiæ faustis insignibus, ut mox aperiemus: si prius admonero Florentiam urbem à puella eius nominis nomè sumpsisse videri, L. Troscij ex Patridis heroidis connubio genita, & à Calpurnio Romano compressa, quæ submergi iussa à patre, fratorem exoravit: atque ita vèniit fortuna aspirante eidem Calpurnio in Italiam naue appulso, ut Plutarchus refert: & charissimæ Florentiæ titulum urbi indere potuit illustris homo. Cæterum nō mihi blandior verisimilitudine vlla, quin pro certo scribam, vnde ipsius Florentiæ à Felfino Mediceo institutæ primordia innotuerint, quibus nec iucundius quicquam, nec magis tenuè: nimirum auiculis & floribus urbis fundandæ occasionem præbentibus: non aliter atque in Hispania euenit, duce Pœnorum Asdrubale Carthaginem moliente læto in solo, vbi rosè tota hyeme præcoces cœli fatentur temperiem: & Hegesistratus Ephesius Delphici oraculi monitu urbem condidit in Asia, quod rusticos ibidem oleaginis coronis ornatos vidisset: vnde

In Paral.
tel. c. 20.

Plin. lib.
21. cap. 4.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 216
Eleuntem ex eo appellavit: sicut Telegonus Vlyffis & Circes filius patrem inuestigans, similiter pino coronatos rusticos intuitus, in Italia Præneste ex-
Plutarch.
in Paral.
tel. ca. 79.

MEDICEVS itaque in ipsis ferè Italiæ suburbiis venationi indulgens, ac ceruum agens, cum non paruo comitatu fortè venit ad ripam Arni fluminis, vicino nemore læti, concentu auium canori, & aquis pellucidis amœni, quibus propinqui flores quotquot de Regum sanguine natos poëtè fingunt, & plures alij sine nomine dulciter alebantur. Tum cupido incesit opidum ibi designandi, saltem laxandi animigratia, campi florentis & amnis liquidi oportunitate: exemplo Medorum Regum, qui Susa urbem posuerant iuxta Eulæum fluuium à Medis ortum, qui quidem arcem Susorum circuit, & Dianæ templum augustissimum, tam gratum publicè, ut non ex alio Reges bibant, etiam si longissimè proficiscantur. Susa verò à Dario Hystaspis filio condita Plinius asserit: nonnulli ab Achæmene Persico Rege. Hinc Lucanus:

- coniuert in armis.

lib. 2.
Pharsal.

*Mundus, Achæmenis decurrant Medica Susis
Agmina.*

Cæterum Reges ipsi in Babylonia plurima anni parte degebant per autumnum in Persèpoli, exacta scilicet æstare in Ecbatanis: sed Susis hyemabant ob singularem loci amœnitatem, à qua Susa nomen habent, teste Aristobulo. Nam susum id significauit quod lilium. Eò libentiùs
Athen.
lib. 12. ca.
3. Græc.
sed Eusèbi-
thius Me-
dice.

Medicus nouo opido Florentiæ ab ipsis floribus in-
didit nomen. Dianę autem ædem non consecrauit,
sed Marti, quem Galli post Mercurium & Apollinē,
vt Cęsar scribit, coluere. Testatur quoque Politia-
nus, extare Martis templum, nunc titulo Pręcurso-
ris transcriptum : sed perperam à Romanis Cęsa-
rianisque militibus pro veteri eorum origine dedi-
catum, nempè ob Romulum Martis filium suspi-
catur. Mirandum est hominem Musarum & Medicę
domus alumnum, pleraque alia acutiùs quàm vero-
similiùs confinxisse. Ille ad Petrum Medicem scri-
bens (sic enim pro Medico vsurpasse ob euitandam
amphiboliam satius fuit) Deduxere, inquit, Floren-
tiam coloniam Triumuii C. Cęsar, qui deinde Au-
gustus, M. Antonius, & M. Lepidus etiam Pontifex
Max. Coloni autem deducti Cęsariani milites, qui-
bus assignata ducenta iugera per cardines & decu-
manos. quod ego, inquit, apud Iulium Frontinum
reperio, celeberrimum scriptorem, qui Neruę æta-
te floruit, in libro De agrorum mensuris : quem tu
librum domi habes, Petre Medices, vetustissimum.
Ita, quod nulli vnquam contigit, à tribus Imperato-
ribus, quorum vnus omnium summus, alter etiam
Pontifex Max. orta est Florentia. Subdit arbitrari se
populos Arni fluminis accolos priùs Fluentinos ap-
pellatos, qui deinde cõdita vrbe, deductaq; colonia,
in Florentinos cõmigrarint. Huius sententię adsti-
pulatores inueni non imperitos antiquitatis auto-
res, sed non perinde in tanta re exploratos. Non
enim

*Polaterr.
lib. 5. de
Geograph.
& An-
nus in
Catonem.*

enim deducere coloniam aliquo gentium, est opi-
dum ædificare, ortumque ei tribuere, vt Politianus
arbitratur, sed potiùs nouos colonos in vetus quod-
dam opidum vrbemve clade aliqua bellica aut simi-
li calamitate ciuibus exhaustam, defectamve, duce-
re & collocare. Nec si Augustus, aliue Triumuii
Florentinos colonos deduxerunt, propterea Florē-
tiam extruxisse ipsam credi debent, vt ostendit
Hygenus Augusti ipsiusmet libertus, in libro De li-
mitibus. *Hic extat cum sicu-
lo Flacco* Æquę, inquit, Diuus Augustus in assignata
orbi terrarum pace exercitus, qui sub Antonio aut
Lepido militauerant, pariter & suarum legionum
milites, colonos fecit, alios in Italia, alios in pro-
uinciis : quibusdam, deletis hostium ciuitatibus, no-
uas vrbes constituit : quosdam in veteribus opidis
deduxit, & colonos nominauit. Illas quoque vrbes,
quæ deductę à Regibus fuerant, aut à Dictatoribus,
quas bellorum ciuilium interuentus exhausserat, da-
to iterum colonię nomine, numero ciuium amplia-
uit, quasdam & finibus. Non igitur Triumuii Me-
diceam constituere Florentię vrbem, neque destru-
xisse eam leguntur, aut instaurasse : sed numero ci-
uium fortè amplificarunt, & ius honorificum colo-
niæ eidem tribuerunt, quasi propagarunt. Colonię
etenim deductę non suis radicibus vt municipia ni-
tebantur, sed effigiem aliquam Reipubl. Rom. refe-
rebant. Tamen accidit, vt quædam coloniæ pro be-
neficio ius municipij acciperent. Sanè Iurisconsulti
nostri pro non vulgari beneficio tributum ab Impe-
*de agrorū
conditio-
nib. sed
fortè Ely-
ginus di-
ctus est il-
le liber-
tus.*
*A. Gell.
lib. 16.
cap. 13.*
*l. 1. &
ult. ff. de
censib.*

ratoribus ius coloniæ innuunt. Diuus Seuerus, vt Vlpianus ait, in Sebastenam ciuitatem coloniam deduxit. Incluta quoque Cyrenensium colonia à Diuo Traiano deducta, iuris Italici est. Atqui Sebaste peruetus fuit vrbs Samariæ, ab Herode muro xx. stadiorum circumdata, & Sebaste dicta, ac cum templo Cæsari Augusto consecrata, deductis sex colorum milibus. Et Cyrenas Battus quondam considerat in Libya, vt dicit Pindarus. In Germania inferiore, inquit Vlpianus, Agrippinenses iuris Italici sunt. Adhuc ea ciuitas Colonia ad Rhenum vocabatur, in quam Agrippina Germanici Cæsaris filia, Claudij vxor, quo vim suam fociis quoque nationibus ostenderet, veteranos coloniãque deduci imperauit, & suo nomine nobilitauit antea vetus Vbiorum opidum. Sic Narbo Martius, vrbs Galliæ per antiqua, fuit Romanorum colonia deducta, M. Porcio & Q. Martio coff. vt alibi explicui: cuiusmodi Florentiam Augustus fecit, & omni officio & studio illustrauit, vel Hetrusci Mæcenatis periculis ac consiliorum participis gratia, non autem initio fundauit: nec ex Fluentinis Arnienibus Florentinos dici instituit, sed delectatus opidulo ad delicias Principum condito, id ipsum singulari iure coloniæ donauit: ita vt post Augustum Tiberio imperante iam celebre nomen Florentiæ esset, à quo auditas municipiorum & coloniarum legationes Cornelius Tacitus refert. Orantibus Florentinis, inquit, ne Clanis solito alueo demotus in amnem Arnun transferre-

Ioseph. li. lib. 1. de bell. iudaico, ca.

16. in pythiis

corn. Tacit. lib. 1. Annal.

lib. 1. Annal.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 218
tur, idque ipsi perniciem afferret. Nondum enim Florentia eò increuerat amplitudinis, vt vrbs mediocris dici mereretur: nondum alacritate quadam trans Arnun insiluerat, à quo media secatur hodie. Nec quidem nisi longè post Iustinianum Cæsarem inter clara opida innotuit. Nam Agathius tradit illius ducem Narsetem contra Gothos in Italia belligerantem, auditò tumultu Leutaris & Bultini Francorum Alemanorumque exercitum ductantium, vt pugnae ac prædæ simul incumberent, Florentiam & Centumcellas parua Tusciæ opida se statim contulisse, vt celerrimè hostium aduentum præueniret. Ceterum non ausim subscribere illis, qui Florentia potitos Gothos dixere, & magna ex parte eandem deleuisse, omnemque Nobilitatem dispersisse, donec eam Carolus Magnus coegerit, ac restituerit. Quin potius eam Tonilas frustra sæpè oppugnauit, Roderico & Vliare obsidioni præfectis, viris bellicosus, & apprimè rebus gerendis idoneis: quibus Iustinus audester restitit, accitis è Rauenna subsidiis per nocturnum nuncium, & auxilio tempestiuè per Ioannem & Cyprianum adlato. Cuius certiores facti Gothi, obsidione & metu Florentiam liberarunt. Nec aliter eam vocat Procopius: nam & Ptolemæo est *φλω-* *Lib. 2. ferria.* sed & Ferentia in eodem propè tractu. Plinio quoque vna commendatur in Tuscia, atque etiam eius nominis, inquit, Florentia, sicut Aretina, nigra quidem, sed mustum faciens candidum.

Lib. 1. de bello Gothor.

Procop. li. 3. de bello Gothor.

Lib. 2. Geograph. lib. 14. cap. 5.

SE D iam decet, vt ordinem secuti nature, à flo-
I i ij

ribus ad poma veniamus, Medicæ familiæ insignia Felsino instituyente sacrata. Cùm enim Galli eodem tempore Lydos, Persas, Medosque, sine delectu concussissent, tamen opima ex Medis relata vbique fecere plurimi: quia hi, vt ingenio præstantes præ cæteris, multarum rerum Persis autores extiterunt. Nam quæ Persica schola dicta est, & equitandi ac sagittandi studium, cultus & ornatus, & religiosa à subditis in Reges veneratio, vt Strabo asseruit, à Medis profecta est: *καὶ ὅτι τῶν ἀλλήλων, ἐν τῆς ἐοδῆτος μάλιτα δῆλον.* Proinde poma Medica vt pignus subactæ regionis lubenter elegerunt, viribus miris clara. Nam arbores & earum fructus in triumphum ferri solitos Pompeius Magnus satis declarauit, ex Iudæa victa balsamum referens tributarium, & de illo gloriose triumphans. In cuius inuidiam Iudæi aduersus fructicem sequere, Romanis contrà defendentibus. Nunc de Medicis loquentem audiamus Virgilium:

Media fert tristes succos, tardumque saporem

Felicis mali, quo non presentius vltum,

Pocula si quando sæua infecere nouerca.

Mox subdit arborem Lauro per similem, perennibus foliis veneno renitentem, tenaci flore:

- animas, & olentia Medi

Ora fauent illo, & senibus medicatur anhelis.

Ibi Seruius interpres notat nonnullis placuisse, arborem huiusmodi esse Citrum: Apuleiumque in libris De arboribus contrà scripsisse, cui assentior. tamen si non negem Citrum ex Media adlatam, & mala

lib. 11.
Geograph

Plin. li. 12
cap. 25.

lib. 2.
Georgic.

Dioscorid.
lib. 1. cap.
131.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III 219
eius Medica vocari, odore grato: venenum semine pellere, & vestes à tineis vendicare: & ab Antiphane Deorum semen vocitari, & genus Hesperidum aureum. Macrobius notat, ab Homero Citreum pomum *γύνο* appellari, valde odoratum:

γύνο δ' ἀπὸ κελόν ὀδωδῆ.

Quid si fortè arbor in hunc orbem adlata, pristinae virtutis oblita, degenerauit, non nihil retinuit eiusdem. Facile enim adferri potuit, quæ semine vt talea feritur, mense Martio, rariore humo, cælo calido, humore continuo. Orbem quædam fœcundatis illi natura subministrat per gradus, vt cui maturis pomis se acerba substituunt, acerborum ætatem florentiæ consequantur. In agro Neapolitano lætè proueniunt: nec vbique exorari blandimentis terra potuit vt Citrum educaret. Cæterum Medis minimè mali odorati ingens facultas inuidenda est, quoniam veneficiis amplius abundant, ea edocti à Medæa, quæ Iasonis amore faucia patriam suam, & deinde Atticam reliquerat: & Medum filium enixa, nomen dederat regioni, in quam perfugit, vt Dionysio placet. Nec miremur Felsinum tantoperè Medico malo in Europam transferendo incubuisse propter hominum incoluntatem & delicias, & subactæ gentis testimonium: cum constet Platanum vmbre gratia per mare Ionium in Siciliam transfueta, mox in Italiam, & demum vsque ad Galliam in Morinos, quorum vrbs in Belgica à Ptolemæo *καρδάννα* nominatur, vt vulgò. Ea me

Athen.
lib. 3. c. 5.
lib. satur
na. 3. c. 19.

Palladius
in Martio,
cap. de Citreo.

In Orbis
descriptio
ne, &
Strabo li.

Plin. lib.
12. cap. 1.

tus deleta est: non impunè tamen, nempe Francis vicissim in Iuosium, Mariburgum, Momedium, aliáque multi momenti opida irrumpentibus, ac fruentibus: sed pace secuta inuicem restituta accepimus, detritis ciuium fortunis, amœnas Platanos tantolim facientium, vt earum radicibus merum infunderent, & arbores vino docerèt inebriari. Xerxes paulò delicatius cum eadem arbore mihi egisse videtur, dum è Pyrygia in Lydiam venisset, decantato Persarum exercitu Collibum opidum præteriens, in quo mel ex tritico & Myrica conficitur. Platanum eximie pulchritudinis offendit, eamque aureo monili donauit, ac tuendam viro immortalì commendauit. Quòd si per soli Florentini ingenium licuisset Felsino Medicam arborem laudum suarum consciam alere, nihil equidem curæ & industriæ ad eam propagandam omisisset. Quia verò poma fragrantia & salubria non licuit ex ramis virentibus decerpere, pictura saltem clypei retinendam memoriã duxit: idque mediusfidius regia ac Medica imitatione. Nã Mediæ Regum satellites mille numero aurea mala in hastis gestabant antiquitus: qui maliferorum vsus ad Persas manauit, non modò ad iniuriarum præsidium, sed etiam ad decus Regis, & coronarum loco, vt notauit Herodotus, mala argentea quoque aureis miscens, eaque Punica lanceis summis traiecta, dum Xerxes è Sardibus vrbe Lydorum Mysiam versus ingenti apparatu cõtenderet. Quinque autem mala insignibus Mediceis consultò effinxit, quòd quin-

*Herodot.
lib. 7.*

*Athen.
lib. 12. c. 3.*

*In poly-
nia.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 220
quennium errando vincendóque à Gallia abfuisset: quodque, vti dicere solebat, quinque essent stellarum erraticarum orbes vltra Solem & Lunam, quæ retrò contrario quàm cœlum motu versantur, & tamen cum mundo verti videntur, & similiter iter suum perficere. Vt si quis vectorum intra nauem, quæ in ortum Solis nauigat, contra occasum ambulet: Pariter enim cum ea attinget portum. Sextum verò malum scuto Mediceo insertum comperi auspiciis Caroli Magni, qui prosperè Florentiæ diuerterat, & eam in libertatem asseruerat, Longobardico dominatu diu pressam, & vt ciues fatebantur, ipsius Florentiæ marcidum florem reuirescere iusserat. Quod vt perspicuè liqueat, scire oportet, Desiderium Longobardorum Regem suum per Italiam valde dilataste Imperium, & insitam ingenio audaciam fortunæ successibus aluisse: præsertim quod pro voto generos nactus esset potentissimos, Tassilonem Boiorum Ducem, & Carolum Magnum, cuius affinitate finitimis nationibus formidolosus pernitiùm videbatur. Sed cum Caroli coniunx præ fastu seipsam non caperet, insolens & morosa diuortio dimissa est à Rege, & res suas sibi habere iussa: qui paulò post Hildegardem Sueuam, præcipuæ claritatis & mansuetudinis foeminam, vxorem duxit. Dirempta necessitudine inimicitia inter Carolum & Desiderium exarserunt, non secus ac inter Pompeium & Cæsarem focerum, Iulia inter pariendum mortua. Confestim enim Respublica tumultuari cœpit, & in sano furo-

*Annus
Christi
773.*

*Annus
4. c. 69.*

*Plutarch.
in vita
Pompeij.*

re misceri, perinde ac si affinitas horum virorum nõ
 extinxisset odium, sed occulisset. Accessit huic ma-
 lo, quòd Carlomanus Caroli frater obierat, cuius v-
 xor cum liberis in Hildegardes inuidiam ad Deside-
 rium profugerat, lætum eo pignore, & sibi contra
 Francorum vires plaudentem. Supererat pullulanti
 dissidio, vt Desiderius Hadrianum Põrificem Rom.
 bello lacefferet, ei que Senogalliam, Vrbinumque ex-
 torqueret: temperare iussus, obsecrantem deride-
 ret: vir aliàs benignus excepta regnandi libidine.
 Cuius per Hadriani legatos certior factus Carolus
 Rex, magnis copiis Alpes transgressus, Desiderium
 obuium fudit, fugientem properè insequitur, Pa-
 piæ obsidet, tantisper dum obsessus intus cum fame
 iam debilitante spiritum pugnans, foris cum hoste,
 succumberet, & regno exuendus caperetur. Planè
 quia Desiderius, antequàm Insubrium regnum A-
 stulpho defuncto inuaderet, iam Hetruria potieba-
 tur stipendiaria, neminem optimatum Florentino-
 rum administrationi publicæ adhibens, atque pro
 vnius gubernatione Homericum illud iactitans, &
 ἀγαθὸν πολικιστῆν, factum est, vt Florentini aduentã-
 ti Carolo legionem vnã & duas equitum turmas
 lectissimæ pubis sponte in subsidium miserint, præ-
 fecto Euerarto Mediceo, cuius in Galliam amoris,
 indicia non leuia elucebant. Nam & pro Pipino Ca-
 roli patre aduersus Astulphum Regem in armis ste-
 terat. Proinde iam senio grauis, non tam capillorum
 quàm morum candore venerandus, velut quidam
 Florentinus

Platinam
 vita Ste-
 phani II.
 et Ha-
 driani I.

Florentinus sui seculi Nestor ab omnibus diligeba-
 tur, colebatur. Sed dum senectæ immemor alacrius
 in hostes irruit, tragula sauciatus, vincendi & viuẽ-
 di finem fecit: idque præfente ac dolente filio, quem,
 quia paternam effigiem roburque per omnia refer-
 ret, Florentini Euerartinum appellabant. Huic pa-
 ternæ mortis vindicandæ cupido laudem Rollanus
 præripuit, pectus gladio traiciens Ademari. Is erat
 Desiderij ex sorore nepos, cum primis strenuus, qui
 Euerartum, clypeo nullam moram ictui faciente,
 peremerat spectante Carolo, & in tanto mox discrimi-
 mine constituto, vt dimicanti galea excussa de capi-
 te fuerit, quod ab hostibus circa ipsum glomeratis
 adeò petebatur. Sed id nudum Euerartinus properè
 scuto textit, & manum capiti Regis imminentem en-
 se Gallico amputauit. Necdum abundè litatum Ma-
 nibus patris existimans, alium Insubrem lorica tum
 confodit, ac frendens ensem ter versauit in hostili
 pectore, tanquam vulnus in vulnere faceret: Ideo-
 que in magna apud Carolum gratia fuit, nec non a-
 pud omnes Gallos Hetruscoque: eò magis, quòd
 rescuisset Carolus Mediceam familiam ab antiquis
 Gallorum Regibus oriundam. De ipsa enim dili-
 genter percunctatus est post debellatam Papiam, &
 Desiderio capto sæua hyeme. nam, vt scribit Anno-
 nius, natalitia Christi sacra Florentiæ celebravit, ho-
 stium victor, & Hetruriæ liberator publicè concla-
 matus. Quo fit, ne eorum non sit fabulosa sententia,
 qui Florentiam nomen accepisse rentur à flore, que
 Lib. 4. de
 gestu Frã-
 cor. c. 78.
 Nec pro-
 bat Mele
 interpre.

Padian. Carolus tunc ciuibus donauerit : nam à bruma florum experte refellitur : tamen fatcar lilij, sed purpurei, florem, vetustissimum Florentiæ symbolum extitisse. Narcissum Plinius vocat, ruri potius quam in hortis cultioribus nascentem, iuxta primæuam soli Florentini indolem. Nec inficis Magnum Carolum non pauca de floribus fermocinatum in palatio Euerartini, in quod honorificè diuerterat : sicut & eiusdem nominis Francorum Rex Carolus octauus in Neapolim mouens, adulta iam hyeme, secundo tandem euentu, luculentè Petri Medicei tunc absentis laribus, apparatu & opulentia singulari, narratur hospitij iure exceptus Florentiæ, atque pro Gallica magnificentia epulo exhilaratus : quale nec lautius Carolus Magnus olim acceperat, cum in secunda mensa poma variij generis oblata animo uerius quam ore gustasset. Vt erat literatæ alicuius confabulationis auidus, de flosculis & pomis uerba facere occœpit, in omnibus Euerartino gratificans, ut mœrentem adhuc ipsum propter patrem recens amissum aliquo modo recrearet. Vtque erat Græcè, non modò Latine peritus, quod omnes scriptores tum Galli, tum Florentini fatentur, dixit, vel natura dictante, Gallis ac Florentinis cognationis & amicitia vinculum intercedere : propterea quòd Galli liliu in signe cœlitus demissum celebrant, & similiter Florentini à floribus originem duceret : qui omnes Atticè ad lilij excellentiam referri videntur. Nā λέλειον Græcis tum flos quilibet, tum peculiariter

*De uno
Florè Phil.
lip. Cumi-
nus in Ca-
pulo viij.
cap. 13.*

*Anno
1494. die
17. Notæ.
ut in Resa-
rio Ludol-
uici xi.*

*Eginar-
thi in vi-
ta Caroli,
& Dona-
tus Sc-
ciaiolum.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 222
liliu nominatur. uti cum Musa apud Pindarum glutinat aurum, æs & ebur, *καὶ λίλιον ἀνθεμον.* Et liliu *In Ne-
meis. od. 7*
inquit, floridum. Deinde cum apud Homerum se-
nes uocem floridam emittunt, *ἄπα λαφύρασαν ἰέισι.* *Iliad. v.*
Qualem, Euerartine, ut accepi, pater tuus melle Si-
culo suauiore, interim sale conditam, solebat e-
mittere : quem si, ut incœpisti, studiosè imitaberis,
dubium profectò relinques, utrum senectus patris
felicior fuerit, an adolescentia tua. Maeste esto vir-
tute inchoata fili, & tyrocinium, quod nuperrimè
coram me perpulchrum edidisti, nouis in dies factis
illustra, tanquam ex flore fortitudinis pomum glo-
riæ gratissimum legens. Itaque quoniam maiores tui,
ut contemlor, clypeis, porticibus, epistyllis, trium-
phisque suis poma quinque appingere consueue-
runt, uolo sextum omnium altissimum adicias, Gal-
licæ approbationis memoria. Nec te pigeat numeri
perfectissimi, quem in mundi creatione Deus ele-
git, & qui primus suis partibus completur, id est,
sexta sui parte, tertia, & dimidia, cum unum, duo,
tria, senarium absoluant. Adiecit & alia huius nu-
meri præconia ex Diui Augustini de ciuitate Dei li- *Lib. II.*
bris decerpta, cum illos, si Eginarthe credimus, ma- *cap. 30.*
gna pro oblectatione uolueret, liberaliter mansue-
rioribus disciplinis excultus. Fortè addebat illud ex *In Epist.
ad Prisi-
lum.*
Aufonio:

Tot pedibus gradiuntur apes, & uersus Homeri,

Totque horis pelagus profluit, aut refluit.

& illud etiam ex eodem:

Tôrque super terram sidera Zodiaci.

Accidit autem post longam annorum reuolutionem , vt sextum hoc Mediceum pomum tribus lilij flosculis spargeretur singulari ornamento , Ludouici x i i . Gallorum Regis voto & consensu : qui tantum beneficium concedens, accipere sibi videbatur, Laurentio Mediceo Principi dignissimo , eiúsque filio Leoni x . Pontifici Rom. id tribuens , tum probitate vtriusque prouocatus, & erga Galliam fide & amore eximio , tum decessoris Iulij secundi malignitate & peruicacia nunquam satis improbata.

V i x finem dicendi fecerat Carolus , cùm Turpinus Rhemorum antistes plausibilis & scitus renunciauit eidem Regi, aduenisse Legatos Romani Pontificis gratulantes, quòd Desiderium superasset , & toti Italiæ insultantem mitescere coëgisset, ac parere. Proinde Neoptoleum Ennianum exaudiri factum esse, qui philosophandum paucis admonuit. Illi subridens Carolus, & legum conuiuij memor seueritatem abhorrentium, legatione audita Romam denuò cogitauit . Nam, quantum ipse meditatione conseqnor, priusquàm Papiam expugnaret , sedulo Hadrianum inuiserat, & triumphali Resurrectionis die Romæ interfuerat, credito ducibus suis exercitu Papiam cingente. Cùm verò rursus Romam adiit victor, tum Patritiatus honorem & ius Pontificem eligendi accepit. Quidni acciperet? cùm vni Carolo Magno acceptum referre illum oporteat, quicquid securitatis & autoritatis retinuit. Nisi enim suppe-

*Pr in Re-
sario Lu-
doui, an
no 1512.
Alia d
Ludouico
xi, lili
concessu
Mediceo
putantur.*

*Canon.
Adria-
nus, di
stin. 63.*

tias tulisset laboranti ac deiecto , clauem cœli proculdubiò amisisset, imò etiam arcæ nummariæ . Decebat hoc recordari Iulium i i . cuius modò meminì, dum nihil non egit, vt Ludouicus x i i . Rex quæsitâ bello qpida in Italia, & à Venetis iusto Marte extorta, dolo perderet. Quòd si iuxta Persarum morè ^{Xenoph.} ingratitude actio vlla superesset, nec remunera- ^{lib. i. de} tio cuiuslibet arbitrio relinqueretur, sed is seuerè <sup>Cyri pe-
dia.</sup> multaretur, qui cùm possit, non refert gratiam: quid quæso Iulius causaretur, qui Ludouicum Regem de se benemeritum offendit? quem velut Caroli Magni successorem saltem amplecti , diligere, iuuare debuerat, cùm creditoris morte liberari debitores nulla iura patiantur. Quanto æquior & benignior Carolus? qui propter auxilium mediocre à familia Medicea allatum, Euerartino idem propè tribuit, quod Carolus quintus patrum memoria Alexandro Mediceo, vt videlicet Florentiæ summo cum imperio præesset, & Ducis perpetui titulum caperet, sibi magnificum, Reipublicæ salutarem. Nec priùs Romam profectus est, quàm Mugellanum territorium non minus amœnum quàm mferax perlustrasset, à quo magnos reditus & oblectationes non vulgares Medicei proceres cum literatis viris capere sæpè sucuerant: cùm præter fruges fructúsque Prætoria marmorea maculis variis nitentia voluptati essent: Itavt Carolus diceret Euerartum , qui ea impendio molitus esset, sibi videri alterum Annibalem Alpium effractorem, & earum spoliis splendidum: quanquam

columnæ candido marmore Lunensî scalptæ porticum deambulatoriam sustinerent. quod sua ætate repertum Plinius ait, ac Pario lapidi confert. Est autem Luna, primum Hetruriæ opidum in tractum Alpinum, portu nobile (vulgò Sarrazana nominatur) palmam vini Hetrusci eodem autore ferens, vuarum suavitate & diurnitate nulli secundû: quales inter dapum fercula tunc Regi oblatae sunt, flavæ ac synceræ, rigente hyeme autumnî diuitias sibi vendicante. Deprehensum tamen est vuas incolumes, abiecta scobe obrutas, intra dolium nulli auræ peruium mansisse. Paucas attigit Carolus, aliàs pomeridiano otio poma esse solitus, per ætatem semel duntaxat bibens, frugalitate salubri, & Regibus inuitata: quam si Alexander Magnus seruasset, vel Clytus nõ plus Alexandro sobrius, neuter ab altero offensus fuisset: neuter mero immodicè incaluisset: neuter vel seniorum vel iuuenum militum gloriam obterere vel efferre supra modum tentasset: Vterque paruisset his, qui iniectis manibus iurgantes à conuiuio & rixa abducere conabantur: nec Clytus hasta traiectus Regem antea amicissimum, & sororis Hellanices alumnu, sanguine aspersisset, qui ebrietas discussa magnitudinem sceleris fera æstimatione perpendens, quia virum bello eximiû propter verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, cæcidisset, hastam ex corpore iacentis reuulsam in semet lugens retorsissent, nisi commoriturum satellites armigeri, corporisque custodes, ægrè à sententia ab-

lib. 36.
cap. 5.

lib. 14.
cap. 6.

Iunius
lumella
lib. de re
rustica 12.
cap. 43.

Eginar-
thos in vi-
ta eius.

Q. Cur-
tius, lib. 8.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 224
duxissent, & tridui inedia maceratum ad exercitus curam reuocassent.

PLANE Mugellanum agrum sunt qui putent à Mugello insignis immanitatis latrone appellatum, quem populabundum & mortalibus infestissimum Euerartus medices pugna singulari occiderit. Ego nõ ferinum hominem, sed feram inhumanâ fuisse Mugellum comperi: nempè Taurum efferatum, à mugitu animantia terrentem, dente ac cornu dilaniantem tum bruta, tum auidius homines. qualis fuit is, quem in Marathone Theseus mactauit, postquam ostentandi roboris gratia per urbem viuum traduxisset, ac demum Delphico Apollini immolauit. Cõperi præterea Mugellum vi magica ab inferis excitatum, vt Florentinos infestaret. quod vix crederem, nisi vetus fama fateretur, in eadem Hetruria carmine secreto fulmen cœlo euocatum, agris depopulatis, subeunte monstro, quod Voltam vulgus appellauit, iuxta Volsinios opidum opibus quondam florens. Itaque Mugellana vallis Mugelli fato, nunc suo, & fertilitate nobilis, ira numinis, eo portento horrida, Euerarti virtute repurgata est: postquam sacerdos ætate & censura grauis Florentinos admonuisset non posse eam pestem abigi, nisi à iuvene pomis dimicante. Semper autem Hetrusci scientissimè de cœlo tacta interpretati sunt, & quid quibusque ostendatur monstris atque portentis, vt scribit Cicero. Propterea Senatam Rom. tunc cum florebat Respubl. decreuisset, vt de Principum filiis sex singu-

Plutarch.
in Theseo.

Plinius
lib. 2. cap.

lib. 1. de
diuinar.

lis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars tāta defuetudine intercideret. Verūm quōd responsum esset pomis cum fera crudeli certandum, vulgò ridiculum & anceps visum est, mox serium: quibusdam Pomum, vt Latine solet, interpretantibus pro quouis arborum fructu, proinde pro nucibus pincis, quas poma Cybeles Martialis vocauit: præsertim quoniam aduersus tam dirum & damnosum Taurum extendenda foret nominis significatio: quemadmodum obtinuit olim, cum Vatinius cuius nequam munus gladiatorium ederet, impetrassetq; à populo & ædilibus, ne quis nisi pomum in arenam misisse vellet. Tunc Casellius Iuriconsultus rogatus an nux pinea pomum esset, respondit esse, si quidem in Vatinium mitteretur. Cunctantibus in Pomi explicatione Florētinis, nec vaticinium exactè perpendētibus, profluit Euerartus Medices salutis publicæ & laudis priuatæ audissimus, & pro concione dixit se vnum paratum ducente Deo Taurum perimere vel arcu, vel cominus venabulo, si modò operam periclitantis ciues boni consulerent. Quid multa? Duello dies legitur: lorica, casside & telis armatus, & insuper sagulo coccineo decorus, in vallem varia arbore opacam, tanquam in theatrum nobilissimo athleta dignum, interritus descendit. Quem simul ac Taurus aspexit rubro serico indutum, colore nimirum domesticis quoque tauris inuiso, furore percitus iaculandi locum citato cursu Euerarto præripuit, & ad vltimum periculum perduxit, cornibus

petens,

petens, & morfu obiectum rodens clypeum, & assidue rubenti sagulo lumina figens, ac toruè coloris insidians, quem tamen Lacones in præliis vsurparunt, ob ipsius grauitatem, tum etiam vt aspersus sanguine, terribilior hostibus appareret: aut, vt putato, vt ipsi vulnerato effusus cruor vix apparens non perinde esset formidini. Cæterum interim Euerartus, cuius mens, ardor, oculi, manus, in statione sua constabant, fortius quàm locutus fuerat feriens, securim inter media ferè cornua abscondit: quæ ex alto vulnere procidens, mugitu & fragore vallem, gaudio autem spectantes impleuit, & sanguine humum, quem mordebat, latè maculauit. Tunc verax exitu mero patuit oraculum fore, prædicens, vt pomis ictus Taurus pestifer periret: quippè cum Euerartus tum in clypeo, tum in securi, poma quinque pro gentilitiis insignibus incisa portaret. Sic Philippus Rex, Alexandri Magni pater, in æde Trophonij in Bœotia responso monitus, vt sibi à curru caueret, tandem Pausaniæ gladio, in cuius eburno capulo currus sculptus erat, interiit, ac frustra alios currus anxie vitauit, Certè à victoria protinus Florentini Euerartum Christo pæana canentem in templum duxere ouantium more: non aliter atque Meleagro plausere Calydonij Apro interfecto, quem Diana propter aras suas neglectas miserat impietatis vltorem:

- Quanto maiores herbida tauros.

Non habet Epirus, sed habent Sicula arua minores.

L I

Lib. 13. Epi-
gram.
l. qui fun-
dum. de
verb. si-
gnif. ff.

Macrob.
lib. 2. Sa-
turn. c. 6.

l. In furti.
s. vlt. ff.
de furtis.

Alian.
lib. 6. va-
ria hist.
cap. 6.

Ælian. li.
var. histo-
ria 3. cap.
45.
Cic. lib. de
Fato.

Ouid lib.
8. Meta-
morph.

lib. 1. de bello Gothor. Procopius testatur ad sua vsque tempora eius Apri dentes prægrandes lunari specie mansisse Beneuenti, eò à Diomede allatos.

Anno salutis 1096. P O S T Euerartium præclari huius depugnatoris filium, Medicæ gentis fama diu occultata mansit, non gestorum, sed scriptorum penuria: & nobis non expedit ea promere, quæ certò scimus egregiè patrata ab eorundem posteris haudquaquam dissimilibus, quia obscuris testimoniis fulciuntur. Cæterùm Anemundum Medicem non reticebo sine scelerè, virum memoria sempiterna dignissimum, Godofredi Bullionij Lotaringiæ Ducis in expeditione Hierosolymitana comitem laudabilem & charum. Vbi enim patefactum est Godofredum Eustathij Bononiæ Belgicæ Comitit filium (cuius ex domo tandem accidit scæminam nasci, quæ Mediceo Heroi connubio, prospero Europæ, iungeretur, & filiam rursus pareret Galli regis futuram vxorem, mox matrem) delectum habere, ac vndique literis, prece, exemplo, ab vtraque Gallia accire principes Marte, & mente præstantes, nomen tam pulchræ militiæ Itali vtrò dedere, verè pietatis & laudis etiam amore accensu: præfertim Lucani, Apuli, Siculi, Bohemundum Roberti Nortmani filium, & Tancredum eiusdem ex sorore nepotem sequentes: quorum in Apulo & Siculo littore mirè creuerat imperium, Gallicis primùm armis inchoatum. Insubres & Tusci veternum pariter discutientes, & iam longè pacis nonnulla detrimenta experti domesticis dissentionibus,

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 226
proni in numeros se referri præoptarunt, auspice Anemundo Mediceo, penes quem summa rei Florentinæ erat, & qui maiorum suorum imaginibus ad res bene gerendas extimulabatur: & qui denique animi virium & stipendij præsidio fretus, in Macedoniam, mox in Thraciam, Bohemundi vestigiis hærens penetrauit: Inde in Chalcedonem, vt se Godofredi copiis coniungeret. Et coniunxit opportunè vtique illis, sed nõ ita fortunè. Nam auctis exercitiibus spes quoque victoriæ incrementum cepit, adeò vt quicquid morè intercederet à præliis, reditum in patriam retardare videretur: tamen si Amenundus properandum, sed cautè, diceret. Milites contra duces delectari imperio clamabant, & vnus horè negotium protelare. Quæ res coëgit, vt Godofredus & Anemundus, qui nihil peius quàm timidi notam timebant, impetu bellico hostes adorirentur, & quærendi hostes quàm occidendi laborè grauiorem putarent: tantisperdum ventum est ad Nicæam Bithyniæ urbem, vt oppugnationi se accingerent. Sed interim dum præfectus Fabrum Insuber genere machinas aptat, opidani ex improviso erupere ea porta, quæ Septentrionem aspicit, sagittis veneno imbutis Italicam pubem, foedaque grandine Bohemundi exercitum offendentes. Auxilio protinus venit Anemundus, & magna Turcarum cæde fecit, vt se intra præsidia reciperent. Sed dum postremus agmè suorum ageret lætus, hostes, qui in fuga spem salutis antè collocarant, illum satis magno interuallo à

Resarium Ludouici xi. in Philippo 1. et P. xmi. liu.

suis distantem circumuenere: qui presentissimo a-
 nimo pugnans, & in orbem sæpè gladium agens, fi-
 nem occidendi simul ac viuendi fecit, aduersis vul-
 neribus mortiferè faucius, & scuto crebris telis in
 tantum traiecto, vt syluam enatam ibi diceret: ac
 propè ab eodem exequatam vim Scæuæ centurionis,
 in cuius scuto ciuili pugna ad Cæsarem relato fora-
 mina C C X X X. inuenta sunt, ex quo millibus du-
 centis æris, & Primipili honore donari meruit. Ane-
 mundus igitur fati sui conscius, in castra reuersus, ac
 lecto compositus, modicè questus est se tanquam a-
 uem implumem præmaturè auferri, priusquàm li-
 cuisset Christi hilarem hominum vitam morte acerb-
 a comparantis sepulchrum de Barbarorum pote-
 state eripere, aut certè aspicere. Confestim vehemē-
 tius suspirauit ablata per medicum pixide alabastrina,
 nempe Damasci vr̄bis in caua Syria clarissimæ, a-
 gri bonitate, & conualle, quæ regia dicitur, admirā-
 dæ, uuis, ficu, citro, & reliquis pomiferis arboribus,
 ac olea valde feracis: & insuper lapide Alabastrite
 vnguentis adseruandis expetito passim albicæte. Sed
 & arce editissima fertur excellere, quam vir Floren-
 tinus quondam impensa & arte incomparabili ex-
 trucendam curauit, Damasco vr̄be à Sultano dona-
 tus, cui aduersus venenum haustum dolo pocillato-
 ris efficacis antidotum præbuerat, improbus quidem,
 & illaudatus. Quanto melior illo fuit Hippocrates
 Cous, qui nullis epistolis, nullo pretio, ab Artaxerxe
 Persarum Rege ægro allici potuit, vt vaderet medi-

Cæsar lib.
3. de bello
ciuili.

strabo li.
16.
plin. lib.
36. cap. 8.

Munster
rus lib. 4.
Cosmogr.
in Dama-
sko.

Hippocr.
in Episto-
lis.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III 227
 catum, quia hostis Græcorum esset. Præterea Dama-
 scenus ager nobilitatus mansit Paulo Apostolo cœ-
 litus euocato, & luce inopia stupefacto, ac iusso à *Act. 9.*
 persequendis Christianis desistere, & Deum profite-
 ri, cuius sapientiæ resistere, antiquatè Hebræorum
 disciplinæ addictus, & Cilicum philosophiæ, propter
 Tarsum patriam suam Cydno flumine diuisam, in
 qua scholas Philosophicas Strabo excelluisse scrip-
 sit, supra Athenas & Alexandriam. Eam debellauit
 Tancredus Apulus eodemmet die, quo Anemundus
 propter vulnus acerbum suauem animam egit: cura
 liberorum suorum prius mandata Bondelmonti e-
 quiti Florentino, ad bellum bono, ad pacis munia
 pessimo. Is seu veris, seu pro tempore ementitis
 lachrymis, Principem suum plorauit, pudore sal-
 tem, quod ab omnibus cuiusque nationis tribunis
 & ducibus promiscuè lugeretur, tanquam alter Pro-
 tefilaus Iphicli filius, qui primus Principum Græco-
 rum è classe profiliens, illicò ab Hectore est interfe-
 ctus. Verùm Bondelmontes Florentiam reuersus,
 præfatus sceminis lugere honestum, viris meminisse,
 qui citiùs lachrymas, tardiùs mœrorem depo-
 nunt, pro concione dixit Anemundo solemniter
 parentandum, & gratias agendas immortales, quia
 moriens patriam dulcissimam liberam esse iussisset,
 malè pridem à Carolo Magno Mediceæ familie de-
 ditam, priusquàm Occidentis Imperium ipse nanci-
 sceretur. Gratulandum itaque patriæ manumissè: & à
 duobus Anemundi filiis, licet nondum puberibus,

diligenter cauendum, ne regnandi dulcedine, Reipublicæ amaritiam seruitutis denuò inducerent: ac decernendum, ne imposterum moneta publica solummodò nota Medicea signaretur. Hæc vbi veterator callidus deblaterasset, studiis variis scindi vulgus incoepit. Cui quamuis liqueret quanta moderatione Anemundus præfuisset Reipublicæ, tamen de Julio & Iuliano liberis eiusdem malè ominabatur, patre sponte, dum moritur, ipsis Principatum auellente, vt ex falso nuntio Bondelmontis putabatur. Qua persuasione, & suavi libertatis nomine irretiti plerique, abigendos Mediceos iuuenes vociferabatur, & exonerandam metu ciuitatem. Quibus Bondelmontes perfricta fronte, Rectè, inquit, provideatis Reipub. Meministis, opinor, Tarquinio Superbo cum sobole Roma exacto, Brutum censuisse Tarquinium etiam Collatinum, qui causam eiiciendi præbuerat & operam, abire oportere, vt regium nomen stirpitus euelleretur, ne quæ fibræ superessent. Assentiebatur sollicita suspicione plebs, in deteriorem partem plerunque flexibilis, nisi Cæcilius Strozzius & Io. Vbertus intercessissent, viri patritij, meritis & ætate graues, qui latentem in Bondelmontis pectore vulpem detegentes, nefarium esse ostendunt, infontes patris optimi filios, forma & indole honesta præditos, ex vana popularium coniectura, non regno tantum hæreditario, sed etiam fortunis & vrbe spoliari. Magnum pondus horum sententiæ adiecit subita tempestas hora diei tertia oboriens, &

7. Linnii
lib. 2.

cælum abscondens, & crebra tonitrua, Dei prope modum voces ab impio scelere abstinentum præcipientis. Ita factum est, vt duo Medicei Principes summa iurisdictione exuti, in amplissimo saltem patrimonio viuerent, vitamque posteris suis quasi per manus traderent, quoad denuò regium decus, quo nunc splendent, recuperarent: contra verò Bondelmontis domus euerteretur, per occasionem Guelfæ ac Gibellinæ factionis: & extorti olim per fallaciam Principatus pœnas demum lueret, fatereturque nihil libero homine dignius aut commodius, quam Regi & legi parere. Constat verò Bondelmontem equitem inter huiusmodi turbas, dum gentis suæ nouissimus, familiæ Vbertinæ inuisus, desultoria instantia plebeiam sponsam admisisset, mox repudiasset, medio ponte Florentiæ trucidatum. Quinetiam ipsa Florentia, velut nauis excussa solito magistro, defecta clauo, ciuésque turbulenti, in mille dissensionum procellas, in cæcos æmulorum scopulos inciderunt: & vix ipsi naufragi enauissent, nisi Medicei generis è littore prospicientis implorassent auxilium: maximè cum aduersus Lucam Hetruscam, opibus ac munimentis sultam ciuitatem, belligerarent, non iam de gloria, sed de capite certantes: & contra Pisanos, qui Lucam repetitum venerant aliquot post annis, atque auro emptam ferro tueri constituerant. Vtroque bello Iacobi & Ioannis Mediceorum virtus enituit: ita vt nihil illis regium deesse præter regnum vulgò diceretur, siue animi ma-

Volaterr.
lib. Geogr.
in rebus
Florent. cir.
ca annum
1260.

Anno scilicet
1330

magnitudinem, siue æquanimitatem, & absque corruptela largitionem, considerare libuisset. Sed præ ceteris Florentiam armata manu lacescentes Mediolanenses repulere Syluester & alter Ioannes Mediceus, & suo pectore tergum ingratorum ciuium fractis rebus misericordia magis quàm vindicta dignorum fortiter texerunt. Necnon Euerartus Biccus, Mediceæ domus non vltimum decus, vir placatus & clemens in vrbanò otio, in negotio gnauus & seuerus, propterea populo charissimus, vsque ad suspicionem affectati Principatus perperam insimulatus à proceribus: vt Aristides Athenis pernitiùm iustus aliquando habitus præter militarem scientiam: (esse enim quàm videri bonus malebat:) nec aliud ob facinus decennij relegatione, quam Ostracismum vocabant, multatus. quæ quidem pœna non improbitatis fuit castigatio, sed diminutio quædam & moderatio potentie grauioris, vt Plutarchus refert: vel, vt magis puto, lenimentum quoddam inuidiæ, in optimos quosque viros & conspicuos grassantis. Citius enim arcus cœlestis variis coloribus ornatus sine nube apparebit, quàm multiplex virtus sine inuidia: quæ nonnunquam suffocat, nonnunquam vegetat, nutrit ac fouet, industriorum hominum opera insignia: vt Io. Medices præfectus iuri iustitiæque Florentinæ, ac Vexillifer * plausibilis declarauit, minus id obiens pridem institutum Florentiæ, cum primum Rodolphus Imperator eam pretio accepto liberam prorsus fecit, dissimulante Honorio IIII. Pontifice,

*In vita
Aristidis.*

* *Vulgò,
Gonsal-
mer.*

Pontifice, qui alioquin venalem libertatem fastidiebat, licet vtilem Italiæ. Vexilliferi verò functionem plurimum honestauit Ioannes vir sagax & animosus: qui quæ præcipuè indicasse videtur non posse Mediceos priuatos diu viuere, non magis propter Euerartum patrem clarus, quàm propter Cosmum filiũ, re & cognomento Magnum: ex quo tantum contraxit inuidiæ, quantum non nisi exilio expiare potuit. Dies illi dicta instigatione Regnautij Albizij, qui fortunam & gloriam Cosmi ægris admodum oculis aspiciebat, & sibi deperire arbitrabatur, si quid illi emolumentum atque gloriæ accederet. Caput præcipuum accusationis fuit, quòd nimium popularis esset, & quòd vulgi studia profusa liberalitate captaret: ideoque aspirare ad imminuendam Reipubl. libertatem. Propterea coactis ducentis iudicibus, qui non tam de causa cognoscerent, quàm accusarent, exulare iussus est: gaudens vtique quòd & mortem euasisset, & post aquæ & ignis interdictionem duo elementa sibi illibata superessent, igneum animi sui vigorem assidue comitantia. Nec enim sic miserè, concidit, vt Cicero similiter exul, Clodio Tribuno accusante, quòd diceretur inaudita causa Lentulum & Cethegum coniurationis Catilinariæ cõscios supplicio affecisse. Ita pro seruata Reipubl. reus, neque meditans in aduersis rebus innocentiam tutissimum esse præsidium, Dyrrachij in Illyria degens vehementer angebatur, amissæ patriæ & penatium desiderio perditus: & Philosophiæ consolatricis im-

*Platinarum
Honorio
III. 1287
& Egna.
tius lib. 3.
principio
Rom.*

mor, mergi se reflantis fortunę fluctibus apertissime
 fatebatur, & epistolis pusillam mentem declarabat,
 præsertim ad vxorem ac liberos missis, mœrore se
 confici, lachrymis debilitari, eisdemque scripta de-
 lere, nimis remissè testatur. Contrà verò Cosmus
 minimè effœminatus reputabat, opes, honores, li-
 beros, clientelas, ex incerto & fragili fortis dubię fi-
 lo pendere, & nihil illorum pleno iure donari, sed
 commodato duntaxat concedi, & scenam huma-
 nam alienis instrumentis adornari, quę celeriter à
 vero domino repossuntur. Nec omittebat naturę
 lege inuiolabili licere exulibus, quocunque irent,
 virtutes suas secum ferre. Insuper, quia non nihil so-
 latij ex aliena calamitate elicitur; recordabatur M.
 Furium Camillum & M. Seruilium de Republ. Ro-
 ma. benemeritos vim populi incitati sensisse, & dā-
 natos comitiis centuriatis profugisse: mox placato
 populo in pristinas dignitates restitutos, atque cum
 quadam accessione glorię honestatos: quemadmo-
 dum accidisse Cosmo subiiciemus, qui penè Florē-
 tinam Rempublicam secum asportasse credebatur,
 tantum abest vt ea careret, sicuti Venerum primores
 ingenuè testatum reliquere. Apud eos enim Cos-
 mus interdum diuerterat, vbique charus & iucun-
 dissimus hospes, propter temporis incommoda me-
 moriam suam propagans, & animum suum reficiēs
 legendis libris & literis excolendis, quarum antea
 rudis fuerat. An non itidem Brutus in eo libro,
 quem de virtute composuit, ait se vidisse Marcellū

*M. Cicero
 in orat.
 pro domo
 sua.*

*Refert
 hunc senē
 ca in lib.
 de conso-
 lat. ad Al-
 bina, c. 9.*

Mitylenis exulantem, & quantum hominum con-
 ditio pateretur, beatè viuentem, neque vnquam bo-
 narum artium cupidiorē, quàm illo tempore? Ad-
 iicit Brutus videri se magis in exilium ire, qui sine il-
 lo rediret Romam, quàm illum relinquere. Quam-
 uis autem Cosmus repente nihil magnum in secre-
 toribus disciplinis docere se potuerit, didicit tamē
 artem longè pulcherrimam in posterum amandi vi-
 ros doctos, & vndiquaque euocandi: vt Argyropy-
 lum Byzantium, & eiusdem notę quamplurimos,
 qui ipsius laudem magnis præconiis extulerunt, &
 eò perduxerunt ciues Florentinos, satis iam reditum
 Cosmi efflagitantes, vt hostili animo in hostes
 eius essent, prouocante eorum pietatem Pallante
 Strozio, vt publicis precibus Cosmus, postquam
 iam abundè didicisset quamlibet regionem probo
 viro patriam censerī, in urbem reduceretur, agno-
 scens ad immortalitatem nominis plus afferre desi-
 derari à suis ciuibus, quàm omninò nunquam esse
 violatum. Ei etenim reduci populus mirificè applau-
 dit, patrię parentem vocauit, inimicos eiusdem & ca-
 lumnix concinnatores talione multauit, ita vt ex-
 torrem à patria tantum fieri inter beneficia pone-
 rent. Nihil magis tamen ipse factus est elatior, sed
 quotquot homines potuit, obsequiis demeruit: qui-
 nimò & Diuos in ære suo habuit, templis luculentè
 ædificatis, atque adeò splendidè, vt cœlitum nemo
 cœli desiderio teneretur, cum illic coleretur magni-
 ficè. Nec sequebatur Magos Persarum, quibus au-

toribus Xerxes templa Græciæ inflammavit, quia includi Deos parietibus nefas putarent, quibus omnia essent libera & patentia, & quibus mundus totus domus esset. Nam Deus omnium rerum copia largiter affluens, nullius rei egens, frugum tamen & fructuum primitiis ab homine datis delectatur, easque expetit. Vnde verò immensæ suppetere facultates, quas molitio sacrarum priuarumque ædium ingēs requirit, mirabantur omnes. Nonnulli referebant ad victoriam apud Anglarem opidum contra Philip-pum Ducem Mediolanensem parvam non sine manubiis. Alij veriores, ad Baldesarem Cossam Neapolitanum: qui vbi Bononiæ plurimam iuris scientiæ nauasset operam, Romam cum fiducia & spe Pōtificatus adipiscendi adiuit, nec frustra. Nam Ioannes XXII. designatus, & paulò post de gradu tanti honoris deiectus, Constantiensis cōsiliij decreto, cui Sigismundus Cæsar subscripsit, sublecto Martino quinto, procurante Cosmo obtinuit, vt reconciliaretur potiori. Sed tædio præsentis fortunæ, ac superioris memoria, moriturus amplissimas opes Cosmo de se benemerito nominatim reliquit Cossæ, quibus non vt hæres, sed vt dispensator, ille vsus est. Proinde moriens in omnium ciuium pectore sepultus videbatur, obuersante iugiter clarissimi viri recordatione & desiderio, qui paucis ante mortem diebus coram amicis questus est ob Petri filij miseram valetudinem: valde enim is è pedibus laborabat: ideoque pater dicebat inclinari rem Mediceam in colū-

*Platinam
vitaloan-
nis &
Martini,
& palme-
rius in
Chronico
1415.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 231
nam nutantem, & basi debilitatam: proinde sibi indolendum vehementiùs, qui Reipublice magis alioquin quàm patrimonio suo successorem quæreret. Cæterum Petrus nihil malum existimans, quod turpe etiam non esset, spem patris longè superavit, æquavit votum, & in Republica principatum summa cum auctoritate continuavit: & quæcunque asperè Stoici de tolerandis egritudinibus loquuntur, reipsa constantissimè præstitit: Heracleoti Dionysio dissimilis, qui propter oculorum dolorem molliter ab opinione seuera desciuit. At Petrus iam viuentē patre nonnullum virtutis suæ specimen dederat, legationem obiens ad Fr. Sfortiam Ducem Mediolanensem, nouam dignitatem & illustrem ipsi gratulaturus, vnà cum Dietisaluo Nerone, Angelo Acciaio-<sup>*Cic. lib. 5.
de finib.
bonor.*</sup>lo, & Nerio Gino, viris patritiis, qui postea magnas in eum insidias extruxerunt. Facile namque in periculum deductus est ab illis, à quibus se decipi nefas esse ducebat: præsertim à Dietisaluo Cosmi patris familiarissimo, & multis nominibus ac beneficiis obstricto, & à Nicolao Soderino, qui summa simulatione amoris diuturnum odium in Mediceos celauerat. Hi omnes coniurati plebem aduersus Petrum inflammabant, & clientes ab obsequiis subducebāt, sociosque ac amicos dirimebant, & nullibi non iniquis rumoribus aspergebant, nec pedibus nec animo ipsum satis consistere dicentes. Folles accensæ inuidiæ adhibuit Laurentius arduus Petri filius, publicis hastilibusque ludis victor. Tum Sfortiæ Ducis

mors peropportuna visa est flagitiosis emuloribus: quia is dum viueret, Petro studebat. Inflabat Soderinum summi magistratus honor, & Nicolai cuiusdam Pycti doli participis impotentia: cui tantisper cedere Petrus constituit. Itaque in villam lætissimam fecit, tristitiam propriam & alienas infidias leniturus. Deferuit interim ira popularium, & fraus inimicorum paulatim detecta est, & pro summa tempestate ciuili odij falsis rationibus excitati dies ferens illuxit. Petrus igitur reuocatus est publicis literis & obsecrationibus in urbem tumultu & pudore plenam, quod bono viro per nequitiam fecisset negotium. Reduci omnis ordinis homines arrifere, tam proceres quam plebeij, lepida vicissitudine execrationibus prosequentes Dietisaluium, Acciaiolum, Soderinum, & quoslibet conscios calumniæ & perduellium numero habentes. (sed exilio voluntario illi omnes vitam redimere.) Nec quidem Ioã. Neroni parcitum est, licet Florentiæ Archiepiscopo Max. tanto grauius plectendo, quanto versutiùs religionis prætextu improbitatem occuluerat. Itaque Romam profugit, communem patriam mortalium, postquam sua non licebat frui. Eodem Dietisaluius viatico triginta millium aureorum grauis tandem se recepit, non rediturus. Quidam ex alijs vti impune Florentiam redirent, clementia Petri exorati factum extitit: qui profecto obtrectatoribus ostendit arduis in rebus caput imperare, non pedes: quemadmodum dixisse fertur Seuerus Imperator atrociorē conspi-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 232
ratione petitus, æquè podager, à Philosophicis præceptis non alienus, cum pro tribunali sederet, cognoscens de Bassiano Caracallo filio, qui se ægrota-
te Augustum à militibus saluari tulerat. Quare Seuerus in omnes sceleris autores animaduertit, excep-
pto filio, per Getæ fratris parricidium & sanguinem ^{Al. spartianus in}
mox ad Imperium euecto, & ducta post patris mortem nouerca Iulia Getæ parente: ac Papiniano Iuris ^{Seuero.}
asylo (sic namque Spartianus vocat) & præfecto prætorio occidi iussu, quia nefarium crimen excusare renuisset. Atqui Petrus Medices bonos & se patre dignissimos liberos reliquit ex Lucretia Tornabona nobilitatis & castitatis memorabilis fœmina, Laurētium & Iulianum ingenuis disciplinis egregiè institutos, præterea equitandi iaculandi que peritia excellentes. Imprimis verò Petrus Mediceus iurisperitos ac doctos in qualibet disciplina homines summo amore, magnisque honorariis ac beneficiis prosecutus est. Et quamuis literas reconditas magis diligeret quam intelligeret, tamen filio utriusque penitus perspicendas dedit: ad eò vt Raphaël Volaterranus tradat, ad se à Laurentio datas literas planè literatas, humanitatis & officij plenissimas, ita elegantes, vt ab Angelo Politiano scriptas potius putauerit: quoad resciiuit omninò à solo dictatas Laurentio, ingeniorum cenfore & admiratore eximio: quique Pisus studiorum liberalium scholas, Florentiæ etiam Græcæ literaturæ, Demetrio professore accersito, instituerit, Musicæ voluptati animo curis obru-

to leuando ac remittendo accommodatæ valde incubuerit, admonitus cœlestis illius concentus & soni dulcissimi, qui motu & impulsu orbium impariū elicitur, acuta cum grauibus temperans. Nec enim cum silentio cœli stelliferi cursus, vel reliquorum globorum distincta interuallis conuersio fieri potest: quam docti homines neruis imitati septem, ac cantibus suauitate plenis, ad cœlum sibi reditum aperuere. Proinde Musicam, lac animæ, & gratissimum esse solitudinis lenimentum puto: huiusque artis literis coniunctissimæ desiderium Laurentio instillatum à Marfilio Ficino Platonis interprete, quocum libenter de Philosophia sæpeque conferebat, vt satis in operis dedicatione Ficinus innuit: tamen aliis quoque doctrinæ cuiusuis eximie sectatoribus, & Musarum rupes scandentibus, Laurentius manum vltro præbuerit & auxilium. Vir interim aspectu truci, iugi cogitatione, feroci ingenio, naturam sic domuit suam, vt cum hilaribus remissè, cum seueris grauitè, cum vtrisque de seriis & Reipub. bonis ornatè tractaret, & res priuatas publica magnificentia decoraret, & vndiquaque ornatum exciperet nationum exterarum, quò ciues suos amplius condiret, non immemor Tullum Hostilium Romanorum Regem I I I. victis Hetruscis, ab eisdè togam pictam, prætextam, sellam curulem, & lictores magistratibus præcuntes Romam transtulisse. In summam Laurentius quiduis moliebatur domi vulgoque honorificum, vt patet ex illa celeberrima totius

Cic. in sō.
nio sapiō.

Macrob.
lib. I. sa-
turnal.
cap. 6.

tius Europæ Bibliotheca, in qua priscorum ingeniorum monumenta sedulitate & impensa propè infinita incluserat, vt recentioribus ingeniis discendi auidis solatio esset, disquisitis vndiquaque vtriusque linguæ voluminibus, Politiano, Ficino, Landino, Lascari, Pico Principi Mirandulano auidè expetit. Talè medijsfidius vix habuisse dixerim Pergami Alexandriæque Reges, qui quondam magno certamine Bibliothecas instituerunt ad publicam deletionem. Atqui illa licet libris doctissimis intus & extra perpolitus cumulatisimè referta esset, moriens tamen Laurentius præmatura morte factum quæritur, ne illam omninò compleuerit: adeò non poterat literaria suppellectile fatiari: præterquam quòd Architecturæ selectos magistros summoperè fouebat, vel vrba aedificia regio sumptu moliens, vel ruri Prætoria, vt maximè patet ex Ambra Caiana, prædio (vt verbis Politiani vtar) omnifero, quod sibi pro laborum laxamento delegerat: Idque non mihi magis amne propinquo virere & florescere censetur, quàm potissimi poëtæ versiculis.

*Hanc de Pierio contextam flore coronam,
Quam mihi Caianas inter pulcherrima nymphas
Ambra dedit patriæ lectam de gramine ripe:
Ambra mei Laurentis amor, quam corniger Umbro,
Umbro senex genuit domino gratissimus Arno:
Quem super æternum staturæ culmina villa
Erigit, haudquaquam muris cessura Cyclopum,
Maeste opibus, maeste ingenio, mea gloria, Laurens,*

polit. in
lib. 4. E-
pistol. c. 2.
per. Crimi-
tus lib. 15.
cap. 9.

*Gloria Musarum Laurens, montesque propinquos
Persodis, & longo suspensus excipis arcu
Prægelidas ducturus aquas.*

In tantum enim auri impendebat Aquæductui extruendo, extorquendaque, ac quocunque iuberet, itura aqua, vt vulgò Xerxes eruditus appellaretur, & populo gratus atque mirabilis esset: non aliter atque Appius Claudius cognomento Cæcus, qui viam Appiam à portâ Capena vsque ad urbem Capuam muniendam curauit. Collegam habuit C. Fabium; cui ob inquisitas aquæ venas Venocis cognomē datum. Sed is, quia intra annum & sex menses, deceptus à collega, abdicauit se Censura, nomen aquæ ad Appij tantum honorem pertinuit. Concipitur ea aqua in agro Lucullano, viâ Prænestina: deinde in Anienem confluit, vt simul Romanam sitim leuet. Quo beneficio non minus gloriæ consecutus fertur Appius, quàm dum senex & cæcus lectica in Senatum latus, pacem turpissimam cum Pyrrho Rege gratia potentum agitatum magnifica oratione diremit. Quanto igitur præconio nobis extollendus venit Laurentius, qui nō vt Censor ille ærarij publici impendio, sed priuato, aquam commodissimam deduxit? Debuerat profecto aqua huiusmodi inuidiæ flagrantis flammam extinxisse, quæ nescio quo fato nunquam Mediceum decus absumpserunt, sed magis ac magis illuminarunt. Citetur Pactiana factio ac teterrima coniuratio, propriis vitiiis, alienis virtutibus inchoata, autoribus Francisco Pactio & Franc. Sal-

*Iul. Eran-
tinus lib.
1. de aquæ
duct. Rō.*

*Raph. Po-
later. lib.
Geogr. 5.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III 234
uiato Archiepiscopo Pisano, vtroque ex clara familia progenito, nisi scelere nefario tantisper obscurassent, & studio Mediceū vtrumque occidendi, vitam suam ac famam turpiter prodegissent, conscio Hieronymo Riario Sixti IIII. Rom. Pontificis agnato, & Raphaële Riario Præsule, non minus mente quàm colore galeri purpurei sanguinario, & plerisque aliis similiter improbis, quibus vel natura vel egestas quiduis imperauerat. Nec literæ iuris vtriusque Raphaëlem ab immanitate distraxerant: transfuersum enim agebat dominandi libido, & turbulenta in Republica spes verisimilis primarium locum inuadendi, postquam Medicei ac Pactij duo ciuitatis capita contentione mutua colliderentur: maximè quia Sixtum Pontif. Mediceis infestum nouerat, & Neapolitani Regis opem non defuturam presentiebat: Proinde breui futurum, vt Hieronymus Comes rerum potiretur, si festinaretur ad facinus. Ita que clàm cum focis egit, vt in æde, quæ maxima cæremonia Reparata nomine frequentaretur, die quoque sanctissima, nihil tale metuentes heroici fratres, more victimæ ad aram mactarentur. His furis perculsi operantes Deo adoriuntur incautos, & antè à quibusdam ex coniuratis specie officij & humanitatis deceptos: donec Bandinus pectus Iuliani virtute & bonitate refertum ferro in super impleuit, & animam sacris intentam atque in iuuenta indignatam extraxit. Tunc Antonius Volaterranus scriptoris non penitendi frater, & gregales, Laurentiū

*Philipp.
Cuminus
in Iudo-
uico xi.
cap. 122.*

*7. Appi-
lis, 1478.
die Domi-
nico.*

stricto gladio ferire conati, auersum nonnihil vulnusculi inflixere, frustra ictum repetere affectantes: quia ille iam pallio sinistram obuoluens, & ense educto caesim ac punctim propellens, sicarios & sacrilegos deterrebat: præterquam quod surdo conscientiae inquinatae telo abundè cædebantur. Increuit animus Laurentio examinum fratrem aspicienti, & tam pulchrum vnà mori putauit, quàm viuere sine illo durum. Optabat saltem dimidium reliquæ vitæ Iuliano impertiri:

*Virg. lib.
6. Aneid.*

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,

Itaque reditque viam toties.

*Hyginus
infabulis,
cap. 80.*

Obstinatè igitur modò hunc, modò illum sauciabat, atque velut aper indagine inclusus, & in venabula sauiens, terrebat circumiectos, periturus tandem, nisi populus frequens nefasto die præuidens salutem Reipublicæ in superstitis incolumitate Laurentis manere, ac memoria repetens eius industria Sarrazanam opidum nuper Florentinæ dictionis factū, propagatis etiam Æmyliam versus longè finibus, accurisset, & in sacrario æstuantem Laurentiū clausisset, commendatum edituis, ne quid impostherum noxæ acciperet. Iacobo Pactio interim urbem obsequitate, & caput iactante instar fanatici, & libertatè se in dextera surdis ciuibus circumferre vociferante, & suos ad curiam Senatūque simul occupandū cohortante, ne non humana maiestas pariter cum diuina offenderetur: nemine adstipulante exhorruit, & Fauentina porta egressus cum consortibus

aliquot, quos vrbs ingenti fastidio euomuerat, è fuga retractus dignum factis & moribus suis exitum inuenit, & Raphaëlem Riarū Legatum, Pisanūque Antistitem, & si quid Pactiæ Saluiatæque gentis obuiam venit, ad inferos comitatus est: ita vt nec in fontibus parceretur, quin è fenestris, plebe instāte, fracta laqueo gula penderent. Et nomen compluribus doli nesciis astitit pro crimine. Sequitum est præterea in mortuos vncis & funibus in proximum fluētē tractos, vt sic perniciosæ coniurationis saltè maculam eluerēt. Solius Renati Pactij lacerum corpus misericordiam mouit: quia is à tam immani facinore semper abhorruerat, & se in villam proriperat, ne Rempub. & diuinam domum Mediceo sanguine fœdari cerneret: non magis ad Hæctoris quàm ad Achillis necem Troiæ euersionem referēs. Nam hunc inermem Polyxenæ Priami filiæ amore perditum, & idè in templo Apollinis spe coniugij conuersantem, Paris fraudulenter peremerat. Me-

*Distys
Cretensis
lib. 4. de
bell. Tro-
iano.*

*Rosarium
Ludouici
xi. anno
1476.*

*Volaterra
nus tria
vulnera
posuit.*

loco, qui aliàs reis ihuifis & scelestis præberet perfugium atque asyllum. Nec dubitat vel ipsam ætatem immaturam Principis excitaturam luctu & lachrymas. Nam Cuminus scripsit Laurentium, se teste, & paucis, post atrox hoc facinus Florentiam accedente, iuuenta simul & autoritate præualuisse. Quantum autem in rerum benè gerendarum suscepto cursu perrexerit; ex his que paulò superius narraui, constabit, & ex fine benè transactę vitę, quem prodigiis terrificis lugubrem omnibus cœlites declararunt, & præuenerunt.

Ex Ping.
lib. 1.
Georgic.

Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno

Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ.

Accessit ædis Reparatę tactum de cælo fastigium, excusso ingenti marmore quadrato, & luporum crebriores solito vlulatus, cælo mœsto concinentes. Nam etsi Deus hominem futura scrutari vetuerit, non potest tamen, cuius benignitatis est, non præmonstrare signis aliquot mala imminencia, ne quis imparatus deprehendatur, si qua repente diritas ingruerit. Idcirco pleraque huiusmodi alia ostenta Laurentij Medices mortem portenderunt. Si quis verò fuisset sensus Musis, proculdubio lachrymis amnem toto Helicone maiorem fecissent: eò magis, quòd scientię amore incensus præmaturè rapiebatur, & morte sicca procul à castris inglorium decedere mirum in modum angebatur: idque anno ætatis suę XLV. quo non modò non senex, sed si desiderium publicum spectares, admodum adole-

Poliz. lib.
4. epistol.
cap. 2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. IIII. 236
scens dici potuerat, vt P. Crinitus significauit in Ne-
nia ad Picum Mirandulanum? lib. 1. Cap.
minum.

Heu noster. Medices Italia decus,

O Pice, interit: vob misero mihi,

Lugete. Aonidum, qui colitis sacra,

Et qui pro veteri fide

Virtutis pretium ritè repascimus.

Hic solus patriam consilio graui

Vndantem variis fluctibus extulit.

& mox:

Dissecta horrisono marmora fulmine

Templorum, & nimium dira tonitrua,

Non frustra exitium terrificis minis

Portendunt patriis Deis.

Plerique veterum existimarunt, non minus Hetruscis quàm Atheniensibus Ignotum Deum perplacuisse in mysteriis: fortè quia nefas putarent; vt & Hebręi, verum Dei nomen prodere. Nam Misis & Esais & alij Hetrusci Pontifices tradidere à Nympha bouem protinus interemptum, cui in aurem nomē Dei prædicarat, si quid fidei Placido tribuimus. Ac-
cepi ego Reparatę ædem quondam eodem in loco lib. The-
baid 4. in
Statum. habuisse delubrum vani numinis, inciso in marmore titulo, *MAGNÆ DEÆ NORT.* idque deprehensum, quando primum veritatis Christianę & tēpli sanctiss. fundamenta iacerentur in Hetruria. Eò respicit Iuuenalis, de Sciano loquens, ætate Tiberij s. 10. Cæsaris, nimie autoritatis viro, quanta ipsi ad inuidiam & ad necem suffecit: & profectò suffecisset ad

potiundum imperio prorfus,

- si Nortia Tusco fanisset.

- si oppressa foret secura senectus

Principis, inquit ille.

PLANĒ actū penitus videbatur de bonis discipli-
nis & de Reipublice securitate, Laurentio in cœlum
repetito, nisi tres eiusdem liberi fati sequitiam per-
mulsisent, sese ad parentis moderationem & con-
stantiam accommodantes. Quorum maximus natu
Petrus Medices vixdum primum & vigesimum in-
gressus annum, iam munus publicis obeundis planē
sufficiebat. Alter duodeuiginti Ioannes, * purpura
Pontificia (quæ nunquam antea id ætatis cuiquam
obtulerat) ornatus, ludente adhuc in aliis adolescē-
tia, feriis adhibitus negotiis, supra ætatem lōgē pru-
dentiam exeruit, & gloriam, Innocentio VIII. Pon-
tifici Romano perquam gratus, & morum facilitate
non minus quam affinitate deuinctus: utpotē cum
Magdalena Medicea Laurentij illius Magni filia Frā-
cisco Gibo Liguri Pontificis filio nupsisset. Tertius
Iulianus indole & spe egregiam de se expectationē
in pueritia excitarat, Petro fratri per omnia obse-
quens: quia & naturę & patris morientis impulsu,
columen domus eum fore præsumpserat: nouerāt-
que Philosophicis præceptionibus apprime excul-
tum, quibus ferocitatem ingenitam mitigaret, quam
nonnulli vocabant sæuitiam: eò quòd diceretur oc-
cidisse, & in puteum præcipitasse P. Leonem medi-
cum, doctum magis quam fortunatum, qui curan-
dum

* Hic tā-
dem Pon-
tifer
Max. Rō.
xco. x. fuit

dum Laurentiū cum fiducia susceperat, & mentitus
illicò Deo expēsū ferebat, quòd secus accidisset: a-
deò Petrus patris morte cōsternatus est crudeli cha-
ritate, nec dissimilis Alexandro Magno, qui Hephē-
stione amico febre in Media absumpto medicum in
cruce egit, mœnium pinnas ex vrbibus deturba-
uit, & Muscis imperauit silentium, ac detonsis iu-
mentis indixit luctum. Austrigildis verò Guntranni
Francorum Tetrarchę coniunx, lue infestata, ac mo-
ribunda, maritum iureiurando adegit, vt duos me-
dicos, quia fatum exorare nequuerant, morti addi-
ceret: cui execrandæ voluntati legibus improbatæ
Rex paruit, Manes vxoris innoxio sanguine placat-
urus, pessimo exemplo. Ad eò vt putem falsò medi-
ci paterni exitium Petro obiectum: quippè cum Leo
medicus sponte semet ipse seuiente vi morbi in pu-
teum ex phrenesi coniecerit: vt & multi in infami
illa peste, quę Atticam depopulata est. Nam tunc, vt
scribit libro v r. Lucretius, multi

In fluuios partim gelidos ardentia morbo

Membra dabant. -

Multi præcipientes lymphis putealibus, altè

Inciderunt. -

Planē ne quis me pro Petro deprecari blandiri que
suspicaretur, Politianum legat, qui inter prodigia, quę
Laurentij Medicei fato concurrerunt, scripsit excel-
lentissimum quendam medicum, quando ipsum ars
& præscita fecellerant, puteo se demersisse, & quo-
dammodò Principi Mediceo, artis suæ vocabulo, &

omine, exitium præsenfisse, ac contribuiffè. Sed Leo fortè deceptus difciplinæ fuæ præceptionibus, veritatem in puteum profundum indagatum iuit, vbi eam abftrufam cenfuit Democritus ille, qui feipfum voluntaria cecitate multauit. Ceterùm Petro autor fuit Politianus præceptor, vt æquo animo patris factum perferret, & vacantem locum cum acceffione non minima expleret, trium liberorum fuperftitum fortuna: exemplo agricolæ contortam vel euulfam turbine arborem colligentis, & fuccrefcentem foventis fobolèm, quoad adolefcet lætiùs: Iniquam effe mortaliū naturam, cui nihil magis placeat, quàm quod amiffum eft, & relicta contemnat, defiderio amifforum: Diutiffimè vixiffe Laurentium, qui vel per prolem fui imitatricem, vel per clariffima facinora, æternitatem quandam nactus fit. Non grauatè præceptorī morem geffit, ac fe collegit Petrus, mœrorem paulatim minuens domesticum, vt Reipubl. commoditati paratiùs obfecundaret, cui præfectus fuerat populi confenfu, & Ioãnis fratris fuma autoritate & vigilantia. Hunc enim Innocentius Pontifex Hetrurię Legatum defignarat ex Cardinali. Quapropter non fuit quifquam ciuium, qui Petro nõ affurgeret, licet is paulò videretur in amores & mediocres voluptates propenfior, ita vt etatis magis quàm dignitatis fuæ rationem habere crederetur. Non ideo tamen proceribus inuifus, qui propter fingulares ingenij ac fortunę eius dotes leuia quẽdam in eo tolerabant: perinde ac Athenienfes

Alcibiadis ludicro condonarunt, è cuius finu dum de re admodum feria frequenti Senatu fententiam diceret, Cothurnix euolauit: tum illi curfum auem ^{Plutarch. in politi- cis.} per curiam aucupati Alcibiadi reddidere. Lacones forfitan præ feueritate vtrumque occidiffent. Sed accidit Petro, vt ex deliciis in otium prolaberetur, increpante fratre inclyto Antiftite, ac demonftrante, munus publicum, fi malè geratur, magnum effe onus: fi verò benè, magnum ornamentum. Nefcio tamen quo fato Petro mens fua dictabat fore, vt ex Reipubl. adminiftratione magnum aliquod incommodum caperet, ac veluti nauī auro prænimio onerata, ita infigni & ampla functione impeditus fubmergeretur. quod mox quidem patefactum eft, vbi Carolus VI I. Rex Francorum exercitum in Italiam traduxit, debellaturus Alphonfum Neapolitanum Principem: qui tãtę expeditionis fama territus, Ferrando filio fceptrum anceps & periculofum cedens, in Siciliam profugit, ibique communem omnis triftitię terminum, mortem & tumultum accepit. In ea tempeffate nemo fuit Italorum Principum, qui non aduentanti Carolo obfequium, fidem, & operam vltro vel fumatè offerret. Omnes certatim Tranfalpini populi opperiebantur Carolum, & comteatu, muneribus, hospitalitate oblata blandiebantur: præfertim Ludouicus Sfortia Mediolani Dux, quo inftigante Rex in Neapolim in dies fiebat violentior. Et res publica Florentina nullum genus officij erga Regem prætermiffit, vt ipfo pacato vteretur: vtpotè

cui persuasum penè fuerat Alphòsum Aragoniám-
que gentem ab Hetruscis clam milite, stipendio,
consilio iuuari. Et vt hunc rumorem aliquo prætex-
tu velarent, Petrum Medicem, qui cum Alphonso
in partibus extiterat, quia artem dicendi & audendi
præ cæteris calleret, Legatum destinarunt, qui Regi
Franco obuiam procederet. Tum Petrus, Quid, in-
quit, mali vnquam feci patriæ, vt Regem potentif-
simum, infensum, pergratum Italie, & fortunę pari-
ter acceptum, alloqui & flectere cogar? tam dubio
casu, vt si excusationem pro gloria domum retule-
ro, præmium me accepisse existimem. Ibo tamen, &
inuitus volam, postquam non licet aliud. At è diuer-
so Rex intentior pro benevolentia captanda quam
pro vindicta, Petrum humanissimè excepit, & hilari
vultu oblitterata cuiusuis offensæ vestigia significa-
uit. Quę res Petri eloquentiam magis ornauit, quam
vlla præceptio Rhetorices. Nam & Demosthenem
oratorum facile principem, ingenium & verba sæpè
defecere coram Philippo Macedonum Rege, cui in-
uifus Atticæ voluntatis interpres ferebatur, cum
Æschini minus diferto incitamentum ingenij & ver-
borum profluentiam eiusdem Regis beneuolè au-
dientis atque aspicientis oculi & comitas suppedi-
tarent. Plausibiliter itaque visus est Rex Francus Pe-
tro arrisisse: interim minimè oblitus eundem cò il-
licere, vt Sarrazanam opidum portu celebre, ditio-
nis Florentinæ non leue propugnaculum, dederet,
tanquam reconciliationis pignus. Insuper Pifas, quæ

*Ælian.
lib. 8. hi-
stor. va-
ria, ca. 12.*

Pelopem eburno humero clarum autorem suum ^{plin. lib. 3}
laudant, & aliquot vicos finitimos exercitui refocil- ^{cap. 5.}
lando accommodaret. Consensit Petrus non minus
prudenter quam faciliter, tempori cedens, & inui-
ctæ Gallorum virtuti reniti temerarium putauit, ne
non Regi pareret, cuius in potestate esset Florenti-
num funditus euertere imperium. Nec ignorabat
Regum iras in inferiores viros tardissimè deponi: sæ-
pè illis genus esse lucri, vt occasionem quærant vlci-
scendi, & aliena, tanquam sint laceffiti, obiter com-
pilandi. Ceterum Florentinus Senatus aliò torsit Pe-
tri consilium, ac damnauit, quòd inconsultis lega-
tionis comitibus, leuitate quadam, Regis arbitrio
magni momenti opida permisisset. Proinde Nerlius
locuples homo alendis dissensionibus idoneus, Se-
natui populoque persuasit Petrum ordine submo-
uendum, & simul in eundem reiiciendum quicquid
Florētini secus quam Rex antea voluerat, fecissent:
Ita fore, vt Regi & ciuibus eodem tempore inuisus
mortem pro solatio peteret. Hoc modo scilicet
Petro relata est gratia, quòd periclitantes patriæ vi-
res in meliora tempora reseruasset, vt pro præmio
exilium columniámque reciperet: sicut accidit Ho-
stilio Mancino Consuli Rom. in Hispania aduersus
Numantinos pugnanti, vel potiùs aduersus eorum
felicitatem. Multos enim exercitatissimòsque Du-
ces, maximè Pompeium, fregerant. Quocirca fœ-
dus cum illis percussit, fortunæ tantisper obsequēs,
vt saltem captiuos patriæ redderet, quos illi manu

ceperant. Senatus dissolui pacem vt infamem censuit, & Mancinum nudato corpore, ac manibus post tergum reuinctis, victimæ instar hostibus dedi. Quæ ipsi ciuibus longè mitiores non recepere, crudelitatem & perfidiam Romanorum arguentes: quippè quibus captiuos beneficio pacis Mancinæ restituerant. Sed & Romanos tandem puduit. Nam lege lata Mancinum ciuem denuò fecere, quem Præturam quoque gessisse Pomponius Iurisconsultus tradit. adedò nihil tam est mutabile, fluxum, flexibile, quàm voluntas populi in claros quoslibet Imperatores, nihil tam immane & efferum. Hoc ipsum diu multumque animo voluens Petrus Medices, solum vertere statuit, & quam meritis flectere patriam nequiverat, armis incessere. Contrà Florentini non solum Petrum hostem Reipubl. iudicarunt, sed etiàm Ioānem Præsulem & Iulianum fratres innocuos, proposita mercede ei qui eos occidisset: quemadmodum in Alcibiadem inauditum olim Athenienses statuerant, propter nescio quas statuas Mercurio sacras, per noctem & lasciuam deiectas, in cuius criminis suspicionem Dux facundus, & de patria optimè meritus, inimicis deferentibus venerat. Sed & peius cū Mediceis actum est, vt quorum opes ingentes, suppellex aurea & argentea, & gemmæ materiæ & manus pretio insignes, numismata metallo & antiquitate censenda, diripienda vulgo tradita: vt interim taceam sericas & Attalicas vestes versicolore artificio mirabiles. Sed aufert mihi animum, & ab insti-

*r. orosius
lib. 5. cap.
5.*

*l. ult. ff.
de legatio
nib.*

*Thucyd.
lib. 6.*

*philip.
Cuminus
in Carolo
vij. c. 13.
Isrebus
interfuit.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III 240
tuto digredi me cogit expilatum Musarum sacrarium, id est, Medicea Bibliotheca, omnis doctrinæ & linguæ voluminibus abundans, multo tempore & impendio conquisita, literatis omnibus patens, omnes vndique alliciens. Debuerat Apollo, si quid virium adhuc retinebat, si quid Musas suas diligebat, sagittis vacuam pharetram reddere, & rapinam inde amoliri, prædones confodere, arcere sacrilegas manus citius quàm dum septem Niobes filios transfixit, Latonæ soboli suam muliebri iactantia præferentis, vt *ovid. 6. Metam.* est in fabulis. Grauius affectus est propter domesticam iacturam Petrus, eò magis quòd rescuerat Carolum Regem in ædes suas diuertisse paulò antè quàm diriperentur, vt omnium longè structissimas & amicissimas. Nam vel ob vnum Petrum Rex, qui Florèntiam milite & metu impleuerat, edixit ne quisquam ciues vexaret, opprimeret. Ita factum est, vt mulierum pudicitia & virorum fortunis tutò consulere-
tur octo diebus, quos ibi Rex consumpsit, expeditioni Neapolitanæ incumbens, & Legatos Italiae totius comiter excipiens, & de Petri absentia dubius multa sciscitans: quem pro certo redintegrasset, nisi Nerlius callido commento obrepisset, asserens Petrum aufugisse, quia Regis iram timeret, Aragonicæ familiæ studere solitus. Tum Rex, Nescio, inquit, quantum hosti meo fauerit, sed mihi profectò re ipsa commodus & mitis paruit. Demum Rex abiturus imperata Florentinis pecunia, insigne publicum vrbis, nempe Rubri Lili, in Gallicum commutari

per Hetruriam curauit, vt Cuminus refert. Mox legiones classico eduxit ita sedatas & obsequentes, vt non Vascones hospiti Italo formidolosos, non Fracos milites, sed Philosophos transire iudicares. Interim mœrebat Petrus, dignitate & facultatibus suis indignissimè exutus, propter quem ceteri indemnes regio beneficio lætabantur. Quocirca amicos circumibat, experiens eorum voluntatem auro, vt aurum igne cognoscitur: atque cognoscens proculdubio fortunam hominum potiùs quàm homines ipsos amari: adèd quidem vt ipsi centena milia Principibus mutuo dare consueto, centum aurei cum scœnore roganti negati Venetiis fuerint. Perit honor amicorum afflicto viro, inquit Pindarus.

In Nemois, ode 20.

πᾶροι δ' ἐν πόνῳ πικρὸν βροτῶν χεῖμα τὸ μεταλαμβάνειν.

Nam nec Virginius Vrsinus Petro propter Alphonfinam vxorem necessitudine coniunctus, quiq̃ue propter Mediceos exercitum contra Florentinos contraxerat, in fide perstitit, sed copias suas Gallicis contra Neapolim stipendio pregrandi illectus, & successibus accedens prosperis, coniunxit. Quinque verò primarij ciues, qui de reducendo Petro Florétiam conspirarant, detecti securi percussì sunt. Ex quo in turbido Reipubl. statu, indocti obscuro, & humiles ad administrationem ciuitatis irrepere, liberandè Reipubl. velamento. Et, ne quid deesset malis, accessit optima rerum religio, quæ impium hominem lupum sub pelle ouili fouentem perduceret: tametsi is non tam impietatis quàm audaciæ à quibusdam

busdam accusetur: nempè Hieronymus Sauonarola Ferrariensis, iam pridem in magna sanctitatis opinione constitutus, Benedictini ordinis selectum decus vulgò habitus, ita vt Politianus cœlestis doctrinæ prædicatorem egregium illum nominarit, aucta eleganti eius cohortatione, qua moriturum Laurentium Medicem Petri parentem ad mortis contemptum, & fidei sacrorumq̃ue obseruationem accendebat, & in omnem religionis imaginem formatus, ac fortis, in territum consolabatur. Adicit Cuminus prædixisse Sauonarolam Florétinis Regis Caroli in Italiam transitum, & Reipubl. tumultuantis labem, sicut & Laurentij mortem, ac Petri fugam, fatidico ore cecinerat pro suggestu. Sed etiam Carolum breui interiturum præfensit, nisi tyrannos ab Italia pellere, & Ecclesiæ labantis ruinas fulcire maturaret. Id cum accidisset, alij prudentiæ imputabant, negantes cum Stoicis quenquam nisi sapientem diuinum esse posse. Chrysippus enim diuinationem definiuit, vim cognoscentem, videntem, & explicatam signa, quæ à diis hominibus portendantur: cuius officium in prænoscentia Dei erga homines voluntate versetur. Ideoque à Diuis eius nomen traxere. Alij monachum concionantem furere existimabant, atque eo pacto interdum multiloquio quædam vera profari: Meritò Græcos rerum futurarum scientiam *μαντεία* appellare à furore, vt Platoni libuit. Inde apud Virgilium Sibylla ab Ænea consultata,

Polaterr.
lib. 5. Geograph.

Lib. 4. E.
p. 10. c. 2.

In Carolo
vij. c. 23.
p. 53.

Anno
Christi,
1498.

cic. lib. 1.
p. 2. de
Divinat.

lib. 6. v. 8.
neid.

- Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur vates : magnum si pectore possit
Excussisse Deum.

Tolerabilis in concionante præsentium obiurgatio,
& præsenfio futurorum cœferi quibat, nisi etiam am-
bitione laborasset, & Reipub. administradę animum
applicuisset : adeo vt inconsulto illo nefas vulgo
crederetur publica negotia & iudicia peragere, iam
multis ac bonis viris ægreferentibus Monachum à
iustitiæ & sanctimonix simulatione, qua cotidie dā-
nato Pontifice Romano nouas colonias in cœlum se
deducere posse affirmabat, & cæremoniis antiquis
valere iussis nouas itidem introducebat de censu, de
iurisdictione, de honoribus, de suppliciis satagens.
Proinde ipse sibi cauens, & magistratibus suspectis
renitens, satellitio stipatus, in templum, in curiam
ire cœpit : Vt Deioces quondam Medus ad tyranni-
dem aspirans, postquam iustus habitus fuit, & diri-
mendis priuatis publicisque controuersis est adhi-
bitus, desit ab eo munere, vt populares magis ac
magis inflammaret ad sui desiderium : non è re sua
esse dicens, si neglectis domesticis negotiis aliena cu-
raret, & lites componeret ingratorum ciuium. Ita
perfecit, vt de Rege adsciscendo deliberarent, & i-
psum Regem facerent, arcem ipsi conderent, & li-
ctoribus communirent. Hoc modo Deioces Medi-
cum stabiliiuit Imperium, seuerus alioquin iudex &
incorruptus. Sed quorsum ego in Mediam tam pro-
cul euolau, domestico Gallix casu securus ? ob Da-

Herodot.
lib. 1.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 242
nielem confictum Dagoberti II. Regis fratrem, è sa-
cerdote Regem factum gliscentibus regni feditioni-
bus ex superbia, vulgari nobilium malo, mananti-
bus, qui Clotildi Reginæ superstiti viriliter guber-
nanti, parere renuebant, magno Caroli Martelli bo-
no, qui obscuris aliorum rebus claritatem nactus,
ex Austria in Galliam migravit, nepotes Reges ha-
biturus. At verò Sauonarolæ non perinde contigit.
Nam dum non satis magnum putauit prodigia ex-
plicare, nisi etiam faceret, eò vœcordiæ deuenit, vt
per medium ignem se incolumem transiturum pol-
liceretur. Itaque decreto publico ignis iudex est cō-
stitutus, & explorator mirificæ eius diuinitatis, iis
potissimum autoribus, quos Medicæ absentię iam
tædebat, quiq; Sauonarolam Petro infestissimum
intelligebant ex cotidianis eius colloquiis, quibus
praua animi cōtentione potius quam pro bono pu-
blico Petrum Regem Florentinum vocabat, exle-
gémque magistratum. Proinde iidem pyram in me-
dio foro accendi diligentissimè præceperunt, non
minore animi ardore, quam arsurum Monachum
improbum præuidebant. Ac ne quid cunctaretur il-
le, fortitudinem illius extollebant, & Calanum In-
dum Philosophum commemorabant coram Alexā-
dro Magno spōte rogo iniectum, & ita summa cum
alacritate & gloria decedentem : quippè cum illius
memoriæ Alexander gymnicum musicumque cer-
tamen dedicarit. Cæterum postquam præstigiōsus
veterator serio rem agi intellexit, visis flammis con-

Annales
Gall. an-
no 715. et
722. Hic
Chilperici
nomen ac-
cepit.

Arbo-
neus lib.
10. ca. 12.
Diod.
sic lib. de
gestis A-
lexand.

gelatus obrigit, & retrò domum se proripuit, cautus sanctis viris ostentationem fugiendam, & periculum subeundum non affectandum: tamen olim sponsione facta pius quidam Episcopus cum Arianorum arbitrio ignis contenderit de sinceritate doctrinæ, atque hoc detrectante experimentum, ipse interitus rogum conscenderit, ac euaserit illæsus. Verùm dum Sauonarola velut aurum reprobum igne probandus meticolosè frustratur, dum fumum pro luce pietatis daturus latitat, vnanimi procerum & vulgi consensu domo extractus, in flammam coniicitur stridens, & diram excocturus insaniam: quam Francisco Valorio asserente auxerat, penes quem totius facti inuidia remanebat, & cuius ædes & familia neci simul ac direptioni exposita, vindictæ & prædæ auidam plebem saturarunt.

CUM PRIMVM Pontifex Romanus de Sauonarola sumptum accepit supplicium, cui sæpè antea sacris frustra interdixerat, tanto gaudio effusus est, vt nullum otium aliud gaudendi habuisse videretur, vir aliàs ferox & frontis nubilæ, Callisti III. ex forore nepos, nomine Rodericus Borgia, ex Valentia Hispana: quo nemo amicis amicior, aut inimicis asperior fuit. Eruditionis inopiam eloquentiæ cuiusdam innatæ copia supplebat, nec non astutia Rhetorices æmula. Atqui patriam obiectantibus dicebat, Romam non alio melius quàm ab Hispanis Principibus gubernatam. Traianum citabat Imperatorem à Nerua nullo generis, sed virtutis solius vinculo

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 243
coniunctum, & iam quadragesimum secundum ætatis annum agentem, integris viribus, vigente animo, moribus generosis & simplicibus: ita vt neminem perdere studeret, seruare autem plurimos, bonos & doctos maximè. Sic nemini odio vel timori fuit. Vnde Optimus à Senatu appellatus est, & belli muniis æquè idoneus populo habitus. Nam & Dacos debellauit, Parthos & Armenios attriuit, Iudæos per Lucium Legatum profligauit, qui duce Andrea Romanos & Græcos sine delectu obruncabant, & pelibus humanis cincti terrorem in Ægypto & Cypro cum cæde & sanguine incutiebant. Iuri dicundo inter prælia addictus mirum in modum fuit, tamen delatoribus nõ multum tribueret, quos Traiani admirator magis quàm imitator Pontifex nimium facilliter admittebat. Nec silentio præteribat Theodosium Magnum, moribus & sanguinis origine Traiano propinquum, statura eadem atque cæsarie, oris pari commedatione & animi, vt qui bella nulla mouit, sed inuenit, & confecit, postquam à Gratiano Imperatore Rom. in consortium Imperij admissus est propter peritiam rei militaris felicitati iunctam, laborante tunc Reip. statu, & barbarorum viribus inualescentibus: Ideoque ex Hispania vltro est accitus, & apud Sirmium Illyriæ ciuitatem Consulatu Aufonij & Olybrij Imperio simul ac bello præfectus, futurus vindex Gratiani, quem Maximus tyrannus dolo postea occidit, vir admodum truculentus & robustus, Andragatij Comitis ope & diligentia

impotens, non perinde tutus. Nam incruento prælio ipsum peremit Theodosius, necnon Victorem eius filium, quem pater Gallis Imperatorem designarat, adhuc infantiaë annis incautum. Cùmque Valentinianus iunior Gratiani frater in Gallias transfret, ac fraude Arbogastis Comitis strangulatus esset, Eugenius irrepsit in Gallorum imperium, qui è ludo literario, vbi Romę Grammaticam docuerat, & fugata facundia in Palatium admissus, fortunam suã moderatè ferre non potuit. Sed Arbogastis conspiratione & adiumento fretus inualuit. Arbogastem tamen Suidas genere Francum, corporis & animi asperitate flammis similem describit, & auaritię hostẽ, in omnibus modestum ac constantem, à Theodosio aulæ, & Valentiniani iuuentæ grauitate sua temperandæ præfectũ. Itaque rebus præposterè versis, Eugenius sublato Valentiniano animum regno applicuit, nihil Theodosium veritus, qui Honorio filio Cæsare declarato, collectis militië viribus, contra Eugenium in Gallias mouit innumcrabili exercitu superbum: & qui dum ad conflictum ventum est, intrepidus in ipsis Alpium faucibus pugnavit. Prædixerant enim ipsum arioliviãtorem prisca & obsoleta superstitione. Et quidem propè fuit, vt Romana acies inclinaretur, donec Theodosius cœleste Christi implorauit auxilium, iustissimam pugnaë rationem suppliciter commemorans, & Bacurium Tribunum suum identidem ad agmina hostium dissipanda sollicitans. qui dicto citius irruens, & gladio

obuios passim sternens, ad ipsum peruenit Eugenium. Mox exoratus Christus ventum ad eò vehementem excitauit, vt tela hostilia in ipsos iaculantes retorqueret, & diuinitus repelleret. Quare Eugenius victus ad pedes Imperatoris procumbens, à militibus necatus, certamen anceps finiuit. Id apertè descripsit Claudianus, Theodosium alloquens, & vnà Honorium filium:

*Te propter Gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaque tela
Vertit in autores, & turbine repulit hastas,
Omnium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.
Alpinæ rubuere nives, & frigidus amnis
Mutatis sumauit aquis. -*

Sed potissimum Alexander Damasum extollebat, & què Rom. Episcopum, genere Hispanum, Liberio suffectum eodè ferè tempore, quo Ambrosius Mediolanensi præfuit Ecclesiæ, & Arianis sæuicentibus acriter restitit, Valentini senioris seculo. Et pariter cum Ambrosio Damasus multa veritatis luce claruit, & pleraque synceritatis tela contra hostes emisit, non sententia tantum, sed etiam locorum intercapedine distitos: & epistolas tanquam sagittas iaculatus in extremas gentium oras, impios terruit, ac suos valde confirmauit. Ne sagitta quidem Abaris Scuthę filij iussu scopum certius, aut longius tetigit: quam fabulantur è Græcia vsque ad Scythas Hyperboreos

*Ruffin. li.
2. hist. eccl. ca.
33.*

*In Panegyri III.
Consulatus Honorij.*

*platinus
ad Iulianum
peritorum
perperam
refert.*

transuolasse, ab Apolline dono datam. Suidas scripsit Abarim Deorum originem & oracula composuisse, & Apollinis ad Hyperboreos aduentum. Damafus nihil nugatus, Christum scripsit Patri maximo coæternum, eo genitum tempore, cum nondum tempus extitisset: Elogia Sanctorum, qui pro vera pietate non supplicia criminum, sed virtutum examina subierant, idque versibus elegantissimis. Primus item Biblicam D. Hieronymi versionem vsurpari instituit, & Psalmos ornate digeri, qui antea, in Gallia præsertim, promiscuè cantabantur. Ita Deus

Nicoph. lib. 10. ca. 44. contra Euangelium suum pugnantibus conuenientem Ducis opposuit virtutem. Cùmque aliquis ex intimis purpuratis Alexádro dixisset Damafum frugaliter vixisse, confestim respondit laudare se vetus Damasi seculum, imitari suum, & cognoscere quid se deceat. Gratias etiam egit sacerdoti aulicò, qui adieciisset Damafum non ita remissi fuisse animi, quin armis dignitatem suam viriliter tutatus sit aduersus

Socrates lib. histor. 4. c. 29. Vrsinum Diaconum, qui & ipse suffragantes complures habebat, vt in Episcopatum Rom. prouehetur, & clam electus fuerat in Basilica Sicona. sic enim hæc vulgò dicebatur. Vnde discessio populi ingens, & pestifera Reipub. contigit, nec priùs sedata, quàm Damasi factio competitorem superauit, Maximo præfecto adstipulante, & aduersarios diris premente suppliciis. Postea damafus animum ad pacè, ad disciplinas, ad scribendum contulit, & vitã Pontificum Romanorum, quos longo ordine secutus fuerat,

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 245

fuerat, perscripsit. Eo munusculo ad D. Hieronymum misso mirum in modum gratus. Proinde dixit Alexander sibi perplacere Damasi cõsiliu & exemplum, vt postquàm armis perfecisset quæ à dignitate sua viderentur, iustitiam & disciplinas excoleret. Itaque filios suos sponte nature ad belli discrimina ardentem ipse magis ac magis inflammavit dictis, & iuuuit copiis ac stipendiis: maximè postquàm Lucretiam filiam Alfonso Estensi Ferrariæ Duci nuptiis iunxisset sumptu & opulètia mirifica. Nam & equestres ludos & venationè in Vaticano exhibuit. Deinde filium natu maximum Ducatui Hispano præfecit: alterum, in Sicilia: tertium, cui Cæsari Borgiæ nomen erat, cardinalem fecit. Sed hic in arma propensior, pro galero galeam paulò post fumens, benè ominari de nomine suo incoepit, & nihil se vel Cæsarem futurum iactitare. Nam nec illi Martia defuit indoles, & ingenita quædam ductandi & imperandi peritia, nec non solertia sese omnium ingenis accommodandi. Et quia Gallorum singularem metuebat potentiam, nactus occasionem gratulandi Ludouico XII. Regi nuper in solium euecto post Carolum VIII. (qui tribus liberis dederat tumulum incestus, quem potius accepisse optasset: ita sobole orbatus, decedens locum fecerat Ludouico Valesto Aurelianensium duci à latere agnato:) ad eum Cæsar magnifico instructus comitatu in Galliam venit: vbi quoque magnificè exceptus est, non principibus viris tantummodò gratus, sed etiam heroinis mulieri-

bus: è quarum numero Carlotam Fuceam Alani Alebreti principis Aquitani filiam peramavit, nõ sanguinis tantum claritate, sed etiam formę gratia concipiendam: quam paulò post uxorem duxit, eximie dotatam à patre, tanto Regis favore, vt quia Cæsar ipse de Borgiæ Valentia Hispanę domo ortus esset, in Gallia pariter, quoad viueret, Valentie Allobrogibus conterminæ re ditibus & Ducatus titulo fruere- tur. Inito cum Gallis foederi & amicitie incrementum dedit Alexandri Borgiæ patris ac Pontificis diploma emissum indulgentissimè erga Ludouicum Regem, auentem à Iana Ludouici xi. filia, inuito sibi (vti assererat) matrimonio iuncta diuertere, & Annæ Britonicæ Caroli viii. viduæ nuptias sequi, ne opimus Ducatus Aremoricorum aliquando Francis valde formidabilis, tandem socius & propè conglutinat, Gallia auelleretur. Quare contigit Cæsarem Borgiam Gallis in dies plausibiliorem fieri. Sed ipse plaudere sibi desinebat ignauia suæ tædio, quod tãquam Achilles olim in Lycomedis aula inter puellarum gregem nihil memorabile patrans maneret, & iis illecebris irretitus; gloriam obliuisceretur in sinu Italia reconditam. Proinde sublata ex uxore filia Ludouica, quę demum Ludouico Trimolio Touaro Vicecomiti nupsit, Romam visere, exercitum & pecuniam ingentem contrahere decreuit, & Cæsaris partes agere, cui non vincere superari omnino fit. Conatum eius plurimum extulit Petrus Medices; minitans ingratis patriæ Florentiæ, hostilisque

*Nicol. Gil
lus in
don. xij. et
Rosarium
1498.*

spiritus agens, nihilque studiosius indagans, quàm vt ius pristinum recuperandi rationem aliquam inueniret, & extortum sibi Principatum, subtractas ingentes opes, aut partim direptioni licitatorique exhibitas, reciperet, & liuidam turbam benè sentire vix assuetam pessimè multaret. Cæsari igitur vires suas & consilia Petrus contulit: vtrique Vitellocius Tifernas expeditissimus Dux, Aretio Italię opido infestissimus, interfecti fratris iamdiu pœnas reposcens, quas Aretini breui dederunt capta arce munitissima, & Guilielmo Pactio præfecto, omnibusque pertinaciter resistentibus ad necem vel deditionem compulsis. Vrbinum Petrus oppugnare exorsus, opinione velocius interceptit, leui vulnuscule saucius, dum fossam primus transiit, & in concussum machina murum irrumpit. Post quam victoriam nemo ferè fuit Italorum Principum, quem puderet ab huiusmodi Ducibus sub iugum mitti. Quousque autem propagauerint suum Imperium, Borgiæ tamen auspiciis, descripsit Iacobus Sannazarius, acerrimus eiusdem inimicus:

*Volaterr.
lib. 5. Geo-
graph. in
rebus Flo-
rentia.*

*lib. 1. Epi-
gramme
2.*

Cæsar Borgia, Borgia ille Cæsar,

Cæsar patrũ ocellus & sororis,

Montis bellua tetra Vaticani,

Quingentas modo qui vorauit vrbes,

Imbutus scelere & malis rapinis,

Vrbes sub ducibus suis quietas,

Quasunque aut Latium ferax virorum,

Aut Campania pingui, aut per alta

Diuisi iuga continent Sabini:

Hisq̄ue ingessit Ariminum, Pisaurum,

Vrbium, Populoniãque magnam,

Camertes, pariter Forũque Liui,

Corneliq̄ue forum, Fauentiãque,

Et quantum Æmyliã est Hetruriamque:

Quantum circuitu hinc & inde longo

Neptuni lauat æstuantis vnda.

Subiungit poëta Cæsari fortunam post tot victorias defecisse, forsitan opinor magis quàm Petrum ac Vitellodium: & malè concoctam felicitatem eiecisse, quam auidè vorauerat, quodq̄ue vnus lustri spatio subegerat latè ditionis, momento penè amissum: ita vt ex Cæsare iam nihil esse incœperit, multorum gaudio ac salute. Cæterùm liquet nobis Sannazariũ tam scitum fuisse scriptorem, quàm maledicum, & aduersus Alexandrum v. i. atque eius sobolem implacatum: Medicæ præterea familiæ & Politiano infestum. aded nec potentioribus nec doctioribus parcere didicerat. Nam hunc cultissimum autorem perstrinxit, Pulicianũque vocauit, atque vt impudicum & inuenustum acerbè ac perperam fugillauit. De Leone autem x. Pontificè, Petri Medicei fratre, sic ait:

Sumere maternis titulos cum posset ab Vr̄sis

Cæculus hic noster, maluit esse Leo.

Quid tibi cum magno commune est Talpa Leone?

Non cadit in turpes nobilis ira feras.

Sed quæso, quĩ fiet, vt poëta cuiquam Pontificum

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 247
vel Regum ignoscant, qui ne Diis quidem ignouere? & cœlum spurcis repleuere amoribus? vt potius quàm cœlum, siquidem illis credatur, sit prostibulũ, Iouis, Martis, ac Veneris adulteriis inquinatum. Quinimò præstitem suum Apollinem præ cæteris lacessierunt, & cœlo extorrem pecus Admeti Thessali pascere coegerunt, aut post fugitiuam Daphnem infanientem prodidere, ac vim illaturum virgini castissimæ, nisi in Laurum illicò mutata esset, qua seipso coronarunt satis audacter: cum eam frondem Imperatores in triomphis vsurpauerint, poëtis aliquantò placabiliores, qui nec subiectis nec innocuis parcunt. Ideoq̄ue Socrates apud Platonem admonet eos, quibus fama curæ est, ne poëticum aliquem hominem infensum habeant: quippè qui in vtramque partem tum ad laudandum, tum ad vituperandum maximam vim obtineat. Qua in re Minoem deliquisse notat, Atheniensibus acerbum hostem, & tributa graua imponentem. Vnde licet vir grauis & iustus Cretensibus suis appareret, tamen ab Homero inferorum iudex nominatus, dignus: fortè sedibus cœlestibus. Alibi idem Plato, minimè in ciuitate recipiendum censet, quod Homerus nugatur de pugna Deorum inter se, aut vincula Iunoni à filio infecta, aut Vulcanum cœlo à patre deiectum, vel Saturnum à Ioue filio passum, quæ ipse Cœlio patri iniurius intulerat, si creditur Hesiodo. Itaque Hieronymus Philosophus commemorauit Pythagoram, cum ad inferos descendisset, vidisse Hesiodi animam co-

*In Mi-
noë, seu de
lege.*

*In Dial.
2. de Resp.*

*Laërt. lib.
8. in py-
thagora
vita.*

lumne areæ strictim alligatam & stridentem: Homeri verò ex arbore pendentem, dirisq̄ serpentibus circumdatam, propter ea quæ in Deos fixerat. Talis namque Deus, qui omnia videns à nemine videtur, effingi debet, qualis est, bonus, verax, clemēs, procul à probris & parricidiis, & bonorum omnium causa, malorum propulsator, & ultor. Quod itaque turpe factu homini fuerit, non est Deo exprobrandum. Quocirca D. Augustinus erudita coniectura existimat, Demones etiam flagitia, quæ non fecissent, de se dici voluisse, vt lubentiùs ab hominibus in terra perpetrarentur, quorum è cælo duceretur autoritas falsis freta numinibus. Proinde Græcos poëtis maximam licentiam tribuisse quoslibet infamandi & deridendi, ne ciues se diis honestiores putarent, & impunè hoc modo offenderent. Porro leges XII. Tabularum, cum perpauca res capite sanxissent, in his hanc quoque sancendam putarunt, vt inquit M. Cicero lib. 4. de Republica, si quis actitauisset, in scenicis vt puto ludis, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret, flagitiùmve alteri precaretur. Iudiciis enim ac magistratuum disceptationibus legitimis propositam vitam, non poëtarum ingeniis, habere debemus: nec probum audire, inquit, nisi ea lege, vt respondere liceat, & iudicio defendere. Propterea legibus Iurisconsultorum cautum est, famosi carminis autorem ipsum infamem fieri; nec testimonij dicendi facultatem habere, & grauius à iudice plecti habita ratione dignitatis eius, qui contu-

lib. 2. de
ciuit. Dei,
cap. 9. &
10.

l. 5 §. ult.
ff. de in-
iur. & §.
in summa
de iniur.
apud Iu-
stinian.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 248
meliam infert, aut patitur, vt patefiat exacerbari pœnas contra eos, qui Reges, illustrésque alias personas malo carmine notauerint: Potissimum si Vulturum more, qui putria tantum cadauera inuolant, vitia infectentur, virtutes dissimulent: nec spectent à vitiis immunem esse prorsus neminem, sed optimum habendum qui minimis vrgetur. Quod si Sannazarius animaduertisset, profectò ex alienis opprobriis non expectasset laudem, ac meminisset Iulium Cæsarem, sine controuersia clarissimum Ducem, & simul Pompeium Magnum Cæsaris generum, Catulli carmine frustra profcissos:

Socer generque (inquit) perdidisti omnia.

Linguam, vt quidem reor, Sannazarius effrenem & calamum compefcuisset, quem in Florentinos vehementer strinxit, quod rebus Caroli VIII. Gallorum Regis studuissent: & in Carolum ipsum, quod Ferdinandum Neapolis Regem Alfonso filium submouisset, ac vel solo Gallici nominis terrore fugere compulisset. Hinc Sannazarij querimonie, hinc conuicia, & mox pœnitentia temeritatis merces, ac deprecatio peccati. Sic enim scribit ad Petrum Rochefor-
tem Gallie Cancellarium: lib. 1. Epistol.

Cogitur infelix alienas ire per oras

Nobilitas patriis expoliata bonis.

Culpaturque fides domino seruata priori:

Scilicet est Reges crimen amare suos.

Ergo tu, Regem cui fas lenire potentem,

Da desiderijs vela secunda meis.

Nec dubito quin poeta recantaturus fuisset, ac delenturū quæcunque in Borgiam exarauerat, nisi Borgiæ fortuna reflasset odiosus, cum primū accidit Alexandrum Pontificem mori anno Pontificatus XI. cœna veneno imbuta: quibusdam Vrsinæ factionis quos Cæsar detriuerat, per iocum dicentibus, illum non alieno, sed suo veneno periisse. sicut tribus antè annis cum idem fulmine ictus, metu veriùs quàm vulnere fere exanimatus esset, deinde refocillatus ac restitutus, mirabantur dicaces dæmonem à dæmone concussum. Præterea dicebant morte illius castratam esse religionem, tam ridentes quàm ridiculi. Addebant concinnatum conuiuis toxicum pocillatoris errore liberatis, ipsum Alexandrum epotasse, & Borgiam filium: sed hunc naturæ robustioris, & antidoti beneficio, ac ita mulæ illicò necatæ vtero inclusum, periculum euasisse. Defuncto itaque parente Cæsar congestas opes arripuit, eoquæ milites solito plures in armis habuit: Romam perterruit, quoad Pius III. Senensis Pontificatum iniret. Sed tamen paulatim labantem cum patris funere fortunam sensit, siue consilij egenus, siue amicorum: eò magis, quòd & ipse à Medicea gente animum deflexerat, id vt faceret clam persuasus à Florentinis sese auro redimentibus, alioquin propediem perituris. Cæterum constat Alexandrum iam multis, antequàm naturæ concederet, diebus commouisse Cæsarem, atque obsecrasse, ne postea Florentinis inferret molestiam, vtpotè Gallorum Regi fœderatis: nec obliuisceretur

Anno
Christi,
1503. vt
in Rosario
Ludouici
XI.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 249
uisceretur Vascones & Gallos alios, è quorum gremio uxorem nobilissimam accepisset, & non leuia belli subsidia, vel reipia, vel dissimulanter, comiter & moderatè tractandos, ac officiosè prosequendos. Nondum tamen desciscente Cæsare, cuius ceruix oneri bellorum sustinendo vix iam suffectura credebatur, Medicei fratres quieuerè, incerti Cæsarem ne laudarent, an potiùs despicerent: dignum certè qui audiret illud Maharbalis magistri equitum ad Annibalem, Vincere scis Annibal, sed victoria vti nescis. Nam si extemplo post Cannensem pugnam Annibal exercitum Romam duxisset, in quo reficiendo tempus consumpsit, extremum discrimen Romanis subeundum fuerat. Eodem modo Pyrrhum Epiri Regem in acquirendo imperio præstantissimum belli Duce[m] fuisse accepimus, in conseruando minimè idoneum, & partis rebus non perinde cauentem, sed repentè huc atque illuc desilientem nimia vincendi auiditate: adeò aliis ducibus Deus bellicam artem, aliis celeritatem, quibusdam conseruandi præbuit prudentiam, nec omnia omnibus. Sic æstu quodam Cæsar Borgia debellata opida parum firmabat presidio, sed in alia atque alia subinde tranfuolabat. Atqui Petrus Medices constantissimè suæ insultabat Hetruriæ, & Florentiam in tantum premebat, vt inedia laboraret, & peiore discordiæ incommodo semet excruciarèt. Tunc opportunè Petrus odio diutini exilij, atque recenti ira extimularus, inter Ducè & militem medius obequitans, tentabat non semel

Plutarch.
in vita
Annib.
lib.

opidanorum fidem, iactato pacis & concordie specioso nomine, irritis colloquiis: at maximis periculis ipse maior, & penè triumphator de exule. Demum *Tit. Liv. lib. 2.* æstum Martij Coriolani similiter exulis in Romanos imitatur: qui Volscorum, ad quos profugerat, agmina ducens, quinque milibus passuum ab vrbe castrametatus, agrum ingrati populi ipse populari cepit: ex composito obseruans, vt plebis fundi villæque vastarentur, intactis iis, quæ ad patritios pertinerent: non secus atque Annibal, vt inuidia adstringeret Q. Fabium Romæ assertorem, ab eius agris abstinuit, ceteros populatus. *Inl. Frontinus lib. 1. cap. 8.* Ediuerso Fabius, vt hostis dolum eluderet, possessiones suas sponte publicauit. Non autem proceres Florentini tam liberaliter æstum Mediceum eluserunt. Quare plebs incensa primores criminari perrexit, qui omnia quàm bellum maluissent, si qua spes Petrum iustissima de causa iratum sedandi superfuisset. Tandem in cœtu publico exurgens Petrus Soderinus ciuis cautus & grauis, tãtoperè fluctuante Republica extremam anchoram esse censuit, Ludouicum Gallorum Regem defenforem poscere: ad cum Oratores quamprimū dirigere cfflagitatueros, vt periclitanti Florentiæ socium robur adiungeret, & Petrum Medicem arceret: quinimò velut perduellem exterminaret. Excepta plausu Soderini sententia perfecit, vt ipsemct ad Regem legationem obiret, & demonstraret Petrum rerum nouarum studio gliscere, nec vna vnquam Florentia, quam inquietabat, contentum fo-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 250
 re: alia multò latiore ei opus esse: Hanc Hetruscam Galliæ prorsus deditam & dicatam: Proinde Regis maiestatem imminui, si vrbs, quæ in eius clientelam iam pridem & firmiter venerit, oppugnetur: præter ius gentium violatum, quo iubemur Deo, parètibus & patriæ parere. Denique mandatum finibus præstitutis diligenter executus est Soderinus, versutè Petrum Medicem apud Regem insimulans, & impacatum ac væcordem esse tactis sacris iurans: sic quodammodò manibus tegens animi vitium. Quamobrem visus est Regi æqua postulare Soderinus, & iure Florentinos, iniurias questum misisse pro rato habuit: habuere itidem aulici, & laudibus miris extulere Themistoclem Atheniensem Ducem celeberrimum, quem inuidia rerum gestarum ciues sui oppressere, & Cimonem excitauere aduersarium, & repetundarum reum fecere: quinetiam cominuni calculorum suffragio vrbe eiecere, neuiquam memores victoriæ ipsius consilio & industria aduersus Xerxem Persarum Regem pugna nauali partæ, tantis inquam copiis ac viribus confidentem, vt Athon montem perfregerit, & nauigiis peruium fecerit, pelagus ponte repentino traiecerit, Asiam Europæ cõiunxerit, vni Themistocli cessurus, qui paulò post nusquam in Græcia tutus ad Xerxis filium Artaxerxem transfugit, & apud eum magnus euasit, tum propter dignitatem pristinam, tum propter spem Græciæ imposterum subigendæ auspiciis Themistoclis, futura coniectare & præsentia nauiter admini-

strare consueti. Sed postquam Atticæ triremes Cimonem Duce, subactō mari, Cyprum Ciliciamque inuaserunt, præcepit Rex Themistocli ingratis Græcis occurrere, & pollicitis stare. Ille verò prioris laudis verecundia ductus, quæ ex seruata patria contigerat, peractis sacrificiis, epoto taurino sanguine, fortè etiam veneno infuso, in Magnesia, quam illi regionem Persa donauerat, decorum imposuit finem: magis tum Regi Persico admirandus, vbi mortis modū & causam resciiuit. Hęc audiens Ludouicus, cuius erat pietatis & iustitiæ, frontem contraxit, tanquam durum aliquid contra Medicem statuturus. Sed præsto fuit Georgius ab Amboesia Cardinalis, Rotomagi Antistes, quod illi vnicum fuit sacerdotium, nec aliud ambiuit, cum plurima glutire potuisset, nempe Rom. Pontificis in Gallia Legatus, & intimus Regis assessor, gratia, doctrina, & animi moderatione venerabilis, diuitiarum inuidiam redivus mediocritate vitans: Iure, inquit, exactus est vrbe sua & dominatione Themistocles, si quidem consentaneum est id iuris in quemlibet seruari, quod ipse in alium constituerit. Ecquis nescit Themistoclis æmulatione & nequitia Aristidem longè meliorem & mansuetiorem ducem de Reipublicæ administratione deiectum, qui vita & oratione iustum & rectum constantissimè defendit, nulli facilitate sua ad iniuriam patrocians: & qui (quod quidem perdifficile est in magna peccandi licentia) nihil auarè, nihil impotenter fecit, aliter sanè quam Themistocles pecunias

*Plutarch.
in Themistocle.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 251
infulis quamplurimas imperans & corradens? virū equidem callidum perimens, cum seipsum peremit. At Aristidem Lysimachi filium Græcorum probatissimum asserit Plato, qui nec afflictum quidē Themistocle maiestatis ad populum reum molestia amplius affecit, licet Cimon & Alcæon accusationi diligentissimè incumberent, ne in calumniæ incidere suspicionem: Quam, inquit, haud scio an Florentini euadant, qui non ita pridem Petrum Medicem, vt Gallorum Regi Carolo VIII. nimium tribuentem, & periculum capitis & fortunarum pro Gallorum in Italia res gerentium salute subeuntem, exulare & indigna perpeti coegerunt: nec verentur inauditum Principem ciuitatis deferre, & insidiis ac aurium infirmitate alienarum in discrimen capitis accersere. Plura dicturus erat cordatus Præsul, nisi Rex orationis cursum impedisset, Florentino Legato gratificans, & Italiam meram mente ac ore spiras propter Mediolani & Neapolis regna, in quibus vel recipiendis vel retinendis opportunum Florentinorum assensum præuidebat. Proinde veloci tabellario imperauit iter ad Petrum & reliquos Florentiæ hostes sedulo arripere, ac nunciare obsidionem soluendam, & dimittendum exercitum. quod ni paritum foret, sensuros eius rei sollicitudinem ad Galliæ Regem pertinere. Petrus his auditis procliuis erga Regis imperium, celerrimè morem gessit, sperans causam suam Regi cognitum iri aliquando: & interim tot mala animi magnitudine obruens, ac excussam

*In Gorgia,
vel de
Rhetori-
ca. &
Plutarch.*

fibi de manibus victoriam patienter ferens, & receptui ad tempus canens, nouo bello præter opinionem spemque implicandus. Cuius quidem belli nube totam ferè Italiam contigit inumbrari, & tranquillitatis radios totis XII. annis abscondi: præsertim anno millesimo quingentesimo secundo, & deinceps quâdiu Latium & Campania Gallicis armis fremuere. Tum Petrus, qui malis & ærumnis videbatur fieri audacior, quiq̃ue cum Gallicis bello viuere aut mori cupiebat, nusquam ab opinione desciiuit: tametsi Rambertus Malatesta Sogliani Comes sollicitatus maiorum stipendiorum spe, Consaluo Hispaniæ militiæ Duci hæssisset, & Petrum vt idem ipse faceret, crebrò instigasset: & Francisc. Gonzaga iam defectionem moliretur Italicis copiis præfectus, magnæ autoritatis Dux, à Petro non semel obiurgatus, quòd Lirim fluuium traicere nimium cunctaretur, & belli molem eò traducere. Ita profecit Petrus, vt neminem idoneiorem Galli censuerint, cui machinæ bellicæ concredentur, non vulgari honore, & fidelitatis exploratè egregio argumento. Eas à se desertum non iri, quamdiu solem vitæ testem haberet, nimium verè Petrus spondit, vt potè qui nec moriè deseruit. Nam cum Ludouicus Salassiorum Regulus Gonzagæ subiectus machinas Caietam portari curat, quò equitatus pariter robur deduxerat, decretum est, vt nauibus fluuiatilibus imponerentur: Petro pertinaciter adhærente, seua hyeme, & sinu Caietano, in quem Liris præceps confluit, yndas &

fragorem excitâte. Erat res digna spectaculo ad humanæ fortis estimationem, in tenui nauigio Petrum cernere vectorem, qui ante totam Hetruriam pauore conuulserat, pro Gallia periclitantem, qua impetrante maturam prius amisisset victoriam. Certè Alegrius & Baiardus illustres Galli, Petri constantiam mirum in modum efferebant: in tantum prorsus, quâtum aquis obrutum post extulere planctu & lachrymis: cum lembus oneri non sufficiens, dissolutus tormenta ignea & Petrum toto pelago sepeliuit: vbi igneus etiam Petri animus stridens aliquantisper, mox lætus ac lotus cælum reuisit: non minus equidem iucundus superis, quàm ipsius fluminis ripæ accolis apparent lætè. Qua de re M. Tullius lib. 5. De ^{is liber} legibus: Vis-ne igitur, inquit (quoniam sol paulu- ^{nō extat.} lum à meridie iam deuexus videtur, neque dum satis ab his nouelliis arboribus omnis hic locus opaca- ^{Macrob. lib. 6. c. 4.} tur) descendatur ad Lirim: eaque quæ restant in illis alnorum vmbraculis, persequamur? Non me præterit Consaluum Hispanum & Fabium Vrsinum, qui non multò post sagitta Bayleni Aquitani traiectus occubuit, dum Gallos à transmittendo Liri intentiùs arceret, dixisse Petrum seras pœnas quandoque daturum, propterea quòd operam tantam Gallis nauaret: & demùm post Petri naufragium Consaluum adiecisse, Neptunum sibi vidcri iustum ædilem, qui Gallicam suppellectilem velut malas merces in mare proiecisset, atque Petrum vitæ exitu declarasse qualis antea vixisset. debili profectò coniectura. Cò-

Tit. iiii. lib. i. stat enim bonis viris, strenuis, & claris, finem vel similem, vel multò inertiorem contigisse: vt Tyberino Albanorum Regi, qui Albulæ amni nomen celebre reliquit, eodem submersus dum traicit: Necnō Fridericus Ænobarbus Imperator Germanicus ad solem orientem factus illustrior, Turcis apud Iconium iusta acie superatis, Armeniis deditone captis, Syris ægrè resistentibus. Is etenim dum Antiochiam ire contendit, & interim in flumine lauatur,

Anno 1189. ut ait Palmerius in Chronici lib. 2. in si. de Isacij Angeli imperio aquarum diuortii haustus perit: vir iudicio prudentum tali obitu felix, vt Nicetas refert, qui propagandę Christianę Religionis amore, patria, deliciis, tranquillitate, familia domi relictis, exteris nationes & immanes peragrauit, non tantum vt vinceret, sed etiam vt pro Christi nomine moreretur, cuius explorata sunt iudicia. Nec si bonis malè aliquid accidit, aut ediuerfo, à virtutis semita oportet nos dimoueri, qui perennis vitę speramus solatia: dum audimus duos Scipiones fortissimos & optimos in Hispania à Pœno oppressos, & Paulum Consulem apud Cannas, nec tectum parietibus domesticis Africani, & perpaucos Apostolorum sua morte consumptos. Non continuo neglectos à superis homines arbitremur, vt impius Telamon in tragœdia:

Nam si curent, bene bonis sit, malis malè, quod nunc abest. aut vt M. Manilius, qui ob eandem causam putauit fato, non Dei occulto iudicio mortales agitari.

Quantum est hoc regnum, quod Regibus imperat ipsis?
Quinetiam infelix virtus, & noxia felix:

Et ma-

Et malè consultis pretium est, prudentia fallax.

Sed nihil huiusmodi sentiet, qui meditabitur fore, vt in cœlo huius vitæ detrimenta multo cum oblationis fœnore bonis & prudentibus pensentur. Idcirco cum nunciatum esset Christo Pilatum nonnullos Galilæos inter sacrificandum occidisse, hor-^{Luc. 13.} tatus est, ne quisquam existimaret illos præ cæteris peccasse, sicut nec illos decem & octo, quos turris Siloë ruina præcipiti miserè obtriuerat Hierosolymis. Tamen respiciendum, & à peccatis abstinendum præcipit, ne imposterum quippiam simile contingat. Fortè namque plectitur corpus, vt sit anima incolumis, sicuti exercuisse Apostolum summum legi-^{1. ad Timoth.} mus, ipsomet attestantè, erga Hymenæum & Alexandrum, vt discerent non blasphemare. Et alibi, ^{1. corint. 5} tradi iubet pollutum incestu virum Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit. Sed nemo interfuit consilio summi Dei, qui fati legem pro arbitrio dat, & solus eam interpretatur. Non defuere, qui Petri Medicei submersionem & mortem retulerint ad lugubrem illam pugnam, & clade mutua functam, quã commissi duo nobiles exercitus, Gallorum videlicet, & Hispanorum, Iulij II. Pontificis ære & imperio militantium, Rauennæ paludes colorem mutare coegerunt densa nece, eaque intempestiuè patrata * eo die, quo Christus (proh dolor) ad publicam humani generis lætitiã ab inferis resurgens de^{1512. ut in Rosario Ludouici.} morte triumphauit, cuius anniuersaria solemnitas piè frequentatur: cumque victoria in Gallos ineli-

S f



nasset, Vasto Fuxensis Nemorosi Dux, Ludouici XII. Regis præfectus Max. qui vincendi parsimoniam oderat, Italos fugientes tandiu persecutus est, quoad ex desperatione audaciam caperet, & victorem trucidarent parua suorum manu præsidia prætergressum, iuuenili ferocia, quam Palicius nobilis eques sæpè cohibere tentarat, pro amicis omnia timens, pro se nihil, nisi ne non dignus suscepto munere quandoque videretur. Vbi verò extensum aspexit Ducem, decoro puluere, ac sanguine honestissimo sordidum, inultum non est passus: sed contractis classico militibus hostes protinus inuasit: à fuga retractos sine delectu dignitatis occidit, præter perpaucos, quibus belli fortuna ignouit, vt in triumphum seruarentur. Postea Rauennam oppugnari & diripi iussit, ac tandem de sepultura Principum virorum cogitari. nam & Alegrius & Sanctomorius vnà intercederant. Placuit autem militiæ Tribunis Fuxensem Mediolanum perferri regali pompa, atro feretro, atratisque lictoribus, clangentibus tubis, quibus sylvæ & saxa latè respondebant, ponè sequentibus captiuis alieno suoque malo mœrētibus, tum signis militaribus, quæcunque defunctus ab hostibus extorserat. Non puto celebriore lugentium conuentu Sarpedonem Lyciæ Regem bello Troiano à Patroclo peremptum, in patriam delatum, lotum priùs flumine & Ambrosia, & immortalis veste indutum Apollinis mysterio, si quid Homero credimus. Nam etsi victoria luctum minuisse poterat

Iliad. 16.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 254
 misto gaudio, durus tamen videbatur, quisquis Fuxensis morte non angeretur: vt olim obseruatum Gregorius Nazanzenus tradit Constantio Augusto, qui Iulianum Cæsarem designarat, iuxta Ciliciam mortuo, dum ingratum tantique beneficii immemorem, mox ingenti exercitu debellatum iret, qui in Gallia se pro Imperatore summo gesserat. Copiæ enim vniuersæ desiderio & misericordia motæ honorificè corpus Augustum comitatæ sunt, & desertorem Iulianum obuiam ire coëgere, demisso vultu, deposito diademate, iustaque persoluere, donec ad sepulchrum Constantinopolim perduceretur. Ita ^{Niceph.} ^{lib. 9. ca.} ^{50.} ciues Mediolanenses nullum obsequij supremi genus, nullum lugubre melos, nullum publicæ tristitiæ indicium prætermisere. Sed plangentium fuit nemo, qui Regem Ludouicum certiozem factum superarit. Is nimirum caro emptam exclamauit victoriam, morte nimirum Rollani sui. sic enim Fuxensem vocare sueuerat, quem tribus Rollanis antiquis redimendum Galliæ asserebat. Contrà verò Gallicæ rei hostes eo perempto valde exhilarabantur, ac per ludibrium mirari se dicebant, mortuum longo itinere ad Insubres sepultum iuisse, cum vindique ad inferos tantumdem viæ esset, idemque descensus, vt dixit Anaxagoras. Labantibus sensim Insubrium animis, & Gallorum iugum excutientibus, non defuere, qui prædicarent Serpentem visum de Fuxensis tumulo sibilium exilire, & hi maximè sacrificuli: nam ab iisdem sæpè aliquid spectri noui

S f ij

intelligimus. Sed Phyci mitiores:

Sunt qui cum clauso putrefacta est spina sepulchro,

Mutari credant humanas angue medullas,

*lib. 15. Me
tamorph.*

vt ait Ouidius. Et, ne quid desit commento, addit

*lib. de hi.
animal. 1.
cap. 51.*

Alianus, *πομπήν αὐθρότων βέλους τοιαύτην ἔμελλε βίον.*
id est, malorum hominum spinas post excessum è vi-
ta talia scilicet monstra parere. digno profectò mo-
ribus foetu, cum serpentis parens impius efficitur.

*lib. 9. hi.
stor. c. 17.*

Attamen comperi apud Sozomenum, in finibus E-
leutheropolis Palestinae, Zacharie Prophetæ sepul-
chrum inuentum, ibique ligneam vrnâ plumbeam
extrinsecus, ac vas vitreum aqua refertum, & iuxta
illud duos serpentes innoxios, vt mansueti vide-
ri possent. Sed nec propter hoc adducar, vt credam
de Fuxensi rumorem sparsum: idè quòd non sit ve-
rissimile corpus optimi equitis odoribus conditum,
aliqua sui parte in anguem degenerasse. Sed tales nu-
gas in vulgus emiserat malignitas Iulij II. Pontificis
Rom. credulitas rudis dederat incrementum. Si qui-
dem Pius III. vix triginta dies Pontificiam tenuit
sedem, cum ex veteri cruris vlcere fatis concessit,
tanquam ex Petri Apostoli nauicula in Charontis
fabulosi cimbam repentè translatus: post quem pur-
puratus Patrum cœtus in Georgium ab Ambœsia
Cardinalem Gallum propensissimus videbatur, eò
magis, quòd & antequàm Pius comitiis Pontifex de-

*rolaterr.
lib. 22. in
fin.*

signaretur, eidem Georgio potior pars studuerat,
Cæsare Borgia adstipulante, qui armato præsidio vr-
bem firmarat, & post iussu Georgij excesserat in Cæ-

paniam. Verùm huic candido viro os lepto com-
mento subleuerat Franciscus à Sauona Cardinalis,
Sixti III. fratre genitus, quem alij Iulianum appel-
lant, Sabatia Ligusticæ ciuis, Borgiæ capitaliter in-
fidians, & eum tadem quæstis præcipiti victoria per
Italiam rebus, citò spoliaturus: Similiter Gallis clan-
culum infensus propter Pontificatum affectatum,
ita vt dormiens nihil aliud somniaret. Proinde is a-
liquando Georgium opperitur, ei simulatè gratulâs,
quòd Gallis suis excelsum sacerdotium esset restitu-
turus, quod Gregorius XI. Lemouicus Auenione
Romam traduxerat, * id sibi Gallis finitimo periucū-
dum fore: Vereri se tamen interim, ne æmuli cœle-
stis spiritus bonum in contrariam partem detorque-
ant, & violentia potius quàm meritis Georgium e-
lectum calumnientur, tantisperdum cohortes ar-
matæ in vrbe essent. Itaque non permittendum di-
gnitatem omnium sanctissimam, obtinenti magni-
ficam, Reip. Christianæ salutarem, falsis rumoribus
inquinari. Hac dulci vafritie delinitus Georgius vir-
tutis suæ sibi conscius, Gallum militem abire procu-
rauit, & Liguri locum fecit, quem suffragatores Iu-
lium nominarunt, rudimenta quædam humanitatis
& sanctimonix ostentantem, quoad Gallorum au-
xilium Ioannem Bètiuolum Bononia exegisset, & cir-
cumiacentibus municipiis multasset, quorum iniu-
stus occupator creditus est: ea forsitan lege, quæ nos
fortioribus adigit succumbere. Atqui posteaquàm à
Rege Ludouico XII. optata emunxerat, ingratiissimè

*In Rosario
1503. dicitur
Francis-
cis.*

** Summa
1373.*

insurrexit, vt Gallos ipsos Italia prorsus abigeret, concitatis aduersus eos vndiquaque Principibus, vt iam supra attigimus. Quinetiam parum memor, iustum Petrum Apostolum à Christo, quem tamen iure tuebatur, gladium vagina reponere: ipse lorica-tus Romam militibus compleuit, ita vt vrbs tota armis magis quam hymnis sacris perstreperet: & clauibus aureis proiectis, quibus videlicet cœlum recludere consueuerat, enssem dextra arripiens, sinistram clypeo inferens, & nihil non pestiferum Gallis minitans, urbem circumambulabat, clade Rauennate magis stupefactus quàm omninò territus: perinde atque dicturum cum Africano Ennij putares:

Citat. La-
tant. lib.
1. cap. 18.

Si fas cadendo cœlestia scandere cuiquam est,

Mi soli cœli maximia porta patet.

Nam & versiculis ad Gallorum ignominiam spectantibus mirè delectabatur: adeò vt poetæ stateres aureos ducentos numerarit, præter delictorum abolitionem, qui hos vulgasset:

Iulius euulsit Gallis cythereius alas:

Martius hic prisco Cæsare maiore erit.

Eminuit in contrarium non inelegans Distichum, dignum, opinor, quod Catulli esset, non auctoris incogniti:

Fœx Ligurum Romam, ponti fœx concutit armis

Iulius, huic Brutum Gallia fortis alit.

Nonnulli adiciebant rediisse pro certo Iulij seculū, quo ille nimirum profusa largitione Pontificatum indeptus fuerat conflato multo ære alieno, supera-

In Iulio,
cap. 13.

tisque, vt Trāquillus ait, duobus competitoribus e-tate & dignitate potioribus, & quo etiam pro veteri ritu arma Martis apud Pontificem adseruabantur, vt scripsit Dion: & ea sonitum magnum edidisse nocte ^{lib. 44.} concubia, pridie quàm in curia à Bruto & Cassio oc- ^{Roman.} ^{histor.} cideretur Iulius Cæsar, sibi quoque visus in somnis supra nubes efferi, & Iouis dextram tangere, vt hic, qui somnians in vigilia, Christi partes sibi vendicabat, bella ciens nō minus studiosè, quàm ille pacem commendarat. Iulius demum, qui nihil doctrinæ cum illo primo & perpetuo Dictatore commune habuit, nihil fidei & beneuolentiæ, nihil cum Apostolo Petro sanctitatis & prudentiæ, nihil morum (nisi forsàn quòd Petrus in mari innoxiam piscationem exercuit, ille aliquandiu, vt aiunt, piraticam) post nouenne imperium, & si quid mensum excurrit, obstinatum in Galliam animum ad Manes tulit: successorem habiturus Io. Medicem Petri mortui & ^{platina in} Iuliani fratrem, cui Leonis x. Inditum nomen, fau- ^{leone 1.} stis profectò auspiciis, & quo sibi mirum in modum ^{or 3.} placuit, propter Leonis similiter Papæ cãdidos mores & singularem doctrinam, non modò illius tertij, à quo Carolus Magnus Romæ Imperij coronam accepit, maximo Franciæ ornatu, sed etiam Leonis primi similiter Tusci, atque, vt accepi, Florentini, Quintiano patre nobiliss. & Cecilia matre editi, qui trucem illum Attilam Hunnorum Regem immani exercitu & recente victoria insolentem comi affatu sanctitatis & numinis pleno ab vrbe Roma arcuit, &

eandem templis ac flaminibus amplificauit. Ceterum Leo Mediceus decessore suo non æquiores se ab initio in Gallos ostendit, ne ab illius instituto alienus diceretur, à quo officiosissimè acceptus fuerat, & Bononiæ administrandæ Legati honore præfectus: ac in inuidiam Florentinorum ad maximum autoritatis fastigium euectus, qui nuper P. Soderinû Thomæ equitis filium, prolis expertem, opibus fecundum, Mediceis infestum, perennis Vexilliferi munere donauerant: Sed cum populari aura se altius æquo efferret, deiectus est post decennium, magno Mediceorum ornamento, & bono: utpotè qui extemplo plaudentibus patritiis, plebeiis non repugnantibus, pristinos honores recepere: uti antè cautum fuerat decreto conuentus Italici publicè habiti Mantuæ, cui Gurcensis Cardinalis pro Maximiliano Cæsare interfuerat, aut præfuerat.

CÆTERVM postquam Pontificium culmen scādit Leo, neminem piguit, tum ipsi, tum Iuliano fratri, & Laurentio Petri filio plurimum obsequij impertiri. Nemo etiam fuit, quem comitatis suæ participem non vltro faceret. Etiam eos nō repulit, quos antea oderat. Nam & Petrum Soderinum, cuius inimicitia tandiu in Mediceos exarserant, exulare diutius non est passus, & eiusdem cognatos complures cumulauit nouis dignitatibus: magni animi esse ducens iniurias & offensiones despicere, & seruare esse proprium excellentis felicitatis, quæ nunquam magis suspicitur, quàm cum illi contingit idem posse quod

quod Deo, cuius beneficio tam boni quàm mali in lucem edimur. Libens igitur videat, seruetque Princeps bonos vtilésque ciues, alios in numerum relinquat: & cum illos esse gaudeat, hos saltem patiat, nec fortunatum se putet aliena miseria. Vnde Hadrianus Imperator iure laudatur, qui quos in priuata vita inimicos habuerat, in tantum neglexit, ut vni, quem capitaliorem senserat, mox adeptus Imperium diceret: Euasisti. Proinde putem ad Leonis Pontificis mansuetudinem spectasse Claricię matris infomnium. Illa, non secus ac Periclis summi Ducis & Oratoris Athenas facundia concutientis præclara parens, per quietem visa sibi est, dum vterum gereret, parere Leonem iubatum rarę magnitudinis. Id relatum ad coniectores, perterruit: maximè, quoniam Aristophanes in Ranis, neque Leonem alendum in Repub. scribit, neque Leonis carulum: id est, impotentem virum, qui nonnunquam legem possit opprimere: & quia Leo non nisi morte matris in lucem vitę vulgò prodire circumferretur, & si hoc fabulis ascribit Aristoteles. Ingeminabat terrorem, quod Claricia, dum infantem eniteretur, periculo mortis non caruit. Felixque tum putabatur Apollonij Tyanei parens, quæ in prato florido somno capta, cygnorum circumstantium concentu, deinde spirante Fauonio, somno soluta, sine obstetricis officio puerum edidit: qui dum in virum euasit, Philosophia vel Magia excelluit, eorum tamen malo, qui ei aras templaque ut Deo consecrarunt. Quo-

Flavius rum fuit Aurelianus Imperator in somnis ab Apol-
Papiscus lonio admonitus, vt siquidem imperare vellet, ac
in Aure- vincere, à cruore innocentium abstineret: clemen-
liano. ter omnia ageret. Probè quidem, nisi Pythagoreæ
 disciplinæ instaurator superstitione mortalium mē-
 tes fascinasset. At Leo Pontifex literis ingenuè insti-
 tutus, synceris Philosophiæ & Theologiæ præceptis
 ab adolescentia claruit. Extat Politiani epistola ad
 Innocentium VIII. Pontificem Rom. qua Ioannem
 Medicem in cœtum Cardinalium cooptatum gratu-
 latur, adolescentem nulli æqualium industria, nulli
 præceptorum eruditione secundum: antè à Ludoui-
 co Francorum Rege opimo Archiepiscopatu dona-
 tum, nec sub galeri pondere anhelatè: & vt semel
 dicam, iam indicantem quanta cum sapientiæ luce
 sedi Romanæ aliquando irradiaret, iustitiam & be-
 nignitatē dignitati suæ excelsæ copulans, instar esti-
 ui Leonis in signifero cœli orbe iuxta Virginem &
 Libram collocati. Quod quidem omnes fatentur,
 exceptis fortè iis, qui præiudicio sacerdotij supremi
 vtuntur, & Pontifices cane peius & angue sine vllò
 delectu execrantur, & malos semper esse illos impe-
 rant, veriùs quàm probant: Nec Leonem Medicèum
 erga inimicos mansuetum fuisse credent, sed fera si-
 bi cognomine sæuiorem, quæ generosa natura mi-
 rabilis supplices homines exaudit, prostratis parcit,
 in infantes non nisi magna fame fremens: præter-
 quàm quòd subuereri agnouit, ac se submittere cū
 expedit, præsertim gallo aui domesticæ: eius enim

plin. lib.
8. cap. 15.

Alia. li.
3. de hist.
animal.
cap. 31.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. IIII. 238
 cantu contremisit. Proclus causam affert, cur gal-
 lus à leone timeatur, & quasi colatur, ab ordinis cœ-
 lestis contemplatione, quòd vis Solis magis in galli-
 naceum agat quàm in leonem: vt liquet ex eo, quia
 ille surgenti Soli quibusdam hymnis applaudit, &
 aduocat: & quòd nonnulli dæmones leonina specie
 apparentes viso gallo euauerunt. Id manifestum
 fuit, dum Genuenses ad ipsum Pontificem Max. tres
 Leones de Syria aduectos dono misere, terribili o-
 culorum acie, & villis armos latè flagellantibus spe-
 ciosos, quos in iracundiæ incitamento obiectus gal-
 lus placauit: & à tam friuolo initio magnam rem su-
 bortam ferunt, dicente tum Iuliano Mediceo in au-
 rem Pontificis Leonis, periculosum fore diutinum
 contra Gallorum Regem certamen. Istud ipsum ani-
 mo meo iam dudum volutabam, Deum nunc planè
 Gallicum esse intelligens tot experimentis, inquit
 Leo Pontifex: Te enim, ô Iuliane obuium cum mag-
 nis legionibus ex flore Italiæ selectis miseram Frã-
 cisci Francorum Regis conatus præpediturum, &
 Mediolanensibus subsidio futurum, quorum domi-
 natu iam impunè fruitur. Te valetudo coëgit Florẽ-
 tię sisti, & Laurentium nepotem nostrum suffici, pro
 ætate quidem prudentem & strenuum, sed nescio
 quid Gallici redolentem. Prosperum Columnam
 mille & quingentis equitibus lectissimis instructum
 Sfortiæ Duci subuenturum opinabar. Is, vt accepi,
 de via fessus dum equitatum reficit, dum laxamen-
 tum turmis dat Villęfranchæ in ipsis Alpium ramẽ-

lib. de sa-
crificio
Magia.

tis, per argutum exploratorem detectus, Palicio & Ambignio Gallorum tribunis præde fuit, cæteris vel cæsis vel captis. Tanta denique strages facta est Heluetiorum, quos Sfortia cōtraxerat, vt hostes inuenire quàm vincere laboriosius Gallorum Regivideatur. Collatis huiusmodi sermonibus decretum omninò fuit Leoni Iulianoque fratribus numini cedere, & Francis reconciliari. quod haud difficulter obtentum est propter arctissimū necessitudinis vinculum, quod inter Franciscum Regem Caroli Ducis Engolismensis filium & Iulianum Medicem intercedebat, huius enim coniunx Philiberta Nemorosi Ducatu dotata, Caroli Sabaudie Ducis soror, Francisci erat matertera. Eam Iulianus Niceæ luculento apparatu sibi pactam secundo vento Romam perduxerat, nuptiarum festiuitatem cæremonia & lautitia mirabili celebraturus, & dapibus ac cœnis utique Pontificiis, & singulari totius populi hilaritate plausuque exceptis, potissimū propter Iuliani Principis munificentia æreos argenteosque nummos spargentis: vt primū Romæ cœptum est fieri Sp. Posthumio, Q. Marcio Coff. Sed & celebrioribus vrbis locis aurei missi sunt invulgus lætium & auidum: unde & **MAGNIFICI** agnomen est nactus. Nec fuit locus Iustiniani sanctioni, qui soli Imperatori missilia aurea permittit: Consulibus autem Rom. aliisque largitionem festiuam publicè facturis, argentea. Itaque cum primū fama vulgauit Franciscum Regem Mediolano potitum, vndique Itali Principes gratu-

Plin. lib. 33. cap. 10

§. 2. de cōsulibus coll. 4.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 259
latum illi per Legatos misere, faustitatem illi diurnam precantes. Nec defuit Iulius Medices Iuliani Leonisque patruelis, galero ac pallio muriceo splendidus, sed plus ingenij acumine: ob id cœlitus successor Leonis designatus, & iam tum interpretis ac arbiter sublimis Pontificatus gubernandi. Is cum Rege fœdus percussit Leonis nomine, quem propediè Bononiam venturum spondit, vt commodius Regem eodem iturum de grauibz communibzque rebus colloqueretur: nempè de Sacerdotiorum in Gallia distributione, abrogatis veteribus institutis pragmaticis, reclamantibus interim Academiis & Ecclesiis. Stabilita concordia in eo publico conuentu, transactisque negotiis, discessurus Rex, victor hostium, ingeniorum & literarum fautor, Iulium Legatum liberaliter profecutus, Præsulem Narbonensem fecit, plerisque posthabitis, qui id honoris efflagitabant, vt id esset pignus amicitie in Galliam sempiternæ, atque cum Leone communicatum eroga mitiores literas tum primū instaurari, & os pulcherrimum ostendere incipientes: ad cō vt Leo fida vndique grauisimorum autorum exemplaria requiri, & impendio cœmi mandaret. Certè Alciatus ipse vidit Leonis beneficio factum, vt: quinque priores libri Cornel. Taciti nobilissimi historici à barbaris multo auro repenti, antea verò desiderati, legerentur: quem scriptorem Annius Tacitus Rom. Imperator perquam eruditus parentem suum non est veritus appellare, & in omnibus bibliothecis colloca-

re, ne tam ferius autor incuria deperiret. qui sic alibi loquitur: Quotusquisque cum ex Hispania vel Asia (ne quid, inquit, de Gallis nostris loquamur) in urbem venit, Salecium poetam requirit. Gallicam ergo stirpem redolebat.

SED reuertor iam ad Massiliæ Episcopatum eidem Iulio incumbentem, à quo quidem illi ad Romanum gradus quodammodo factus est: non prius tamen, quam per varia rerum discrimina tentasset, cognitionem aliquam esse vitæ humanæ & anxietatis: tunc præsertim cum Iulianum Medicem mori contigit, nemini industria, paucis gloria secundum: quique hanc sibi comparasset rebus iuste & fortiter gestis, ut ipse sex hæc literis triquetra figura septis significabat, * G L O, V I, s. Proinde ita post mortem laudatus est & desideratus, ut viuere ipsum adhuc, reliquos extinctos iudicares: maximè Philibertam uxorem, quæ ad lares suos rediens auro & gemmis cumulata, non glutito igne, ut Portia Bruti, sed dolore nimio animum coquente, intabuit. Quocirca Florentinæ Reipub. gubernacula Laurentius accepit, fretus patris Pontificis autoritate, & suadendi facultate. Nam res oratione, verba sententiis illustrans, populo grauius demonstrabat, vnius gubernationem auditu molestam, experientia suauem, omnibus conducere: cum facilius sit bonum quempiam vnum quam multos inuenire: & si quandoque inueniantur, tamen delabi ipsos in mutua dissidia Reipublicæ exitialia, cum ex dominatu libido, ex inuidia contectio,

* Id est, Gloriavir tutam sequitur, vni reor.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 260
nascatur: Argumento esse eas gentes, quæ Regibus pareant præ cæteris, quæ multorum imperio subiiciuntur, florentes, tranquille & honoratæ: Extremam verò perniciem reperiri in administratione populari, quæ velut multorum capitum fera, semet dilaniat, & in contraria studia fluctuans disperit: siue propter procliuēs ad repugnandum hominum voluntates, siue ob inopiam plebis, mali aliquid sæpenumero suadentem. Idcirco Aristoteles reprehendit Rempublicam Lacedæmoniorum, in qua Ephori magistratus summam potestatem habent, sumpti ex plebe omnes, ut multoties contingat valde pauperes homines ea dignitate gaudere, & propter paupertatem venales esse. Ostenderunt, inquit, id sæpè prius, & nunc in Andriis. corrupti enim pecunia quidam illorum Rempub. penè euerterunt, & propter nimiam potestatem Reges populares fieri compulerunt. Magnum pondus addebat Laurentij dictis ditio Vrbinatum Hetruriæ cōfinio, & situ proprio clara, ut ex Procopio didici: apud quem Vrbinum in colle positum est, aditu difficili magis quam inaccesso: sed ita, ut ciuitas in planitie accommodata sit Boream aspiciens, cuius naturali munimento fidentes Gothi, adigi non poterant, ut Belisario Iustiniani Imperatoris præfecto maximo, à quo obsecsi oppugnabantur, se dederent, quoad fons vnicus Urbini tunc de improviso exaruit. Qua ex re Barbari territi, è pinnis dextra manu protensa pacem suppliciter poposcere. Planè videntur mihi Romani

Lib. 2. v. 7.

Lib. 2. de bello Goth.

Polaterr. lib. 6. Geograph.
 Pontifices Vrbinum in ludum & delicias versatiles traxisse, postquam Federicus Vbaldinus Florentia oriundus, à Monfeltrano adoptione in filium accitus, & à Pontif. Sixto IIII. Dux ex Comite factus, pace belloque optimus, facē veræ laudis sequacibus accendit, superflite Guidone filio: qui à Cæsare Alexandri VI. filio pulsus, vbi fortuna illius à Petro Mediceo destituti refrixit, rursus Vrbino iucundissimus propter benignitatem fuit, Monfeltrani cognomine suscepto, quali se auus Federicus ornauerat. Hoc vt ementitum Iulius II. illi extorsit, vt Fr. Mariam Rouerum agnatum præficeret, & bearet satis infelicitè: vt potè cum Leo Pontifex Roueri expellendi cōsiliū inierit, vt malis rationibus quæsitum Principatum malè perderet: idque Alfonso Medicei Laurentij matre instigante, quæ filio tantum commodi & decoris ambiebat. Et quia nouerat nihil nefas esse regnandi cupidis, copias vndeunque filium cogere hortata, perfecit vt Rouerus obsidione pressus, incolumitate impetrata, saluisque rebus transfuchi solitis, excederet: & disceret Imperium dolo partum ad posteritatem ægrè transire, vt Apollo Croeso Regi respondit, nec inerti nec malo, postquam is à Cyro Medo superatus in prælio Sardiō intelligere causam tristissimi euentus optauit. quod nimirum scelus Gygis abauī sui lueret, qui Candaulē Lydorum Regem, cuius erat satelles, maectauerat, cuiusque vxorem ac regnum simul inuaserat. Sic Laurentius Medices Rouercam vltus est familiam,
 & re

Herodot. lib. 1.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 261
 & re benè, aut saltem fortunatè gesta, Urbini sedes suas constituit, vel potius variæ virtutis officinam, ad quam adolescentes Principum filij poliendi mittebantur vndique, siue armorum, siue artium benigniorum peritiam requirerent: quas quidem artes ipse à pueritia pernouerat: non aliter quam Tarcon Tyrrheni Lydi Ducis auspiciis coloniis deducendis præfectus (cuius etiam Lycophon meminit) Hertrurix non leue decus, & propter singularem prudentiam à puero canescere creditus, atque Tarconix ciuitatis conditor. Nam & Cygnum eadem ratione ab infantia canum fuisse, & candorem in plumis retinuisse veteres prodiderunt, Ligusticæ orę ornandæ nõ minus idoneum, quam Hetruscę Laurentium meritò prædicamus. Cui cum fortuna in dies secundos successus pareret, contigit tandem Claudiam Francisci Gallorum Regis coniugem filium parere, Delphinum regni, de more, sese hilariore vagitu faciliè indicantem. Lauacro sacro vt solemniter ablueretur, susceptor destinatus Leo Pontifex, multis magnisque de causis districtus, suscepit Laurentium Urbini Ducem, & regio prorsus comitatu stipatum in Galliam misit: vbi non natura tantum vernabat Aprili lætissimo, sed & populo in concessas voluptates soluto: idque potissimum in opido Ambœsia, vbi Duci Vrbinati Lotaringus socius extitit infantis Regij, cui Francisco fuit nomen, ad baptisma producendi, simul cum heroide Alenconica, Regis sorore erudita. Mox repetiti ioci, spe-

Eustathius, interpretes Dionysii.

Anno 1517. ultimo Februarij.

ctacula, commissi equites simulatis duellis, musici concentus, choreæ puellarum nobilium, nubilium-que chori. E quarum numero vna Laurentio perplacuit, in cuius genis pudor quid ipsa inuicem vellet, scribebat, oculis idem fatentibus, in quibus amoris sedem plures collocarunt, vt Sappho cum alloquens, qui formæ bonum admiraretur: Consiste parumper, amice, inquit, gratiâque in oculis considera. In oculorum radiis crescebat fax amorum: Et cor feruebat inuicti ignis impetu, inquit Musæus:

Athen. lib. 13. c. 6

In Leonardo.

ἡλικὸν δὲ τὸν παλαιὸν ἀνικητὸν πύρος ὄρμη.

Quamobrem Romam reuersus Laurentius nihil prius habuit, quàm Leoni Pontifici detegere quidnam ipse cuperet, & cuius esset puella quam deperibat, vltimi scilicet Bononiensis Comitis filia, regij stipitis perantiqui ramus, pudica Magdalena Turrita: quam absentem, & Leoni patruo gratam, & ferè cognitam (cùm Fama & Amor similiter alati latè longèque omnia reuelent) Laurentius amatoriis verbis, quorum Italia ferax est, sepius à se alloquebatur, modo stellam vocans noctu diuque lucidam, modo facem cursum suum in tenebris dirigentem: alludens, vt suspicor, ad minorem Arcton, polo propinquam, inextinguibilem, & quæ sola Oceano non lauetur, vt ait Homerus:

Iliad. 18.

ὄϊν δ' ἄμμορος ἔστι λαστρῶν ἀκαμοῖς.

In commentariis in Strabonem. Idem Germanicus Cæsar de altera Arcto, id est, de Helice sensisse proditur:

Oceani tumidus ignora fluctibus Arcti,

Semper in occiduis seruantes ignibus axem.

Mox fortè Laurentius facis accensæ memor, cogitabat identidem virginis cognomentum, * & turrim * De la antiquam Bononiæ maritimæ in Gallia à Carolo ^{Tour,} Magno impendio instauratam, teste Annonio, ^{to. Comit. filia.} perenni lumine ad fastigium pro salute clâsis suæ & nauigantium in Oceano insignem: quam speculam ^{lib. 4. de gest. Frâc. cap. 97.} ipse Pharum vocat, à Pharo nobili Ægypti insula, à qua Reges prius Pharaones dicti, quàm Ptolemæus Lagi filius, Alexandri Magni comes, Ægyptum occupasset: & in qua Ptolemæus Philadelphus primi ^{strabo li. 17. Plin. lib. 36. cap. 12.} filius turrim excelsam poni curauit insulæ nomine, nocturno nauium cursui ignes ostendètem, ad prænunciandû vada fallacia, portûsque introitum. Ammianus tradit, Iulianum Cæsarem in Gallia res ^{lib. 10. rer. gest.} gerentem, Bononiam misisse obseruatum sollicitè, ne quisquam Oceani fretum transfret: Deinde transfisso Rheno Francorum inuasisse regionem, & nihil hostile metuentes, ac belli securos facili negotio oppressisse.

SE D redeundum est ad Medicem Urbini Ducem factum voti compotem, Leonis Pontificis diligentia, Francisci Regis mirabili lætitia & consensu: & denique optatissima cõiuge Florentiâ deducta, sensurum breui dierum curriculo nihil esse fragilius, nihil incertius hominum gaudiis: & pro iis quæ successerunt votis, facienda vota esse, ne cœlesti nutu corruant: cùm tranquillitatis portum laborum & egritudinum tempestas irrumpat, aut saltem mortis

fluctus, cui nihil est inuium, qualis vtrumque coniugum intra decimum mensem inundauit, Magdalena Turrita mariti nobilissimi & charissimi funeribus vix quinque diebus superstiti, quæ correptum fato viri mœrorem festino puerperio lenire non potuit, edita filia Catharina, futura Henrici II. Gallorum Regis vxore, Caroli IX. parente, & Regni pariter tutrice, malorum expultrice omnium, quæ ciuilibus discordia generare consuevit: Sed tunc cùm nasceretur, præfensione quadam vbertim flens & vagiens, præter seipsam omnes qui aderant, oris gratia valde recreans, atque quodammodò intelligens qualem vitam rerù natura mortalibus promiserit à lachrymulis inchoatam, & quantum à tergo tristitiæ fastigio regali immineret, nempè geminæ orbitatis iam læsa vulnere. quod recruduit Leone Pontifice defuncto, * non sine veneni suspitione. Cui post multas Comitiorum controuersias suffectus fuit Adrianus Cardinalis Barauus, senio ingenioque conspicuus, quondam Caroli V. Imper. præceptor, qui quæ doctrinæ non mediocri morum simplicitatem adiunxerat: vnde non perinde Reipublicæ turbulenti idoneus. qualem se præclarus ille Philosophus Socrates fuisse confitetur, qui ridiculus fuit inter suos tribules, nesciens supputare suffragia, & ad consiliū referre. Parum enim administrationem publicam tractauerat. Ita Adrianus aptior fuerat instituendæ iuuentæ literis placidioribus, quàm Imperio Pontificio: tametsi imago quædam Imperij in erudiendi

* Anno
1521.

Plato in
Gorgia.

præfectura inueniatur. Vnde Dionysius Tyrannus cùm Syracusis expulsus esset, Corinthi ludum ap-^{cic. lib. 9.} ruerit, ibique commodum exercuerit quod à Plato ^{epist. sa-} ne in Philosophicis didicerat. Sanè Adrianus non ^{mil. cap.} semel testatus est à Pontificatu clitellas boui im- ^{cum es-} positas, & se feliciorem re vera sibi visum, cùm Louanij ^{sem.} διδασκαλίαν exerceret procul ab implicitis negotiis: eò magis, quia circa dignitatis tantę primordia Rhodus à Solimano Turca expugnata fuetat: eamque cladem nonnulli Adriano exprobrabant, qui rebus gerendis ineptus, & periculi publici depellendi expers, classem ex Hispania nuper adductam suppeticas Rhodiis tempestiuè mittere recusarat, suspectum habens Cardinalis Medicei consilium, aliorumque, qui vt obsessis subueniret frustra obsecrabant, permittente Deo, vt vir bonus multum mali Reipublicæ suæ adferret: quem vel annis, vel tristitia grauem mors biennium integrum exigere non tulit, varia popularium existimatione, aliis valde lugentibus, aliis contrà adeò gaudentibus, vt pro foribus Atracini medici Pontificè curare soliti laurea corona cinxerint huiusmodi inscriptionem: PATRIÆ LIBERATORI S. P. Q. R. Potissimum verò infensos habuit foenus exercentes, & præposteræ veneris labe foeda pollutos: tum eos, qui cùm Christo nomen dedissent, etiamnum Iudaicam superstitionem sequerentur, mox velut obscœni canes ad vomitum impudentissimè redierant: quibus se acerbum vindicem edixerat, & vtique aliquoties præstiterat. E-

ius mortem ægerrimè tulit Carolus Imper. olim discipulus, siue laudabili pietate, siue quia propitium illi conatibus suis in Italia fore sperabat. Tum suborta est vehemens contentio Patrum iuuenum & seniorum de nouo Pontifice creando, quasi illi nunquam senectam optaturi essent, hi iuuentam nunquam sensissent. Itaque dicebant Pontificem pro Deo in terris fungi, Dei partes agere, Dei effigiem esse: maximè senem propter virtutes, quibus nihil Deus habet præstantius. Senem enim Prudentiam multa docuit rerum experientia, Iustitiam liberalitas ab auaritia abhorrens, & æui breuis recordatio: ideoque vir senex temperatior naturâ & moribus, ac constantior est in periculis, quòd mors minus sit terribilis illis, quibus iugiter impendet, & quæ vel optimam vitam necessariò sequitur: Idque claruisse in Adriano nouissimè Caroli Imper. doctore eximio, ac Pontifice pacatissimo, & antiquitùs in Athenodore Tarsensi Cæsaris Augusti præceptore, cuius precibus Tarsis ciuitas vectigalibus leuata est. huic duos & octoginta annos agèti mors contigit, & honores postea solemnès quotannis ac heroici in patria: Propterea Petrum Apostolum admodum senem Romæ Episcopatum adeptum, exemplo futurum posteris. Qui enim Christo conuixisset grandæuus, ac multis post annis regnante Claudio Cæsare Romam iuisset, xxv. annos sobrius ibidem vixit, vigore corporis & animi integro, quoad à Nerone occidi iuberetur. At Zosymus Antistes Deo amabi-

*Macrian. in
Macrobii*

*Euseb. in
Chronici*

lis, vt Iustinianus refert, pollens animi virtute, & alioqui laboriosus, centesimum & vigesimum in Ly-^{S. 1. De}cia attigit annum. Vino contingere, nō hominibus,^{monachis} vt vetustate euanescat. E diuerso iuniores purpura-^{coll. 1.}ti, quos spes alacris magis quàm mors sequi videbatur, obiecere Timotheum Episcopum Ephesinæ Ecclesiæ à Paulo constitutum, admonitum etiam vt adolescentiam sic traduceret, ne cuiquam contem-^{Ad ti-}ptibilis esset, domumque propriam sic componeret,^{moth. cap.} vt aptus dominicæ gubernandæ censeretur. Hęc cohortatio tantum ponderis apud Timotheum adolescentem habuit, vt Euangelium Ephesi exorsus, per Illyrium vniuersum & Helladem prædicauerit, vbi ^{Dorothe-}& decessit. Contrà Florētinus Anconæ propter sin-^{us Tyrinus}gularem disciplinæ sacre notitiam Episcopus factus ^{in Synopsi.}suffragio, senio pernicio, & tenacitate senij comite, repulsam est passus, posthabitus iuniori. Serò enim sapere incipiunt senes, præsertim ingentibus ^{Can. 2.}adhibiti negotiis, cum per otium nihil nisi ad mor-^{dist. 85.}tem properare queunt. Ideoque Antiphani poëtæ, Τὸ γῆρας ὡς ἀπὸ βωμὸς ἐστὶ τῶν κελῶν, id est, senium est ^{stob. ser-}tanquam ara quedam malorum. Ad eam enim om-^{mon. 115.}nia mala confugiunt, omnèsque angores. Atqui vires & studia ingenuis hominibus concessa, repente fugiunt, & deflorescunt: vt minimè ad Dei aram senectute pressos admittere expediat, quam tueri non consiliis tantum decet, sed etiam armis, vt modò Rhodus in sula supremo excidio declarasset: neque tanto muneri ignauam prudentiam conuenire. Ob-

tinuere tandem iuniores, & Iulio Mediceo coronã triplicem ouantes detulere, nonnullis fenum tanta tristitia affectis, vt pectore occupato animam inde ipsa expulerit. Hoc satis habuere inuidi Mediceo, qui Clemens VII. postea nuncupatus, proponere literis grandiufulcis in limine Palatij,

VITAM REGIT FORTVNA, NON SAPIENTIA.

Cic. 5.
tuscul.

quod Theophrastus effutisse dicitur. In diuersum Clemens ausus est dicere cum Metrodoro: Occupaui te, fortuna, atque cepi, omnesque aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non possis. immemor fortè quantè rerum vicissitudines Mediceam familiam semper antea diuexassent, & fursum versum egissent, nondum benè compositè, vt ipse quidem mox proprio experimento cognouit, fassus illud Tragicum:

Seneca in
Hercule
Octavo.

*Aurea rumpunt teeta quietem,
Vigilesque trahit purpura noctes.
Osi pateant pectora ditum,
Quantos intus sublimis agit
Fortuna metus. -*

maximè tunc, cum Pompeius Columna vnus purpuratorum audacia & opibus pollens eum terruit, militibus clanculùm intra urbem duce Moncato cluis, vel morti occumbere, vel rem facere paratis. Quocirca rectà Vaticanum collem petierunt, machinis tum animi, tum belli plurimis instructi, odorati thesaurum Pontificium ibi recondi, vbi S. Petri ædes, Palatium, & horti amœni siti essent. Verùm illi
oleribus

oleribus neglectis, legendis vasis aureis, sacris profanisque incubuere: necnon ornamenti multa gemma & auro vermiculato radiantibus: quæ duntaxat postmodùm Moncatus Clementi restituit per metum ferè exanimato. Ea etenim fatum prædonibus potioribus adseruabat. Nam postquàm Carolus Borbonius, qui in Italia pro Gallia belligerans plures fermè triumphos solus retulerat, quàm reliqui simul Duces sui temporis, exterum exercitum ductas Romam inuasit, & nimis acer murum scandens, sibi necem, suis victoriam quæsivit: rursus Tiara, Pedum, Palliùmque, arte, pretio, & fulgore mira, cohortibus Hispanicis & Germanicis rapiendi audis cessere: quasi Deo interim conniunte, & fastum nimium diuitiarum manibus improborum vlciscente. An ignoramus, inquit Ambrosius, quantum auri atque argenti de templo Domini Assyrij sustulerunt? ^{Can. An. rum. 12.} Nonne melius cõstat sacerdos pro alimonia pauperum, quæ sacrilegus contaminat, asportat hostis? ^{q. 2.} Nonne satius est vasa viuentium seruare, quàm metallorum? præsertim cum captiui redimendi veniunt à barbaris à fide sancta alienis. Ille tunc verè est thesaurus Christi, qui id quod sanguis eius operatur, animas à morte eripiens. Sed fortè ego videbor extra scopum longè iaculari, vt qui Clementem non modò non beatum, sed nec mediocriter tranquillum describere institueram, & nouis subinde fluctibus exceptum, & durissimè agitatam: tunc potissimùm cum Florentini ciues, qui Borbonium

Duce[m] antea semper aduersus Romam concitarant, & ope atque pecunia proficiscentem iuuerant, Alexandrum & Hippolytum Mediceos, alterum Laurētij ab Urbino, alterum Iuliani Magnifici, filios notos, sed non degeneres, publicato præconis tuba edicto, hostes Reipublicæ nominarunt: & eò vsque effrenatæ licentiæ præsiluerunt, vt idem paulò post de Clemente Pontifice interpretati sint, tyrannidem ei exprobrantes, & ludibrio fulmina irrita ipsum ciaculari in bonorum animas dictitantes: quoad ipsi vera & noxia senserunt, cohortibus Venetis & Marchione Salasiorum infesto agmine Florentiam introeuntibus, qui incautos & tremantes ciues perculerunt, plerosque occiderunt, aut captos custodia dederunt, donec supplici vultu tristes Clemētis clementiam lugubri voce implorarent: quæ quidem non illis defuit, sequestro pacis Salasio inter Pontificem & suos ciues offensam penè lachrymis delentes: quam illicò redintegrarunt, postquàm audiere Borbonij exercitum Roma pontum Clemētis insultare, & extrema patientem obsidere: id quæ suadente Carducio Iurisperito legum insidias probè callēte, serendæ discordiæ summo artifice, largitione simul & raptu famam auctoritatemque asscuto: qui loquacitate magis quàm eloquentia vulgò demonstrabat, Iustitiam in æquabilitate versari, & in benè morata ciuitate exuperantiam cuiusquam, inter patritios præsertim, ominosam esse: Clementem verò id omninò agere, vt cognationem Mediceam nu-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 266
per Urbini Principatu deturbatam, ad Florentinum proueheret. Nec aspiciebat forensis ille Accipiter Rempublicam se habere instar citharæ diuersis ex fidibus compositæ, vt acuta cum grauibus temperentur, & sonus eliciatur dulcissimus. Rectè, mehercule, Heraclitus Physicus cē fuit omnes Ephesios morte multandos, quòd Hermodorum Principem ciuitate expulissent, ita locuti: Nemo de nobis vnus ex-
cellat: sed si quis extiterit, alio in loco, & apud alios
fit. Nec verò ignorare debuit Carducius quod Pomponius Iurisconsultus notauit, hunc Hermodorum
iure inter suos ciues excelluisse, iniuriā expulsum, &
in Italia exulantem, autorem fuisse Decemuiris Romanis legum in XII. Tabulas digerendarum. Proinde Carducio obediens inconlulta plebs statuas Leonis Pontifici pridem effuso studio erectas deiecit de templis & porticibus, & gentilitios Mediceorum erasit titulos, maximè Cosmi, quem Magnum & alterum patriæ conditorem toties exclamarat, semper vel in laudes, vel in vituperium immodica, & protinus sensura melius ac tutius alieno viuere populum imperio, quàm propriis moribus: Nec non id verissimum esse, quod prouerbio tritum Romæ olim fuit in Aruspices malos,

Malum consilium consultori pessimum est:
nec salubrius fore Hetrusci cauidici consiliū, quàm fuit Aruspicum Hetruscorum, qui Horatij Coclitis fortissimiviri statuam de coelo tactam in inferiorem locum contraria religione transponi iusserunt, ne à

sole illustraretur, infelici coniectura tum sibi ipsis ex eo necatis, tum Reipublicæ. Cæterum quò faciliùs ac occultius suam Carducius foueret malitiam, Principum exterorum amicitias sibi Reipublicæque Florentinæ copulare studebat: eorum maximè, quibus fortuna pro tempore faueret, legatis ad eos missis: quorum è numero ipse libenter vnus destinabatur in Galliam profecturus, aliis aliò euntibus, æquè Iurisperitis, qui nihil putarent iniustum, quod videretur vtile: promercali eloquio pictòque sermone rudes homines, interdum etiam cruditos allicere soliti: nec tam enitentes vt bene facta laudarentur, quàm vt malè admissa impunè cederent. Horum consilio Florentini se modò Galliæ Regi obnixè deditere, & Lautrecum ipsius Legatum Neapolim validis copiis oppugnaturum auxiliariis cohortibus iuuerunt. Eidè ex ægritudine ibi mortuo, quoniam Pontifici æquum ex Regis præscripto intellexerant, non nisi lachrymis ex nimio risu manantibus parentarunt: ac confestim Carolo Imperatori feliciùs res gerenti se submiserunt, vna fidelia duos parietes dealbare gnari, vt Samij de se dicebant. Nam cum Alcibiades classem instructam Atheniensium circa Ioniam haberet, Samij statuam ei æneam in Iunonis erexerunt: superatis verò nauali prælio ad Ægos flumen Atheniensibus, iidem Samij Lyfandro in Olympia statuam posuere. Rursus victis Lacedæmoniis ad Cnidon & Dorion montem, Cononem Atticum Ducem æneum exhibuere, procliuēs semper ad eos, qui opibus &

Anno
Christi,
1528.

Pausan.
in Eliacis
posterior.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 267
viribus præstarent. Non aliter studia Florentinorum cum Regum fortuna declinauere, vt olim Pisanorum in Florentinos, quorum potestati subiecti erant, mobiliter variarunt, Carolo VIII. Gallorum Rege expeditionis Neapolitanæ tempore Hetruriam ingressò sese vltro deditere: & tanquam manumissi eius aduentu dominorum seuitiam incusarunt squalore simulato, vt eos in inuidiam traherent, & per interpretem non indoctum maiorum suorum facinora recenseri curarunt, vt saltem propter mortuos viuis Rex opitulari dignaretur: & hoc insuper tribueret literarum legumque reuerentiæ, quæ à barbaris grassantibus fugate, tanquam in asylum, Pisas se receperant. Innuebat orator, vt suspicor, Musæum studiis liberalibus dicatum, & Pandectas iuris ciuilibus ex Iurisconsultorum sanctissimis responsis à Iustiano Cæsare, eiusve auspicio compositas: quas Pisani dum Campaniæ pleraque oppida occupassent, vltro bellum Neapoli inferentes, inde prædæ ingentis loco Pisas transtulerant, & pro publico archetypo in sacratio reposuerant, vt auidas impiorum manus effugerent,* Ludouico Crasso Gallis imperante, & fauente Innocentij II. Pontificis Romani rebus, qui in Galliam confugerat, Anacleti Petrique aduersariorum petitus vi ac infidiis, quos Claramontano consilio damnauit, deinde etiam Pisano: mox à Lothario Imperatore, & Pisana classe adiutus, ditione sacra tranquillè potitus est: & tunc urgente Lothario illo II. Ius ciuile desuetudine inumbratum, imò potius

Anno
1339. ex
Volaterr.
lib. 5. Geograph.

* Pandectas leges
1127.

obliteratum, per Europam, tanquam è tenebris & inscitie caligine emergens, latè mortalibus iuris ac iustitiæ expertibus illuxit:

Ex Virg.
lij. Æneid.
de.

*Qualis vbi Oceani perflus Lucifer unda
Extulit os sacrum cælo, tenebrasque resoluuit.*

Procop. li.
1. de bell.
Gothor.

Anno
1405.

Sed hoc laudis Florentini inuidere Pisanis longo post tempore, & Pandectas inde abstulerunt, infauita rapina ipsis sacrilegis, nec magis prospera quam fuit Palladium Troianum Diomedii, quo Argos exportato, à suis ciuibus expulsus, in maximos casus & dolores incidit, quoad Æneæ id restituit Beneuerti, postquam responsum accepisset æger, De sanitate desperandum, nisi id Troiano viro redderet. An nõ etiam Florentini multis postea cladibus detriti sunt, vel ipsorum Pisanorum virtute? non tunc tantum, cum Ioannem Hancutum Anglum ducem secuti ad Florentiæ mœnia castrametati sunt, sedati ab Innocentio Pontifice, sed validius Io. Gambecurto Duce, Florentinos, qui dolo partum Dominatum impotenter gerebant, eiecere, diripuere. Sed Florentini ad pristinas artes conuersi, cum vicissim Pisas obsidione cinctas capere nequirent, pretio coemerunt corrupto duce, ne ipsos quis putet iustis armis præualuisse, vel gloria. Nihil mirum, si callidè questum Principatum violenter exerceant. In hunc fermè modum se habebant querimoniæ Pisanorum, quas Rex literas amans potius quam intelligens, comiter audiebat. Quæ, inquit, affertis, fortè apud me quippiam prodessent miseris, si meæ voluntati inniti lice-

ret. At propter vnum Petrum Medicem, qui opportunè Sarrazenam opidum mihi vltro concessit, nihil ausim in Florentinos statuere, ne si ad Dei aures peruenierit, me ingritudinis reum esse benè merentibus, iure malè afficiar. Cæterum eos enixè monebo, ne quid posthac in vos acerbius faciant, neve materiam præbeant rebellandi, nedum lamentandi. Vix Rex sermonem finierat, cum Legatos Florentinos in vestibulo expectare ipsi renunciatum est: nam tri-duo antè rumore perlato conspirasse Pisanos didicerant. Admissi itaque dixere coram & confidenter, de Pisanis omninò sentiendum, quod Agesilaus de iis, qui Asiam incolerent, sensisse proditur, liberos quidem esse malos, bonos verò seruos: sed nec admodum bonos, qui libertatem appellent eam, quæ sit contumax seruitus: minimè tamen à suis antiquissimis maioribus degenerasse. Cum enim à Pisis Achaïæ oriundi sint, Græca gente, quæ coloniam in Italiam deduxerit, neuiquam foris quam domi pacatiores aut feliciores esse. Nam cum essent Pisæ finitimæ Elidi ciuitati clarissimæ, celebritate ludorum Olympicorum factos Græciæ completentium, & de eisdem sepe multumque controuerterent, accidit vt interdum sibi ipsos ludos vendicarent bello, interdum Eleis inferiores cederent, donec ita eorum ciuitas deleretur, vt ne nomen quidem reliquum maneret: ad eò ex sublimi vertice iugi, in quo ædificata fuerat, deciderat. Quare Elei signum Ioui de manibus dicarunt, à Phidia elaboratum, vt tradit Pau-

Plutarch.
in Proble-
mat.

Plin. lib.
3. cap. 5.
et 4. c. 5.

Strabo li.
8. Geogr.

Lib. 5. nias. Cæterum nihil tale metuentes Pisani, multum Caroli præsentia innitentes, ad extremum pontis, qui Arnun fluvium premit, magno numero profecti, Leonem marmoreum columnæ impositum, & Florentinorum insigne præferentem deiecerunt, nihil flecente iratos nobili sculptura. Nam sicunde rugitus auditus fuisset, dixisses ex eo prodire. Cùmque parumper deliberassent, num Libertatis ibidem statuam subderent, demum Caroli Regis prætulerunt. Sed & hanc paulò post fastidierunt, cum procul is abscessisset, & Romanorum Regis flexibili blandimento prætulere. Ita à Florentinis ad tempus securi, quoad Cosmus Dux Hetruriam solus tenuit, ut lubricam civium fidem aliquando sisteret. quod bonum Clementi VII. acceptum referre fas est. Namque diu contemplatus ipse astum populi hos illòsque Reges longè diffitos blandè captantis, ut impune domi rebellionem faceret, nec unquam sibi satis vidcri fortunatum Florétinum vulgus, donec optimos quosque primorum ex alto secundæ fortunæ gradu præcipitari videret: obnixè curavit Laurentij Medicei iustam iniustamque prolem, id est, inclytâ Catharinam & Alexandrum, summis Europæ Christianæ Principibus non fœdere tantùm, sed etiam necessitudine coniungere, tanquam adamantino vinculo colligare. Nec cum sefellit opinio, aut prudentia sedulitasve defecit. Impubis quidem Heroinæ sustinuit adhuc connubium, & prius cum Carolo V. Cæsare per internuncios pepigit, uti Margarita naturalis

Philipp.
Cum in
in Carolo
viii. c. 12.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 269
naturalis illius filia Alexandro ritè vxor designaretur, & unà Florentinus Principatus accederet, vel dotis, vel donationis propter nuptias colore: atque ita ciues discerent satius esse vni seruire Principi sedatis rebus, quàm diutiùs libertate discordi fluctuare. Quòd ni paritum esset, rei imminutæ maiestatis Florentini peragerentur: non utique in foro conferta manu, sed prælio: non iudiciorum machinis, sed bellorum. ut quidem postea contigit Florentinis nec quicquam repugnantibus, & versa denique per uicacia in patientiam, quicquid nefas est corrigere mollientem: præcipuè post lectum in Senatu diploma Cæsaris aureo sigillo obsignatum, parendum Alexandro, aut pereundum indicentis, successionis iure posteris cognatisque in super conseruato. Quod ut nonnullis procerum acerbum fuit, sic Alexandro Duci honorificum, & Clementi Pontifici auditu iucundissimum: ut quoniam Florentini Mediceos splendidis parentibus editos imperare non fuissent, Nontho ancilla eademque Maurusia genito obtemperarent. Illam enim Laurentius Medices priusquam vxorem duceret, peramarat adolescentulam, tortis leuiter comis & labris turgidulis, & colore fusco patriam fatente, venustam interim atque obsequio ingenuâ, & quæ diceret iure id quod Sappho Phaoni,

*Candida si non sum, placuit Cephæia Persæo
Andromede, patriæ fusca colore sue.*

Itaque cum Socrates apud Platonem censet amorem esse pulchri desiderium, adiciere debuerat, nisi sal-

Ovid. in
Epistol.
v. illa lib.
5. cap. 6.

In Coniunio, vel De amore.

lor, amanti nihil non pulchrum esse, quod Theocri-
 tus expressit, ἔρωτι τὸ μὴ κελὸν κελὰ πέφουσαι. Præterea nõ
 est nouum summos Reges ex ancillis extreme fortis
 natos, & Duces plerunque captiua progeneratos, vt
 mox liberis ac victoribus imperarent: qualis Arche-
 laus Macedonum Rex, & Hiero Hieroclyti nobilis
 viri filius, cuius origo à Gelo antiquo Siciliæ tyran-
 no manauit ex ancilla natus, ideoque à patre velut
 de honestamentum generis expositus, opis indigēs,
 apibus congesto melle multis diebus enutritus fuit:
 ac mox responso auspicum recollectus, ad spem
 maiestatis regiæ educatus, post profectiõnem à Sici-
 lia Pyrrhi, consentiente omnium ciuitatum fauore,
 dux aduersus Carthaginenses, mox Rex euasit. Quid
 Seruius Tullius Romanorum Rex vi. nõnne Ocre-
 tię captiue fuit soboles? cuius caput flammæ species
 amplexa fertur, cum in domo Tarquinij Prisci ale-
 retur: deinde in generum accitus ac in Regem, mul-
 ta domi militiæque præclara gessit. Hetruscos certè
 domuit, filias duas duobus Tarquinij filiis sponõdit,
 tãto tẽperamento, vt mitiorẽ feroci cõiungeret. Sed
 cum tandẽ vel fatum, vel morum similitudo feroces
 copulasset, statim Tarquinius Superbus à Tullia sua
 incitatus locerũ è gradib⁹ curiæ deiecit, ac mactauit:

Filia carpento patrios initura penates,

Ibat per medias alta ferõxque vias.

Corpus vt aspexit lachrymis auriga profusus,

Restitit: hunc tali corripit, illa sono.

Vadis, an expectas pretium pietatis amarum?

lib. 6. Fa.
 Hor.

Iustin. li.
 23.

Sueton. in
 lib. de vi-
 ris illustr.

Alianus
 lib. varia
 histor. 12.
 cap. 43.

E:loga. 6.

Duc inquam inuitas ipsa per ora rotas.

vt scripsit Ouidius. Non tamen solus est Seruius co-
 rum, qui sanguine ptoprio quodammodo posteris
 scriptum reliquere, nihil magis inuidiẽ dolõve pro-
 pinquorum & familiarium patere, quàm nouum
 Principatum. Id sepẽ Carolus v. remotis arbitris A-
 lexandrum docuerat, nempe à domesticis ciuib⁹-
 que magis quàm ab exteris metuendum: saltem A-
 xandri illius Magni recordatione, quem in multo e-
 tatis vigore & felicissimo rerum cursu minister Iol-
 las Antipatri præfecti multis beneficiis obstricti filius
 veneno potioni indito subtulit: ni caueret aut præ-
 maturam mortem, aut amissi Principatus longum
 dedecus, ipsum manere, nimium veraci augurio. Nã
 Alexandrum Medicem etate & ditionis fortuna flo-
 rentem cognatus cum duobus coniuratis in cubicu-
 lo semisopitum confodit, illato primùm vulnere a-
 deò reluctantem, vt pollicem parricidæ morsu ferẽ
 ademerit: sed clamitanti se viuere, & solum animi
 impetum pro telo habenti alius cæsim gulam præci-
 dit. Quod idcirco maiore silentio patratum ferunt,
 quia Margaritẽ Austriacę vxori, cui tantoperẽ de-
 uinctus esset, pellicem induxerat, quam nocte intẽ-
 pta expectabat, Furiam vel Mortem potiùs com-
 plexurus. Constat autem postridiẽ quàm periit, &
 deinceps, non eos modò qui conscij sceleris fuerãt,
 lemuribus & vmbris infestatos, sed etiam custodes
 & omnia Palatij ministeria, nec vllam sine nouo ter-
 rore noctem præteriisse. Sic cum Remus, quia muri

recentis violator dictus, iussu fratris à Celere occisus esset, antè à Lupa seruatus, & à pastore Faustulo, cuius

Umbra cruenta Remi visa est assistere lecto,
ac dicere, vt in Fastis scribit Ouidius,

Nunc sum elapsa rogi flammis, & inanis imago.

Eundem fragorem repetiere mœsti Alexandri Manes, quoad potestati Florentinæ successit Cosmus Medices, prætextu recusationis eam flagrantissimè cupiens, & facillè populo crebris mutationibus fatigato, quiq̃ue præsentia tuta, quàm vetera cum periculo mallet, quiduis suadens. Enimuerò prudentissimus adolescens tenere imperium quàm expectare satius ducens, tanquam adepto Principatu, quocunque gentium epistolas misistabat: domi hoc vulgo concedebat, vt vocatus desideratusque iure, non ambitu, præesse crederetur. Leges ciuibus, modestiam fociis, ornatum Reipub. vim nulli ostentabat. Accessit industriæ Cosmi Ioannis Medicei parentis recens & nunquam intermoritura recordatio, ciuium mentibus incisa, qui cum Alphonso Ferrariæ Principe bello Ticinensi * Gallis præstò fuerat, equitatu velitibusque egregiè instructus, sed ad eò pugnax, vt militem magis quàm Ducem ageret, vbique interritus, quanuis ei aliquis Gorgonis caput ostendisset: nihil hostium numerum curans, illisq̃ue omnia bona optans præter fortitudinem, vt iubebat Aristhenes. Inuicti nomen inde sortitus est Medices, vel Francisci I. Regis memorabili elogio. Sed dum vin-

*Prid. n^o.
Decemb.
1524.

cendi fatietatem non inuenit, erumpente de Ticino opido Hispanica manu A. Læuæ Duci occurrens, cæsis compluribus, cunctis territis, ictu ignitæ glandis in talo, fato Achillis simillimo, saucius, castris ac demùm vita excessit. Dissipata huius mortis celeriter fama valde Clementem contristauit: quippè qui Ioannem Gallis foederatum esse, sociumque expeditionis Mediolanensis mirificè gaudebat: quiq̃ue in Medicea gente pristinæ fortunæ reddenda & instauranda omnem curam, cogitationem, mentem fixerat: ita vt non de salute tantum suorum, sed etiam de dignitate laboraret. quod pietatis & officij genus postmodum exactius custodiuit erga Catharinam, iustam Laurentij, vt paulò antè diximus, filiam, Alexandri primi Florentiæ Ducis sororem: ad quam ex æquo & bono pertinuisse Principatum quiuis asserat, nimirum nuptiis celebribus lege roboratis genitam, & paterni iuris ac virtutis hæredem. Proinde Arausienfis Princeps nihil non moliebatur, vt eam sibi sponsam haberet: nec Carolus Cæsar nesciebat. Ceterum sexui ætatiq̃ue imbecillæ nolebat temerè committere populum indomitum, qui libertatem & felicitatem suam Principum ærumnis metiretur, & alienigenam dominari ægrè permetteret. Nam nec tū puella nubilis videbatur, sed in Virginum sacrarum sodalitie suauiter educabatur, venturæ felicitatis nescia, & in parentum orbitate tristis perennem virginitatem lubens amplexura: quo voto nullum frequentius regis puellis olim fuit, nullum ardentius.

Arnold.
Ferronus
in Fran-
cise. Pale-
sto 1.

Inde ignis Vestalis perpetui à virginibus seruari origo.

*Lib. 6. Fa-
stor.* Nec tu aliud Vestā, quā puram intellige flāmam,
Nataque de flamma corpora nulla vides,

inquit Ouidius. Nisi quis excipiat bestias exiles, quæ in ærariis, Cypri maximè, fornacibus nascuntur, & volant paulò muscis maiores, iuxta Aristotelem.

*Lib. 5. de
hist. &
numal. ca.
19. Cic. 1. de
nat. decor.* Dignum enim est volucre animal & æreum igne elemēto sibi cæloque proximo, qualis virginitas cælo explendo commoda, si modò cœlesti priuilegio humi cuiquam illæ fa tribuatur: vt Pulcheriæ Arcadij Imperatoris filiæ, quæ Theodosio secundo fratri

*Sozome-
nus histo-
ria lib. 9.
cap. 1.* Imperium magna prudentia & decore vix annum attingēs xviii. gubernauit, ipsūque fratrem Græcè & Latinè erudiri, & militari scientia, sed potissimū sacra disciplina imbui, studiosè curauit, & talem se præbere subditis, vt mitis ac seuerus appareret. Thichildis filia Clodouei Regis, qui primus pia religio-

*Nic. Gill.
1. volum.* ne illustrauit Galliam, apud Senones virgo in cœnōbio à se fundato delituit, & luxum regalem frugalitati sanctissimæ postposuit, nihili faciens aulicorum splendidum consortium, cum frueretur Angelorū: Sicut Isabella Ludouici viii. filia, Diui soror, cœle-

*Rosarium
Ludouici,
1227.* sti amore incensa, Deo sese vclut agnam innocens virgo consecrauit, vel Deo placando, vel libris legēdis iugiter intenta: interdum laxamentum capiens opera textili, vel lanificio, aut variandis acu animalū fruticūve figuris: quod Carolus Magnus Thradem & Hiltradem filias similiter exercere iusse-

*Eginbar-
tus in Ca-
relu. vita.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 272
rat, ne ex veterno & pigritia in laqueos à dæmone contextos inciderent: cum & Augustus filiam ac neptes eisdem artibus eadem de causa vacare mandasset, non oblitus Dianam venatricem fingi, ne si virgo non feris agendis studeret, in otium & ignauiam prolaberetur, & denique in mala magis truculenta & noxia, quàm vllus Aper aut Pardalis. Quod nisi viueret, magnò Reipublicæ bono, Catharina, adice-
*Sueton.
cap. 64.* rem quātum illa vigiliæ posuerit in licii auro ac ferrico acus subtilitate pingendis ac variandis, scutulis intertextis opus diuidens, renouata gratia priscorum Gallorum, non sine præfagio: nonnunquam
*Plin. lib.
8. cap. 48* stamini diuersos colores inferens artificio Semiramidis Reginæ, quo Babylon non minus quàm murorum ingenti ambitu decoratur. Verū nec sibi viuens procul à negotiis Catharina, lynceos nefariorum hominum oculos euitare potuit, qui Medicū illustre genus stirpiris euellere conabantur, & dolebant Laurentij vllam superesse sobolem, quæ ex sanctimonie latebris in solem & lucem Principatus aliquando prodire posset: ideoque nec reposcenti ipsam Pontifici reddendam censebant. Ex his vehementiùs vrgebat Ber. Castiglio inter ignobiles clarus, magno supercilio vociferans, sibi semper Locrenses sapientissimos visum iri, qui Dionysio tyranno expulso vxorem ac filias eius vim pati permisissent. Conuicium augebat Ceius ciuis, ad obediendum inhabills, etiam si summa modestia regeretur: qui Imperatori ac Pontifici repugnandum hortaba-

*Alian.
Variabi-
stor. lib. 9.
cap. 8.*

tur, quorum tormētis bellicis, si quando urbem op-
 pugnant, Catharina obiici commodò quiret. Nam
 sic verisimile fuit fisti impetum posse, cum Rex De-
 metrius, Expugnator cognominatus, Rhodum non
 incenderit, ne Protogenis tabulam cremaret ab ea
 parte muri locatam, qua excellens pictura nimis pa-
 teret obsidionis violentiæ. Alias plerasque voces
 contumeliæ & maledicti plenas, ac postea per iugu-
 lum eorum redituras, euomebant scelesti homines,
 freti nonnullorum eiusdem improbitatis & veçor-
 diæ auxilio: quos omnes ignominiosa mors, pacata
 vrbe, consumpsit. Atque ita Medicea puella pericu-
 lis probri & tristiciæ plenissimis exempta est, qualia
 frequentissimè fœminas splendidas, non modò vi-
 ros in pueritia magnum & arduum aliquid porten-
 dente inuadit. Nam, vt de Hercule taccam in cunis
 à serpentibus petito, & de Romulo & Remo Rhea
 Sylua Vestali & Marte culpam specie numinis ve-
 lante genitis, in profluentem proiectis, Lupæ cle-
 mentia seruatis: & de Hierone Rege, quem à patre
 crudeli expositum apes dulciter pauerunt, vt statim
 retuli: Semiramis tacenda non est Dercetæ Deæ Sy-
 riacæ filia, in solitudine deuia à matre infans proie-
 cta, ab auibus enutrita lacte è proximis opilionum
 mapalibus raptò: deinde magistro regij pecoris do-
 no data, quoad formæ & innati leporis commenda-
 tione Nino Assyriorum Regi nuberet. Nihil dissi-
 mile passa fertur Athenais Leontij Atheniensis cla-
 ritate opum & Philosophiæ nobilissimi filia, quæ
 paterno

*Diod. lib.
 3. de anti-
 quor. gest.*

paternotestamento centum duntaxat aureos sibi re-
 lictos intelligens, aduersus Valerium & Genesium
 fratres suos, patrisque hæredes, à quibus reiciaba-
 tur, Constantinopolim de iniuria questum iuit apud
 Theodosium Imperatorem adolescentem, Pulche-
 riæ sororis virginis fidei & diligentia commenda-
 tum. Quæ cum Athenaidem viri adhuc expertem,
 mentis vt oris pulchritudine florentem agnouisset,
 baptismate ablui, Eudociamque nominari curauit:
 cœptam fratri vxorem dedit. Et huius fortunæ splē-
 didæ præfensione factum accepi, vt Leontius filia
 charissimæ & perquam eruditæ minimas facultates
 legaret, dotatam abundè à parentè communi natu-
 ra, & ampliùs ac benigniùs coniugij futuri præstina-
 tione: certò sciens, quemadmodum in altris ipse le-
 gerat, quæ volucris oculis adire & scrutari sole-
 bat, futuram Athenaidis felicitatem. Præcesserat He-
 sther parentibus Babylonem adductis, & post capti-
 uitatem ibidem defunctis, destituta: Mardochei pa-
 trui alumna, formæ ac morum candore mirifico ex-
 cellens, ac ita sortita maritum Assuerum seu Artaxer-
 xem Memnonem Regem, Darij nothi filium, ab
 India ad Æthiopiam viginti septem prouinciis iura-
 dantem, & delectum virginum elegantium Sufis in
 Regia curiosiùs habentem, vt huic reliquas postha-
 beret numine instigante.

SED ad Catharinam redeundum est, quàm san-
 guine coniunctissimam, vtroque parente orbatam,
 Pontifex vehementer miserabatur, ita vt noctu diu-

que nihil studiosius meditaretur: præsertim quando per quietem videre visus est illam consistere in amœno salictò, eò lætiore, quòd aura tenui commotè arbores velut lasciuia quadam se inuicem icibus crebris mulcebant, & ad lusus æstiuos prouocabant. Pinxerat verò natura pennicillo suo puellè genas, & flores eo loci natos. Visa deinde Catharina pulcherrimos quosque decerpere, violas & lilia legere, corollam nectere, ac capiti subinde suo aptare: mox lilia vi Austri decussa marcescere, donec rigata recipere pristinum decus. Quod insomnium contigisse illi verisimile est, idè quòd vota diurna quietis beneficio sepius noctu referuntur: vel quia *Plin. lib. 21. cap. 3.* Hetrusca res est corona, olim auro representans folia florum, & lemniscis itidem auris ornata: non aliter ac liliis auris gemmatisque Francorum Regum hodie coronè fulgent. Porrò Pontifex ipse nihil auebat studiosius, quàm Florentinum honorem flori Gallici lilij per puellæ nuptias coniugare. Itaque desiderium prudenter dissimulans, necessarium suum Philippum Strozzium, cui secreta pandere libenter consueuerat, de insomnio consuluit, gaudens quòd sibi homini ingenioso, atque idè melancholico, præter solitum non nihil iucundum ac floridum nox ostendisset: sibi que aduocari iubet Ioëlem Hebræum, qui solers somniorum interpret Romæ habebatur, & quæstum ex ea arte faciebat, vberriam manum humanam in septem montes interdum diuidens, vrbis Romæ exemplo, inde futura coniectans, vel inter

stellas falsa mortalium sigillatim inuestigans ac enumerans. Is accitus postquam puellam ad se duci petiisset, illicò nondum visa illa respòdit, scire se eam, de qua quæreretur, Italiè quandoque Reginam fore, ac Reges summos parituram: in eo quidem aberrans, quòd Italiam pro Gallia meminerat, coniectorum more, qui veris falsa nonnulla miscent: vt Heraclides Ponticus, qui paulò antequàm Roma à Gallis caperetur, in libris De anima, inquit, Vesperis sermonem habitum, quomodo Roma Græca vrbs ab Hyperboreo exercitu caperetur. Aristoteles autem præsensit Romam à Celtis capiendam, seruandam à Lucio. Sed hic fuit M. Camillus, non Lucius, *In vita* vt Plutarchus obseruauit: qui & ipse mihi videtur *Enij Camilli.* hallucinatus: eò quia Aristotelem, si modò de claro Philosopho sensit, qui Camillum quadraginta circiter annis consecutus fuerat, *aliquid de præteritis * *Id liquet ex Chrò. Eur. sebj, ex Olympiad. 104. &* Nec verò assentari velim: sed tamen scio aliquos lō- *111.* gè diuersum existimatos, eò quòd ipsi nobilium Heroum hostes potius sunt. Cum verò Clemens Pontifex, cui omnia regna sordebant præ Gallia, Ioëlem audiuisset, nihil vultu admodum lætatus, stipe aurea donatum dimisit. Postea Strozzium aspiciens, Quàm vellem, inquit, vt Hetrusci nostri diuinandi artem retinuissent, in qua olim cæteris nationibus præstitisse feruntur: vel certè ego Pontificum vete-

rum notionem, & ius Prophetiæ: cum vel scelestus verum de Christo prædixerit, vnam tantum ob causam, quod esset Pontifex anni illius: Vt maximè a Ioann. II. sentiar Iamblichò, afferenti diuinum afflatum non *In lib. de mysteriis.* inesse menti vel animæ, sed totum ex Deo dependere, & animam esse præfagiendi instrumentum proprio motu vacans, diuino prorsus agitatum. Idcirco malis & insipientibus hominibus non semel à Deo tributum vt diuinent. Tum Strozzius perspectam habens Pontificis voluntatem ex his sermonibus, ariolos & vates, quibus egestas imperaret, omittendos, solis extorum inspectoribus fidendum suafit: non illis quidem, qui cor vel iecur victimæ defuisse lugubre putant, vt accidit immolanti Cæsari prisco ritu:

Cic. lib. 2. de diuin. & lib. 1. in fin. *Plurique ex alieno pecore sapiunt quàm ex suo,* vt dicebat Pacuuius: sed fibras & corda Gallorum exploranda esse per industrios & fideles interpretes, tentandumque an Rex Franciscus (qui iam pridem Mediceæ familiæ necessitudinem amplecteretur, à matertera sua Philiberta Sabaudiensi, quæ Iuliano Mediceo quondam nupsérat, inchoatam) Catharinam Vrbinate Reguli filiam, Gallica matre, eadèmq; pernobili natam, nurum sibi esse permetteret, & Henrico II. liberorum regionum, Aurelianorum Duci, sponderi non graueretur. Cum Strozzij consilium Pontifici perplacuisset, tanti momenti negotio gerendo præfècti fuere Gabriel Grammontius, purpurei ordinis Antistes, Cantabriæ Celticæ non leue or-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. IIII. 275
 namentum, & Ioan. Stuardus Albanix Dux, & idem coniunx Annæ Turritæ Bononiensis, atque ipsius Catharinæ materteræ. Dici non potest, quàm plausibiles fuerint Regi Francisco hæ nuptiæ propter antiquissimum Medicei sanguinis splendorem, armis literisque subnixum, quas Rex mirum in modum suspiciebat & fouebat: adeò vt percepto Pontificis desiderio & nuncio protinus dixerit, Non velle se tantum, sed etiam cupere, vt is voti compos redderetur: & scire se Mediceam gentem, Medæ quodammodo arte, Musas ac literas iam senio & carie euanescentes recoxisse, inuentum eis ac colorem restituisse. Nec præterea, inquit, sum nescius Comites Bononiæ Gallici stipitis fruticem censerì, repetita memoria Philippi Comitis Diui Ludouici patruì, qui regni ac nepotis impuberis gubernacula ambiès, Blancham Reginam viduam conturbauit, * Caletò ^{* Anno 1227. *Æ. mil. in D. Ludouico, & Ioan. Sireus, cap. 4.*} vrbe atque arce maritima, Galliæ specula, occupata, & munimentis bellicis firmata, & Anglicis subsidiis breui freto traiciendis obiecta: qui nunc, si quid è cælo audit, videtque, nobiscum iure exhilarabitur. Bononiam stipiti suo rursus insertam contemplans, quantum omninò recreatus est, cum Blanchæ fœminæ prudentissimæ recõciliaretur. Itaque Rex iam moræ impatiens, Stuardum Massiliæ portu soluere imperat ocyssimè, vel Arcturo sydere procelloso circa Septembrem medium nihil tutum promittente. Sed tamen tranquilla omnia fuere, & id actum, vt Octobri Catharina Nicæ sisteretur viginti triremi-

bus expeditissimis, quas Galli vulgò Galeras vocant, à corbita in summo malo galeri instar in nauigiis prominente: vcl quòd Sage populi, apud quos Ianus nauigio saluus euassisset, ratem Gallerim * dicerent. Ad septimum Idus Octob. Clemens Pontifex ponè secutus, Lybarnum Ligusticæ orè opidum, ab Hercule Libyco conditum appulerat naue, quam Rex ei miserat, speciosa, auro & serico exornata: ita vt æquor stuperet fermè ipsum, & venti versicolores sinus inflare gauderent, rei nouitate & magnificentia attoniti, per omnia Regali classi obsecundantes. Nò putem M. Antonium cum Cleopatra ad Actium Epiri opidum, deinde Nicopolim, ab Augusti de vtroque nauali victoria appellatum, nauigio nobiliori venisse, quamuis velo purpureo & tabulato inaurato insigne fulgeret: adeò vt post naufragium bello factum aurum & purpura in littus reuomerentur, & Arabibus ac Sabæis prædæ essent, & Regina spectaretur Dux fugæ cum puppe aurea mox capta, nec pulchritudine Augusti oculos fallens, in Regum sepulchro inter odores locata, admoto ad venas serpente: Proinde factum, vt morte velut breui somno solueretur. Diodorus fortè fabulis Gallicos apparatus superabit naue illa, quam Sefosis Rex Ægypti ex cedro fabricauit ducentorum octoginta cubitorum, intus argento, foris auro litam, & Deo Thebano oblatam: quæ tamen mole sua inferior fuit naue ingenti (nisi opidum ligncum quis nominare maluerit) quam Franciscus Rex ad Gratiarum portum extru-

* sic in
lib. qui
Xenopho.
ris fertur
de Equi-
uocis.

Plin. lib.
19. cap. 1.
Flor. 4. E
pitom. c. 1.

zib. 2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 276
xit, medio Oceano nihil præter breuia, scopulos, & incendium metuentem. At non sine maris & ventorum gemitu ferebatur, alleuatis turribus specie castellorum: quali non excelluit Argo olim vecto-ribus heroibus clara, in uia maria Regibus primùm pandens Iasonis auspiciis, & quæ à Minerua inter astra collocata est,

*Atque vsque à prora ad cælum sine lumine malum,
A malo ad puppim cum lumine clara videtur,*

vt ait Cicero. Et alibi ex Tragœdia veterè,

*- Quia Argini in ea delecti viri
Vecti petebant pellem inauratam arietis.*

tunc utique cum Celeuma cecinit Orpheus diuinus vates, Typhi gubernatori proximus, nec suo fato periturus. Nam, vt ait Seneca tragicus, Argonautæ omnes violenta ac tristi morte obiere: quasi temerati pelagi iura piarent. Non tanti fuerat vellus aureum, aut Medea venefica, penè maius malum quàm ipsum mare: quanto prospèrior fuit Catharina Gallis atque Italis Principibus, quotquot Nicea Massiliam petiere, illustri pompa, classis littora suauiter ferientibus, virisque Muscis renouantibus ore ac citharis Orphei cantionem, & futuram Galliæ Reginam iam præsentientibus, ac quartam aliquam Charitum per catenam auream è cœlo demissam simul cum circumfusò populo lætissimè vociferantibus: cui quidem tum videbatur Catharina pulchrior Venere illa, quã Apelles pinxerat exeuntem de mari. Nec desitum est à choris & iubilatione, quoad nuptiæ celebraren-

Infragm.
Arati. et
lib. 1. Tusc.
cul. qu.

Iul. Hygi-
nus in fa-
bulis, cap.
14.
In Medea

* *Anno* tur * mirabili lautitia magis quam dote. Nam Hen-
 1533. *Dos* rico Valefio nihil doti dictum est præter sponſe ma-
fuit Comi terna iura in Gallico Aruernorū & Tolofatium tra-
tatus Sr ctu constituta, præterquam centum aureorum milia
uernus et in numerato, & muliebrem mundum, in auro, gem-
l' auro mis, ac margaritis, magno mediusfidius Orientis &
gnefius. rubri littoris damno: nihilominus Quæſtore Gallie
 succenfente, quòd Regis filio dos tam exigua pen-
 deretur, quam vno aut altero epulo, ſolemni que
 nuptiarum feſtiuitate penè Rex inſumeret. Cui tunc
 ſubridens Hippolytus Mediceus Cardinalis, An-
 neſcis, inquit, ô bone, Pontificem locorum oppor-
 tunitati & moribus ſeruire, & legiſſe nonnunquam
 alicubi Maſſilienſes propter modeſtiam fuiſſe com-
 mendatiſſimos, cum propter multa, tum propter il-
 lud, quòd dotem ſcœminarum pudicitia & educatio-
 ne liberali metirentur? inſuper ampliſſimam ſta-
 tuentes centum aureis ſponſo illatis, & decem in
 mundum veſtémque, lata lege que amplius dare ve-
 taret? Fuerat autem Hippolytus Iuliani illius Ma-
 gnifici filius, editus Urbini, per conſuetudinem,
 quam ille cum vidua nobili furtim habuerat: ceterum
 que ſcœuitiam pudore in tantum contraxerat, vt
 infantem illicò atque lucem aspexiſſet, iuſſerit necari
 & oculi. Sed cum ei paritum non fuiſſet, formæ
 & indolis gratia puerum commendante, accidit, vt
 Leo x. Pontifex iſta reſciens, quouis genere litera-
 turę imbuendum illum curauerit, vſque ad Tuſci
 patrii que ſermonis leporem admirabilem. Cúmque
 recorda-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 277
 recordaretur adoleſcēs Tarquinius Priſcum Rom.
 Regem v. donaffe filium ſuum Hoſtium in pueritiã *Macrob.*
 victorem bulla aurea, quam poſtea imitati Romani *lib. i. Sa-*
 remediis inuidiam propulſantibus repleuere, Tuſci *turn. c. 6.*
 Regis exemplo, armorum peritiam literarię copu- *Plutarch.*
 lauit adeò feliciter, vt quamuis galero refulgeret, nõ *in probl.*
 ſperneret galeam: que illi vſui poſtmodum fuit in
 expeditione Hungarica Caroli v. Cæſaris aduerſus
 Turcas, cui interfuit Clementis Pontificis deſigna-
 tus eo bello Legatus, ne barbari jaçtabundi ſuam ar-
 rogantiam fuga mox reuſam, in alienum dedecus
 conuerterent. Huic Hippolyto Rex Leonem Liby-
 cum villis per armos & collari aureo ſultum dona-
 uit. Cum Pontifice autem pretioſis muneribus vtrò
 citroque miſſis Rex diu eſt luçtatus, dum neuter ab
 altero ſe beneficentia vinci patitur. Mox ambo col-
 locuti varios ſermones de rebus communibus ha-
 buere, & de corona Cæſarea Bononię diebus ſupe-
 rioribus Carolo v. conceſſa, cuius ſoror Leonora
 Regis connubio ſplendebat: de Ancona nuper Ro-
 manę ditioni adieçta, que ad Adriaticum mare por-
 tu celebris libera ſuis vixerat legibus: & de Miran-
 dula ſubaçta ſolertia Galeoti Pici, exiguo coniura-
 torum globo per noctis ſilentium arcem & mœnia
 ſubeunte, ſopitis cuſtodibus æternam noctem in-
 uenturis præciſa gula. quæ res Gallis magno deinde
 bono fuit, ad quos Picus confugit. Nam ſiue dele-
 ctus in Italia habendus ſit, ſiue in ſtatiuis atque hy-
 bernis miles continendus, id opportunum eſt rece-

ptaculum. Quæ verò de Genua, Medioloano ac Neapoli vnà Rex ac Pontifex commentati sint secretiore colloquio, non planè dixerim. Id quidem ad vesperum protractum est, & velut prælia illud nox dirimit. Plura interrupit mors, Pontificem Romam reuersum opprimens longo stomachi dolore & tabe. Nonnulli interpretabantur spatium in precordiis Gallicæ affinitatis gaudium ægrè concoqui potuisse, idèoque mortem accelerasse: quæ Chiloni Lacedæmonio sapienti prænimia lætitia repente accidit, cum filium ex Olympia redeuntem cum corona ex pugilum certamine exoculareretur, vt tradit Laertius. Plerique autumarunt Pontificem lèto veneno interiisse: à quo tamen iugi cura sibi semper timuerat Leonis x. exemplo. Sed Regibus id non facile caueri Cleopatra olim docuit Antonium, non nisi prægustatis cibis vescentem in apparatu belli Actiaci. Nam cum moris esset comotationibus indulgere, lilio, rosa, myrto, & lauro, non sine violis, coronatos, Cleopatra in summa hilaritate extremis coronæ foliis veneno illitis inuitauit Antonium, vt coronas biberent: annuente illo, detractam capiti coronam in scyphum coniecit, & haurire incipienti opposuit manum, testata occasione non deesse occidendi, si absque illo potuisset viuere. Parum esset conuiuuiis & voluptatibus vim maleficam misceri, nisi & sacrificiis propinaretur: cum Victor III. Pontifex Rom. extinctus feratur, iniecto in calicem veneno, dum rem diuinam facit, non absque ini-

lib. 1. de vita Philosphor.

Athen. lib. 15. c. 5. Plinius lib. 2. c. 3.

Platinam eius vita, & Cle. mentis v.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 278
 micorum dicitur, diuinum planè id poculi afferentium, quo hausto Victor ad sydera celeriter euolasset. An non etiam Henricus Lucemburgensis Imperator optimus à Clemente v. Pontifice Burdigalè in Gallia nato, ad comprimendam Guelphorum proteruitatem Italiam petere impulsus, Aretij contracto exercitu agens, Christum pia mente spirans, glutito cum Eucharistia veneno fraude Mompellitani monachi, à Florentinis, vt aiunt, meticolis instructi, mortuus est: *vir equidem Ambrosia cœlitum, non diro toxico, pasci dignus, sacerdotibus improbis ac vanis infestus, bonorum & studiosorum amicissimus propugnator, quos cygno nigro rariore tunc dicere solebat.

* Anno 1313. P. de Egnat. li. 3. Principu Rom. & N. Gilium in philippo III. Rege Gallor.

CÆTÈRVM quoniam Florentiæ ita diu resedi, vt eius incola propè dici queam, tempestiuum puto sedes supellestemque omnem historiæ meæ in urbem eiusdem Italiæ Ferrariam transferre, iam pridè & constanter Gallis sociatam, ac ferrumine affinitatis coniunctam, Pado flumini propinquam, antiquitate non tam censendam, quàm legum studiis & Principum nobilitate. In Annalibus inuenio fundatam eodem tempore, quo Pharamon Gallis Francos induxit salubribus auspiciis. * Aliis magis placet Ferrariæ originem referre ad Smaragdum patritium, seu Magistrum Palatii militiæque Mauritiij Imperatoris Constantinopolitani. Ille verò ad profigandos Longobardos in Italiam missus, & Hexarchi potestate sublimis Rauennam incolens, cum Authare corū Rege

* Anno christi, 420.

pacem fecit : ac fortè tunc loco opportuno ciuitatis fundamenta iecit. Non enim diu Italiæ præfuit , de-
 cedere coactus furiis animum corripientibus, vt Pau-
 lus Diaconus recensuit : successitque illi nouus He-
 xarchus, Ius Rauennæ proconsulari imperio dictu-
 rus. quod officium centum & septuaginta annos du-
 rauerat, à Narsete Iustiniani Cæsaris duce ad Step-
 hanum II. Pontificem Rom. cuius ditiori Ferraria Fa-
 uentiaque accessere, Caroli Magni Gallorum Regis
 beneficio & auxilio : qui Longobardis exterminan-
 dis, & Pontificatui ornando feliciter nauauit operã.
 Ferrariam à metallo, vt Argentam & Aureolum fi-
 nitima opida, appellatam verisimile est : sicut Ferra-
 ria promontorium ferri fecunditate in Tarraconēsi
 Hispania, diuiso in duos sinus mari, clarum nomen
 accepit. Sed etiam vbi desunt metalla ferraria, inquit
 Plinius, certis in regionibus aqua nobilitat immer-
 sum ferrum igne candens, sicuti in Bilbili eiusdem
 Hispaniæ opido, & Como Italiæ. Epaphroditus, qui
 Noracum Pannoniæ vidit, ferrum ibi nasci scripsit
 splendide polituræ: inde νόροϛ χαλκον dici, id est, splē-
 didum æs, seu ferrum Noracum, aut Norimbergense
 hodie, sin malis Noricum Bauariæ intelligi. Certè
 non est quod demiremur ferri scatentis venas alicu-
 bi exaruisse, cum aurifodinæ Tarbellorum celebres
 in Gallia Imperatoris Augusti & Strabonis seculo
 iam pridem exoleuerint, nullo sui relicto vestigio.
 Cæterum Ferrariæ Italiæ amplitudo & celebritas li-
 terarum cultu illuminata, non prius illuxit ac inno-
 tuit, quàm Estensis familia Actio Principe rerum po-

lib. 18. re-
rum Rom.
in Mauri-
tio.

Platinam
steph. II.

Raph. Vo-
laterran.
li. 4. Geo-
graph.
vop. Me-
la lib. 2.
de situ
orb. ca. 6.
Ibi Padia
nus.

Lib. 34.
cap. 14.

Suid. in
verb.
νόροϛ.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 279
 tita est, eò demigrans ab Esta Transpadano opido, &
 Ferrariam acie ferri vindicans, & ab immanibus ty-
 rannis extorquens, qui gliscentibus Pontificum dis-
 fensionibus irrepserant, Nā Pōtiffices cū imprecatio-
 nibus sepius quàm armis terrerēt aduersarios, nec Fer-
 rariã omittere volebant, nec seruare commodè po-
 terant : non dissimiles Gryphis Indicis, qui, vt Cte-
 sias scribit, aurum iugiter effodiunt, illo nunquam
 v furi, & tamen Bactros aliósq̃ homines Indis fini-
 timos studiosè ab auro arcent, tametsi armati filente
 Luna id venentur. Idem de Arismaspis populis vno
 (si credibile est) oculo tantum præditis Herodotus
 refert : quòd quoque vitæ dispendio rapiant aurum
 à Gryphis inuidis, ferarum genere volucris. Certè e-
 tiam dum Gregorius IX. auidius quàm firmiter Fer-
 rariæ ab Estensi familia eripiendæ incumbit, factum
 est vt Friderichus II. Imperator facili negotio ipsam
 occuparit, inducto præfecto Salinguerra, qui auda-
 ciè intolerabili exactionis tributariæ asperitatem ad-
 iunxerat, nec quæsitis malè finibus benè poterat cō-
 tineri. Quamobrem Veneti ac Mantuani duce Mon-
 telongo Bononiæ Legato, & Ecclini Estensis subfi-
 dio, Ferrariam bello recepere: quam Pontifex Azon-
 ni Estensi, cuius robur ac solertia in prælio præ cæ-
 teris enituerat, fruendam beneficij loco dedit : mu-
 nificus abundè visus, quòd alienum non prorsus ar-
 riperet. Vnde magna seges discordiæ pullulauit in
 posteros, Pontificibus ius clientelæ in Estensem il-
 lustrem domum sibi aliquando vendicantibus: adeò

Alianus
lib. 4. de
hist. ani-
mal. c. 27

lib. 3.

Ita vlati-
na: sed vo-
laterr. vo.
cas. d. c. 11.

plerisque eorum eximium cœli regimen non sufficit, nisi terris quoque latissimè dominantur. Enimverò constat Alexandrum VI. dum filiam suam Lucretiam Alfonso Duci Ferrariæ sponderet, pollicitum, nullam impostero querelam fore de mero Principatu, & velut additamentum dotis extitisse litis rediuiuæ tandem decisæ finem. Magni enim faciebat Alexander Alfonso Herculis filium, Fernando Rege Neapolitano auo materno, & ingenio proprio pollentem, generum quæsiuisse. Iam verò visitatum est Estensibus Regum excellentium affinitate gaudere. Nam & alius Alfonso post arma socia Galis in Italia res gerentibus contributa, Renatam Ludouici XII. Franciæ Regis secundam filiam uxorem habuit: cum Claudia regni hæres Francisco Valefio proximo cognato ex præscripto legis Salicæ antea nupsisset. Vnde multum ornamentum Ferrariensibus Regulis additum est à Gallo splendore, imò etiam acceptum instar clypei aurei Solis radiis vehementer icti, & ex eo lucem maximam consecuti, atque inuicem alienam augmentis: præsertim huic Alfonso III. sobole succrescente, quæ nihil non insigne & regium præstet, Hercule natu maximo filio ditionis habenas moderante, & Ferrariam urbem ferè nouitiam, & nuper natam, illustrante suis prisce nobilitatis titulis, & cotidiana virtute supra antiquarum urbium amplitudinem & gloriam: quarum plurimæ è diuerso vel diminutæ sunt, vel penitus intercidunt, & pro veteribus opibus rudera, ac dimidiatos

1528.
mense Iu-
nio.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 280
muros, & aurorum tumulos ostendunt: vt Lacedæmon Lycurgi legibus validius quàm mœnibus olim circumdata: & Athenæ Philosophiæ & disciplinarum communis patria, proinde Minerua conditrix inclytæ, à Mardonio Persa Xerxis præfecto quando-
que incensæ & euerse, ac post refectionem à Sylla Romano iterum: rursus florentes imperante Adriano, postremò inuicem humilem degenerarunt: vt & Ilium tot populis & Principibus superbum decenni belli clade tantummodò clarum:

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis,

vt inquit Iuuenalis. *Αἰὲρ ἐκείλομυλοὶ εἶσι,* Homero teste: nisi vt Pompon. Melam sequamur congruentius est, qui non portas centum, sed aulas totidem, Principum Ægyptiorum domos interpretatur, solitas singulas, vbi negotium exegerat, dena armatorum milia effundere. Contrà autem, velut paria faciente mundo, multæ vrbes excreuere, quarum nulla fama fuerat olim, vel ea obscura, in Gallia potissimum: vt Rothomagum Aulercorum inter opulentissima opida nulli secundum: & Mompelius Volcarum, & Albia, * agro Tolofanis propinquo, vini, frugum, & croci fœcundo nobilis, orę toti nomen dans, & hæres Albigensium decantatę magis quàm cognitę. Nemo scit denique, an rerum natura amplius quasdam parturiat, vel destruere machinetur. Semper enim noui quippiam edere studet fertilis parens artis humanæ magistra. Nec quod sapiens Concionator di-
xit, nihil nouum sub sole, ad vrbes spectare potest

Herodot.
lib. 1. p. au-
san. lib. 1.

satyra 15.
Iliad. 9.
Lib. 1. c. 9.

* Albigensium
quidam au-
tores vo-
cant.

Ecclesiast.
I. 1.

Genes. 4. singulas, quæ passim conduntur, sed ad vniuersam earum molition. Nam primam condidit Cain nomine filij sui Henoch. Ideoque vrbem alicubi extrui nouum & inauditum esse non potest, nisi ratione loci & regionis, quæ antè mœnia non senserat, vt accidit Germaniæ, de qua Cornelius Tacitus. Nullas, inquit, Germanorū populis vrbes habitari satis notum est, ne pati quidē inter se iunctas sedes: colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morē connexis ac coherentibus ædificiis: suam quisque domū spatio circundat, siue aduersus casus ignis remediū, siue incertitia ædificandi: nec cœmentorū apud illos aut tegularū vsus: materia vtuntur informi, & citra speciē aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra, ita pura ac splendente, vt picturam ac linamenta colorum inuitet. Quantum verò iam pridem ab horrida & agresti hac extructione discessum sit, omnibus liquet.

Germania enim, de qua nūc tempestiuè dicemus, vrbibus hodie multis amplissimisque abundat, Romę fermè æmulis. Nam & architectos peritos alius nationibus affatim suppeditat, sicut & reliquarum artium opifices egregios, & literatos alumnos quā plurimos habet: siue id syderum quadam conversione factum est, siue benigniore cœli aspectu, & recenti Dei (cuius immensa vis nunquam effœta est) beneficio. Is namque, qui ciuitatem illam longè pulcherrimam, cœli ambitu nobili velut muris gemmeis

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 281
 meis cinctam & firmatam, quam Mundum vocamus, ex rudi & confusa mole verbi solius potestate fabricauit, haud difficulter largietur, vt homo diuinitatis particeps opida sibi extruat, in quæ homines congregentur, animal planè politicum, & legibus ciuilibus seruandis accommodatum: quæ animæ vice in opidis & ciuitatibus funguntur. Patietur similiter idem celsus gubernator & artifex solertissimus Deus, vt populi alij ex feris & immanibus cicures fiant, alij ex compto & miti cultu in barbaricè & toruos mores transeant. M. Tullius ad Q. Fratrem scribens, qui Prætor Asię præerat: Si te fors, inquit, Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, immanibus ac barbaris nationibus, tamen esset humanitatis tuæ consulere eorum cummodis, & vtilitati salutique seruire. Cùm verò ei generi præsimus, non modò in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas, certè iis etiam eam potissimum tribuere debemus, à quibus accepimus. Nostro autem tempore tantaviciissitudo morum successit, vt Gallis humanitate & vrbantate præstantibus, Asiatici Turcæ sæuitia pressi, nihil nisi asperum & incultum sapiant. Christiana quoque pietas, quæ Asiam primùm illuminarat, orienti soli propinquior, in occasum inclinauit. Faxit Christus ne Turca Pannoniis iam imminens, Germaniam inuadat, & inquinet. De cuius antiqua religione non idem certissimi scriptores

lib. 1. Epistol. cap. 1.
lib. 6. de bell. Gall.
 prodidere, non ita magna annorum intercapedine distantes. Nam Iulius Cæsar Deorū numero Germa-

nos habere tradidit duntaxat Solem, Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem accipere, quos non cernerent: sacrificiis minimè studuisse, nec Druides qui eis præsent, nouisse. De eisdem verò Tacitus sic adnotauit. Deorum maximè Mercurium colunt, qui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem & Marrem cõcessis animalibus pla-

Isidem, cant: pars Sueuorum & Isidi sacrificat. vnde causa & Dea Ægyptiam intelligit.
 origo peregrino sacro. Parum, inquit, comperi, nisi quòd lignum ipsum in modum Liburnæ figuratum docet aduectam religionem. Cæterum nec cohibere parietibus Deos, nec in ullam humani oris speciè assimilare, ex magnitudine cœlestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reuerentia vident. Multum autem Cornelio Tacito tribuerim in huius rei narratione: utpotè cum Domitiani ætate ipse Romanus eques Belgicę Galliæ Germanis finitimæ rationes procurauerit, si Plinio assentimur. Idem Tacitus est autor Germanos celebrasse carminibus, quæ pro annalibus apud eos essent, Tuysconem Deum terra editum, & filium Mannum, primos gentis conditores: Tres filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingenones, mediij Herminones, ceteri Istenones vocentur. Cæterum Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum iis, qui Rhenum transgressi Gallos expulissent. Placuit aliis à Manno ipsa antiquitate venerando Germanos dictos, deinde Alemanos recentiore nomine, ac vix

lib. 7. narratur. hys. cap. 16.

cognito Cari Cæsaris seculo, ut Vopiscus ait. *Ma- In vita luere quidam Germanos à Romanis appellari cœpisse, perinde ac fratres Gallorum, tametsi excedant proceritate, ferocia, & flauo colore, inquit Eustathius. At Agathius fretus Asinij Quadrati testimonio, qui res Germanorum diligenter perscripsit, Alemannos aduentitios esse arbitratur, & ex variis gentibus conflatos: idque cognomento præferre ipsos refert: Neque eandem gentem antiquitus fuisse suscipatur, sicut nec Flavius Vopiscus: apud quem Statianus Senator Probum Cæsarem eo nomine dignissimum vehementer laudat, quia multos Romanæ Reipub. hostes sub iugum misisset. Testes, inquit, Franci inuisi strati paludibus: testes Germani & Alemanni longè à Rheni submoti littoribus. Non taceo Berosum dicere, Lugdi apud Celtas regnantis seculo Herculem Alemannum Tuysconibus imperitasse. Ita collibuit autoribus in varias opiniones discedere, & variè scribere Manni posteritatè vincti indocilem, & à Romanis sæpius triumphatam, quàm domitam. Non enim impunè C. Marius in Italia, Iulius Cæsar in Gallia, Drusus & Nero ac Germanicus in suis eos sedibus lacefferunt. Augustus verò, felix alioquin habitus, magnam ab his cladem accepit, postquam Quintilius Varus præfectus est Germaniæ, Syria administrata pacatiore prouincia: quod ipsi fraudi fuit. Nam dum pecunias pernicias imperat, & legibus Romanis seruire populum ferocem putat fiducia pacis, Germani sæuiora armis*

iura & togam a spernati, simulatè obtemperantes, ru-
Dion Cass. bigine oblitos enses & inertes equos Arminio & Se-
lib. 56. gimero ducibus corripuere. Improvidum Varū, &
Flor. Epi- nihil tale metuentem, & iuri dicundo intentum su-
rom. lib. 4 bitis armis adorti, dissipatas tres legiones oppresse-
cap. 12. re, per densissimas sylvas callium periti confectan-
 tes. Ex quo Varus iam non vno vulnere saucius, sibi
 intulit manus eodem die, quo Paulus apud Cannas
 ab Annibale victus ceciderat: Signa & Aquilæ duæ à
 Germanis possessæ: qui more victoris insultantes
 Romanæ insolentiæ & securitati, fecere vt Imperiū,
 quod in littore Oceani non steterat, ripa Rheni flu-
 minis staret. Nec tum quidem à Gallia inuadenda
 temperantes, tam Gallis quàm Romanis fuere infe-
 sti, & cantu aspero prælia cientes, obiectis ad os scu-
 tis, quò plenior & grauior vox intumesceret reper-
 cussu aëris & ripæ, cuiusmodi sono fortunam belli
Tacit. in antiquitùs augurabantur. Validiores olim res Gallo-
lib. de mo- rum fuisse, inquit Tacitus, summus autorum Diuus
rib. Germ. Iulius tradit: ideoque credibile esse etiam Gallos in
 Germaniam transgressos. Quantulum enim amnis
 obstabat, quominus vt quæque gens eualuerat, oc-
 cuparet permutarétque sedes, promiscuas adhuc, &
 nulla regnorum potentia diuisas. Atqui Iulius Cæ-
lib. 6. de sar superari cœpisse Gallos paulatim à Germanis
bell. Gall. scripsit, copia victus, & transmarinarum rerum no-
 titia, quasi luxu quodam mollitos: cum victores in
 eadem inopia, egestate, patientiaque permanerent.
lib. 1. de Didici tamen ab Agathio, Germanos, quos ipse Ale-
bell. Goth.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 283
 mannos vocat, à Theodiberto Francorū Rege Clo-
 douci nepote ex Theoderico notho in ditionem
 Gothis abactis acceptos, & mirum in modum man-
 suefactos, & assidua conuersatione, ornamento mo-
 rum & pietatis ac cultus erga Deos expolitos. Huic
 genti, inquit, legitima quædam & patria sunt insti-
 tuta. In Rebus publicis administrandis & magistrati-
 bus Francorū politiam sectantur & leges: in iis tamè,
 quæ ad Religionem spectant & Deum, ab illis longè
 dissentiunt. Nam arbores & saltus aquasque adorât,
 quibus equos & boues defectis ceruicibus immolat.
 quam vesaniam & absurditatem sperabat Agathius
 cotidiano Francorum commercio facile eiici & ob-
 solescere posse, vt quidem contigit. Nam Fræci tum
 sua, tum Gallorum, quibus coaluere, munditia, & vi-
 tæ cultioris instituto, tanquam lima, scabros & agre-
 stes finitimæ gentis ritus ac mores in lenius ac terfius
 quiddam transformarunt. Cæterum non admodum
 magnam ex eo gratiam habent Germani Gallis: vt-
 potè cum Francorum originem sibi vendicent. Nos
 verò, quibus nō nisi explorata afferre libet de re tam
 ardua vt apertius licebit, Francos à Gallis oriundos,
 ipsismet antiquissimis progenitoribus rursus mistos
 ostendemus. De Germanis autem sic Cornelius Ta-
 citus: ipse, inquit, eorum opinionibus accedo, qui
 Germaniæ populos nullis aliarum nationum con-
 nubii infectos, propriam & synceram & tantum sui
 similem gentem extitisse arbitrantur. Vnde habitus
 quoque corporum, quanquam in tanto hominum

numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantum ad impetum valida, laboris atque operum non eadem patientia: minimeque sitim & æstum tolerare, frigora atque inediam solo cœlôve assueverunt.

GERMANORVM gloriam paulò superiore seculo vehemèter extulit ac dilatauit fructuosa solertia clarissimorum inuentorum, quæ olim diuinitatem quibusdam mortalibus communi gentium cōfensione ascripsit: quia persuasæ duce[m] vitæ animum cœlitus defluxisse, & ab eo aliquid eximium ad communem hominum societatem inductum contemplatæ, præstantis alicuius in inueniendo industriam & curam stupentes venerabantur: ipsùmque autorem vel Deum, vel Dei (cuius id præcipuum est iuare mortales) internuncium fatebantur, ac prædicabant. Nec verò dubium est superatam rerum naturæ ferè munificentiam excogitata librorum typis

excudendorum ratione Moguntia* à Ioanne Guttembergo equite: cuius inuentum nullo vitæ miraculo, si verum fatemur, postponendum ne nouem quidem Musæ æquabunt, licet cuiilibet suæ artis disciplineve institutionem veteres assignauerint, ut Varianæ cœlestium inuestigationem cognitionemque, tanquam præcellenti. Nam Erato, inquit Fulgētius, id est, ἑρατων ὄμαιον, simile inueniens dicitur: quia post scientiam & memoriam noua inuenire deceat, eaque commoda, ut diuinitatis opinio acquiratur: qualis contigit Cereri, dum frumentum & leges prima

* Anno 1440. ut ait Valentinus, in Chro. sed viguit 1452.

lib. 1. Mythologic. cap. de ix. Myths.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. III. 284
monstrauit. Pixidoro quoque pastori numinis famam dedit, non præmediata, sed fortuita marmoris inuentio in agro Ephesino, vbi aries cornu candida albi lapidis crustam excusserat: quo inuento Diana ipsa templum magnificum accepit, at Pixidorus aræ & sacrificium singulis mensibus. Verum reputantibus vtilitatem libris excusis allatam, redintegris literis & artibus ingenuis, quæ penè interciderat, quæque Græci intra mille annos repertas sentiunt, verisimile est Deum summo morbo summum & saluberrimum introduxisse remedium ad sciētiarum instaurationem, ut semineces non vigore tantum, sed etiam viribus & colore reficeret: utque inopiam, ingens malum, quod ingeniosos multos deterruit, & à studiis alienauit, ocyslima voluminum perscribendorum figura subleuaret, & mēdas scatentes ex manus diuersitate coerceret.

ATRAMENTVM typicum factitium antiqui pictores indicauerant, è resina exusta: propter quod etiam officinas ædificauere fumum non emittentes, ut fuligo expetita retineatur, referente Plinio. Nam & ad libros scribendos id transferebant, cum fieret dilutius. Resinam autem de pinu & picea arbore stillatam ex Hetruria potissimum peti fuisse, & à Gallia, Dioscorides docuit, nec non ex ea cōfici scribentium atramentum. Quare fit, ut vulnera facta pinui Gallicæ, & eius hilares lachrymas, salubriores & pretiosiores mortalium generi existimem, quam Myrrhæ Arabicæ succum, ad oculorum præcipue

vitruuius lib. 10. ca. 7.

Varro lib. 3. de re rustica, ca. 1.

lib. 35. cap. 6.

lib. 1. cap.

77.

caliginem discutiendam mulgeri solitum. Nam & ignorantia tenebras plus quam Cimmerias, & longè tetriores, nigra resinæ fuligo propulsavit, & candorem lucemque admirabilem reposuit.

GERMANIS præterea tribuitur inuentum machinæ expugnatricis globos igneos eiaculantis, impulsu incensi pulueris tonitru quoddam terrestre simulantis: nisi quòd non tantum terret vt tonitru, sed etiam perimit, conuellit, destruit. adeò nihil pestilentius vrbibus est obsessis, vel salutaris, dum obfidentes arcentur, & missilis ignis regeritur. Quid enim natura boni dedit hominibus sine aliquo malo? Duo præcipua elementa aqua & ignis hoc patefaciunt, quibus vita maximè fouetur, & maximè perditur absorptis vrbibus, nedum hominibus: quibus etiam constat exitialis ille puluis, concinnatus nitro, sulphure, aqua vitali, & quod caput est, saligno carbone. Proinde salix non iam frugiperda vocari meruit, quòd suum semen citò perdat, vt Homerus vocat, sed magis quòd alienum, præsertim hominum, qui cumulatè trucidantur proprio artificio, proiectis flammis & incendiis. Natura enim benignior salicem potius generat ad tuitionem, nempe scutis faciendis aptissima materia: quia lentissima ac leuissima, cuius plaga se protinus contrahit, & vulnus claudit, vt Ficus, Tilia, Sambucus. Sed verisimile est Deum singulari quodam iudicio fuisse tam perniciosum tormentum recenter reperiri, idque à Christiano homine, vt mutuo terrore affecti mortales, nec viribus

ἀλεστ-
κερπος.
sic vertit
Plinius li.
16. ca. 27.

ribus ita confidentes, facilis alerent concordiam, & bella detestarentur, incerti & mortiferi ictus timentes aleam: tantum abest vt virorum virtus hac ætate perierit, sicuti olim questus fertur Agesilao Rege fatus Archidamus, teli noui genus è Sicilia allatum demiratus: cum potius hodie non nisi audacibus & ferè desperatis sit præliandum inter grandines flammarum. Teutonicum vulgò fatemur inuentorem, eumque ^{Platini} nomine Bertholdum Schuuartum vitæ monasticæ, ^{urbano} ac certè otiosæ. Et quia nihil agendo, vt dicebat M. ^{vi. 1380.} Cato, malè agere discimus, metallis transformandis ^{ut placeat} incumbens, præter opinionem æs subsilire cum fragore sensit, igneavi & tenui puluere tantum modò pulsatum. Barbadicus Venetæ classis præfectus, singulos ^{Polydoro,} lembos ac trémes binis his machinis armas, ^{bombarda indu-} Genuës ^{ta. Ali-} infultantes vehemèter terruit, primusque ^{ter Mun-} specimè edidit, volante igne, belligerandi. Laudat Plinius Appellè Pictorè nobile, quòd pinxerit tonitrua, fulgura, & fulgura, quæ pictura exprimi vix possunt. At quanto ars hæc præstantior, tonitrua sono damnòque prorsus æmulans? vt possint incusare poetæ antiquum Prometheum, ad què Fulgentius Providentiam refert, quæ Græci ^{καρομηθείου} dicunt, quare non præferit hoc machinæ bellicæ genus, & quare posteros milites ex marmore Pyreneo nõ potius informauerit, quæ ex molli luto. Sed, vt dixi, Bertholdo fortuna nihil tale meditantis opus obiecit, sicut Diocli Atheniensis Harmoniã, dũ vasa testacea ligno pulsaret. <sup>suid. ver-
bu ξυλυ-
φίω.</sup> Falluntur enim qui putant præscisse antiquiores ta-

In lib. phanomenon. lem machinam : & non vident omnino verum esse, quod vult Aratus, non omnia simul edoctos homines à Ioue, sed adhuc pleraque occulta manere, quorum aliqua imposterum dabit. *ἄνω τε καὶ ἔπειτα ἐκ γῆς ἀνθρώποις γινώσκουσιν.* Quare Salmoncus, qui fulmen Iouis

Æneid. 6. *are & cornipedum cursu simularat equorum,* non est credendus igne, puluere ve, aut ære emisso id consequi, quod metum dumtaxat incuteret sine noxa. Alias sagittas quoque igniferas ex Iulio Polluce nouimus, *& arsuras cæli per inania glandes,* vt ait Staius. Sed eæ glandes plumbeæ percussæque vi funditoris, liquatæque ardescebant, si experimento creditur, Lucretio similiter sic scribente:

Lib. 6. *-plumbea verò*
Glans etiam longo cursu voluenda liquefit.
Lib. 8. De cad. 4. Ideoque Lilius refert, Manlium Consulem pugnam contra Gallogrecos, ab Attalo accepisse subsidium sagittariorum & funditorum, atque ita configisse Gallos. Iidem, inquit, cum aculeus sagittæ aut glandis abditæ introrsus tenui vulnere in speciem vrit, & scrutanteis quæ vellant, telum non sequitur, tum in rabiem & pudorem tam parvæ perimentis pestis versi prosternunt corpora humi, sic vt passim procumberent. Inde manarunt præceptiones veterum medicorum de glande plumbea, quæ prærupta cute penitus insedisset. Itaque latiori vulnere facto, de corpore sensim forfice extrahebatur.

Cornel. Celsus li. 7. de re medica, cap. 5.

Libri quarti finis.



STEPHANI FORCATVLI IVRISCONSVLTI, DE GALLO-
rum Imperio & Philosophia,

LIBER QVINTVS.



VM verò in inuestiganda & inuenienda Francorum gentis origine sollicitè laborarem, indixi mihi prorsus sequam Agenoris Sidoniorum Regis legem acerbam, qualem Cadmo filio ipse præscripserat, ne nisi inueta sorore vnquam rediret: itaque aut inueniendum, aut pereundum esse: tametsi multò facilius videatur Nilii fluminis caput perquirere, aded multi nobiles auctores in multas ac varias distrahuntur sententias, dum gentem inclytam, virtute insignem, fortuna mirabilem, regno felicem, Regibus felicissimam, ad se studet repetere, & suæ quisque nationi cognatam demonstrare. Complures Troianæ stirpis esse Francos tradidere, à Franco Hectoris filio, qui patria euerfa superstites cladi ciues magno numero ad Meotim paludem ductauerit, ibique confederit: deinde

CC ij

serpserit vincendo, dum ad Pannoniam ac Germaniam perueniret, & in Galliam denique, dulcedine prædæ & laudis blandiente. Atque ita figmentis quasi per fabulam sacra Francorum incunabula traducuntur: nec horum tantummodò, sed etiam aliarum multarum gentium & Regum, qui non se natos existimant, nisi maiores suos Troianos ostenderint: cumque id argumentis nullis indicent, vix est vt patres vnquam habere incipiãt, sicut nec habent rationem Troianum nomen ambiendi, quod magis ærumnis & ruina, quàm virtute aut opibus enituit.

PLANE ij, qui primordia Francorum à Troia repetunt, Manethonis Ægyptij nituntur testimonio, qui Annales Berosi supplese fertur: si modò is liber illius est, quem eruditè Græco sermone scripsisse Iosephus meminit. Scripsit itaque Manethon, apud Celtas Galathen iuniorem, qui vicit Sarmatas, & cõdidit Galathas Asiæ, regnasse tunc cum Ilus apud Troianos regnaret: & longè post Ascanium Latinis imperasse: mox Francum Celtis ex Hectoris filiis. An hæc effutierit Manethon addubito, quia scripta huiusmodi cum fama ipsius pugnant, & cum mera veritate. Siquidem constat Galathas seu Gallogræcos decurso multorum annorum spatio post Iulum Principem, qui Ilio nomen dedit, & post Romam adultam admodum, in Asiam penetrasse, & regioni, quam vi occuparunt, nomen reliquisse sempiternum: non prius quàm Brennus Romam expugnatum iue- rit, ac deinde in Dardanos perueniret: à quo secessit-

lib. 1. con-
tra Ap-
pionem.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 287
re Lomnorijs & Lutarijs Reguli viginti millibus hominum sequentibus, qui in Thraciam primùm iter auerentes, in Asiam postea trãsmisere, vt alibi perscripsimus, autore T. Liuijs, & alijs multiuulgæ doctri-^{lib. 8. De.} næ viris. Ex quo liquet Græcos scriptores, aliòs-^{ead. 4. tra-} que patriæ remotioris, perperam de Gallis multa ^{sim. lib.} confixisse, vt idem Iosephus testatur, etiam de iis qui ^{25.} putantur diligentissimi: quorum, inquit, est Ephorus, qui Gallos & Hispanos sic ignorauit, vt Iberos vnã ciuitatem tantum esse notauerit, qui magnam terræ plagam habitare noscuntur, & de illorum moribus non pauca tradiderit, quæ nullibi vsurpantur. Subiungit præterea Iosephus deliria quædam Manethonis de Timauo & Salti Hebræorũ Regibus, quomodo hic Memphitem oram Ægypti inuaserit, & Saitem ciuitatem fabricatus sit ducentis quadraginta armatorum milibus communitam & custoditam, magno exterorum terrore & damno. Sed vbinam inuenisse potuit Manethon Francum ex Hectoris fuisse filiis, qui vnum tantum sustulit ex vxore Andromacha, eumque reliquit paruulum, tunc cum ab Achille occisus est, vt ex Homero liquet: apud quæ ^{Iliad. 22.} illa prospiciens suum Hectorem ante ciuitatem victoris equis raptatum & distractum, lachrymans & ciulato fœmineo turrim implens, ideò potissimum queritur, quòd præuidet infantem Astyanactem in potestatem hostium venturum, & molli educatione cariturum,

- ὅς ἐπὶ μὲν εἴ τι γένοιται πατρὸς

μυλδν διον εδρασε.

In Craty-
lo, vel de
recta no-
minum va-
riatione.

Plato infuper mul-
ta congerit in huius pueri nomen, quem à mulieri-
bus, Homero teste, Scamandrium à Scamandro flu-
uio Troiano, à viris Astyanacta vocatum docet: id
est, Regē vrbis à patre Hectore sæpè seruatię. Proin-
de cūm Æneas in Chaoniam Epiri plagam appulif-
set, & Helenum vatem Hectoris fratrem & Andro-
machen opperirētur, quos Pyrrhus Achillis filius eò
deduxerat, & tandem simul connubio iunxerat ex
miti & clemente seruitute, Andromache Ascanium
intuita apud Virgilium sic loquitur:

lib. 3. Æ-
neid.

Et Liba-
nius So-
phista in
Declama-
tione, qua
Andro-
mache plā ait,

O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
Et nunc equali tecum pubesceret æuo.

Eadem Andromache apud Euripidem lamentans, sic

git Hecto-
re necato.

Εἰς παῖς ὅδ' ἔμ' ἔμ' μαί λαιπὸς, ὀφθαλμὸς βίβ'.

id est, Vnus filius erat mihi reliquus, vitæ oculus
meæ. Itaque

Mittitur Astyanax illis de turribus,

Meta-
morph. 13.

inquit Ouidius, vnde pro se & patria pugnantem
parentem à matre monstratum sæpè viderat. Meritò
illa lugebat filium tenerum & infontem ex altissima
turri à Græcis præcipitatum, ne qua Hectoris super-
esset soboles, quæ patrem ac patriam vlcisci posset:

Fleuit quæ Achiuum turba, quod fecit nefas,

vt ait Seneca Tragicus, qui Franco minimè ignouif-
sent, præsertim si maior natu extitisset, ac inspector
Achiuæ crudelitatis. Quòd si minor Astyanacte in-

fante fuit, quomodo quæso dux esse potuit Franco-
rum in Scythiam, & eadem ætate Celtis imperitare
tam procul disitis, & tanto quinquennis pollere
consilio? maximè deploratis in rebus, & ad Meoti-
dem paludem cōuolare in Europa mari similem, sed
horrido, & immanibus accolis decantatam, terris
incultam, asperam coelo, aspectu tristem: quam ne-
mo peteret, si nō sit patria. Patet itaque Dictyn Cre-
lib. 3. de
tensem errasse alicubi quamuis à Suida historicus idē
bell. Troia
no. nisi li-
ber est sub-
dititius.
videsuid.
in verb.
Dicty.
celebretur; vt multorum voluminum scriptor, &
Hōmero posterior: cūm ab hoc prætermiſſa scripse-
rit, & res Italicas libris ix. de Troiana Republica, de
raptu Helenæ, & Menelao, ac vniuersa Troiana hi-
storia. Cūm autem, inquit, imperante Romæ Clau-
dio Creta terræmotu discessisset multis sepulchris
apertis, in quodā Dictys opus historicum est reper-
tum, quod bellum Troianum contineret. Displicet,
dum refert Priamum iuisse redemptum exanimum
Hectorem magna vi auri, comitatum Astyanacte &
Laodamante Hectoris liberis, quò magis Achillem
fleeteret, id quæ Andromaches consilio factum: cui
certè nullus alius filius præter vnum vnquam fuit,
tametsi Hectori nothi liberi plerique fuerint. sed
nulli illorum Franci inditum nomē, nullius vlla re-
rum gestarum extat claritas: & si qua vnquam fuisset,
nunquam tamen tanti faciendā, vt illustris origo
Francorum à notho repeteretur, maximè Hectoris
filio: cūm nec iustus quisquam filius eius Francę gē-
tis sat dignus princeps mihi videatur. Scitum nam-

plin. li. 33
cap. 4.

que est responsum Teutonorum legati, in tabula pictum senem pastorem cum baculo aspicientis, in foro Romano admirationi publicę proposita, ac rogati quanti eum æstimaret. Respondit sibi donari nolle talem viuum ac verum. Ita mediusfidius nemo, qui saperet, Principum sanguinem suum eductum affectaret à vero filio Hectoris meticulosi, & certamen singulare cum Achille detrectantis, & de sepultura sua magis quàm de defensione solliciti, turpiter fugati, fortiter necati, & ludibrio victoris expositi, & traiecto talis loro circa muros patrios versati, atque omninò maiorum suorum perfidiam & scelera luentis. Nam cum Argonautę Iasone duce vellus aureum quęsitum nauigarent, ac mare ingressi per Propontidem Hellestrotumque Troiam delati, laxandi animi gratia & marinum fastidium exuendi Phrygium littus legerunt, atque (vt ferunt) feram diram & regioni exitialem peremerunt. In reditu autem Hercules Iphicium fratrem & Telamonem ad Laomedontem Regem misit, vti memor esset monstri à se occisi aliquot antè annis, à quo vastitas regioni & terror multus incutiebatur: ideoque pactam mercedem velocium equorum perfolueret. Tradit Diodorus, coniectos à Laomedonte in carcerem oratores: proinde indictum atque illatū protinus bellum iustissima de causa, tum ob perfidiam, tum ob ius gentium legationis violatum: captam ciuitatem, occisum periturum Regem, abductam Hesionem filiam, & Telamoni datam: soli Priamo filio, quia

lib. 5. de
antiquor.
gestis.

quia patris improbitati consilio restiterat, parcitum esse, & regnū Iliense cōcessum: vel potius quod opibus alicunde corrahis redemptus fuerit. vnde nomen ^{Hyginus} fortitus, ^{Augusti} ^{libertus} antea nq̄ue Padax nūcupabatur. Quòd si senex iuuentæ suę virtutem comptens Priamus pietatem erga Gręcos seruasset, regno potitus esset incolumi, & beatus moriens minimè aram Iouis sanguine suo scedasset, cuius iura polluerat: non quia hospitis Menelai penates offendisset, vxoremve ipsius Helenam & opes Spartę diripuisset, vel asportasset, sed quòd Paridem filium Legati specie in Græciam missum res repetitum, atque Hesionem iusto bello captam recuperaturum, prædę & adulterij reum inultum suisset: sed pareri Antenor iussisset, qui sedulò raptam à perfido hospite, imbelli hoste, Helenam marito reddendam cum præda ^{Homer. li.} pestifera commonebat, prædicens Iouem hospitalem vltorem fore patrati malè facinoris & iniustæ rapinæ. Itaque peccare non prohibens Priamus, cum tempestiuè posset, mandasse credebatur: præsertim si legibus assentimur, mandatori comparatibus cum, ^{l. 1. §. cum} qui delictum quodlibet ratum habet, saltem violentiæ ^{autem. ff.} illatę: Imò opinor adulterij quoque, quatenus & ^{de vi ar-} delinquentem audaciorem reddit, & impunitate ^{meta.} proposita alios ad scelera accendit. Obiurgare debuerat Helenam Priamus, non ita blandiri: Veni ad me dilectā filia, maritum videbis priorem. Non mihi tubelli cruenti causa es, sed Dij potius, qui Gręcos aduersus me concitarunt. Quantò sapientius

lib. 2. Et stor. Proteus Rex Ægyptius, cuius in Memphi fanum narrat Herodotus, & iuxta Veneris Hospitæ ædem, quam fuisse Helenes coniicit. Hanc autem vnà cum Paride eò delatam tempestate & erroribus æditui asseruere: de quo sumpsisset supplicium Proteus, nisi titubanti & supplici ac vehemèter increpito ignoscere fatius duxisset, & expilatas opes adseruare, quas vnà cum coniuge, forma quàm moribus gratiore, Menelao redderet. Ceterùm hæc sacerdotum Ægyptiorum narratio accedit paulisper ad eorum sententiam, qui armis Græcorum Troiam deletam negant, quam quidem ego refello: tametsi Troianos tam afinos fuisse nequaquam putem, vt ab equo ligneo falli se permiserint. Nec eandem vtiq; admitteret Alexander Magnus, si viueret, qui & Ilium dirutum visit, & cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, fortunatum illum dixit, qui virtutis suæ præconem Homerum inuenisset: & Constantinus Imperator ille Magnus, quando urbem sibi cognominem moliebatur Romæ æmulam, ad campum illum peruenit, qui ante Ilium ad Hellepontum supra Aiactum tumulum extat, vbi statio nauium Græcorum & castra obsidentium Troiam fuisse prædicantur. Ibidem fundare mœnia ingētia iam incoeperat, cum in somnis à Deo admonitus est vt à cœptis desineret, & potius vltra Chalcedonem in Thraciam opus transferret. Accepi tamen post nobile illud excidium Ilium resectum, & rursus à Fimbria Romano destructum. Is enim Iliensibus iratus, à quibus pro Syllanæ partis

P. Melæ Sigeum opidum scribit lib. 1. cap. 18. vbi de Ilio. Cic. in orat. Pro Archia.

Strabon. lib. 2. histor. cap. 3.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 290
studio obiectu portarum repulsus fuerat, cede & incendio antiquam Romæ parentem miscuit, ac deleuit: mox Sylla ruinæ assuetam instaurauit, & Fimbriam ad spontaneam necem adegit. Nero sedecim annos natus Octauiam Cæsaris filiam in matrimonium accepturus, vt studiorum & eloquentiæ gloria nitesceret, causa Iliensium suscepta, & Iuliæ stirpis autorem Æneam, aliaque, haud procul fabulis, ventera facundè executus, impetrauit, vt Ilienses omnino publico munere soluerentur. Idem D. Antoninus Pius rescripsit, potissimum vt à tutelis immunes fierent, præterquam Iliensium pupillorum, idque ob coniunctionem Romanæ origenis, vt placuit Iuriconsulto Callistrato. Si enim ab Ænea Romani defluxere, liquet Æneâ regia nobilitate claruisse, manâte à Dardano tâquâ à fonte familiæ: qui ab Italia, vel vt aliis placet, à Creta soluens, & patrios lares deserens, vt Messala Coruinus scriptum reliquit, in Phrygiam migravit, & urbem ac regnum statuit, & Erichthonium genuit: hic Troem, à quo Ilus & Assaracus. Ilus arce sui nominis nuncupata Laomedontem proteruum ac minacem heredem habuit, qui, vt diximus, Priami pater, audaciùs quàm cautiùs cum Hercule dimicans interiit: & cuius patruus Assaracus substulit Capim filium, à quo Anchises Æneæ parès, auus Aescanij, cui cognomen Iulo, Iuliam gentem edituri: quam alij ad Syluium, qui & Iulus, ex Lavinia natum referre malunt, qui Albam in colle construxit situ & muris communitam, & à quo notissi-

Orosius li. 6. cap. 2.

Corn. Taciti lib. 12.

L. non tantum s. i. ff. de ex-cus. tutor.

In lib. de progenie Augusti.

ma series est vsque ad Romulum, primum Romæ fundatorem & Regem, qui urbem nouam inaudita quoque victima fraterni sanguinis consecrauit: minimevtrique à primo illo conditore ac Principe Dardano degeneras, qui similiter fratris Iasij cruore adhuc madens, in Phrygiam profugiens locauit sedes, & moenia Dardana statuit. Sed Virgilius illum cœlo donare non erubuit, parricidium subticens pudore honesto: quod tamen ab aliis scriptoribus detectum inuenio, qui non tantum prodidere quomodo

Dardanus Ideas Phrygiæ penetravit ad vrbes:

sed & altius repetunt, Iasium & Dardanum fratres in Italia tenuisse imperium latum ac stabilitum diuitiis & legibus, quandiu concordēs ipsi vixere: sed pessum ire coepit simul atque Dardanus Iasium dolo, si Berofo fidimus, mactauit: ac metu populi Iasium peramantis in Samothraciam fugit, vbi diu latuit conscius nefariæ cædis liuore suadente admissæ. Nā Iasius à patre Coriti titulum honorificum, perinde ac dicas Cæsaris seu Regis designati, acceperat, vt fratre melior tum annis, tum virtutibus, & in summa tranquillitate ac iustitia Italiam continebat: imò etiā Celtas: quia, quo tempore Cecrops priscus Atheniensibus præfuit, Iasius, teste Berofo, Celtis imperauit, Coriti honorem adeptus, & ducta vxore Cybele, ex qua Corybantum sustulit, saltationis armatæ amanuissimum: quæ quantum Gallis placuerit, paulò inferiùs explanabitur, dum de Salis & lege Francorum Salica verba faciemus. Ceterum in deos

Lib. 7.
Æneid.

In lib.
Antiqui-
tat. de re-
ge xvij.
Asyrior.

In xvi.
Rege As-
syrior.
Lucian. li.
de saltatione.

translato Iasio, Dardanus, Cybele, & Corybantus sacra Deorum matris in Phrygiam detulere, nisi nos fallit Diodorus. Sed neutiquam fallit, atque omnino illud verum est, non ex Phrygia Francos in Galliam, sed ex Gallia & Italia Reges in Phrygiam colonias duxisse, leges & ritus sacrorum præstituisse, & Gallos sacerdotes matris Deum, quos esse ex gente Gallica fatetur D. Hieronymus, veriùs quàm Ouidius lib. III. Factorum:

Cur igitur Gallos, qui se excidère, vocamus,

Cùm tantum à Phrygia Gallica distet humus?

Inter, ait, viridem Cybelem altasque Celenas

Amnis it insana, nomine Gallus, aqua.

Qui bibit inde, furit.

Miror ego cur mirentur aliqui Gallicum nomen ac gentem tam longè progressam, cum vniuersa regio Asiæ Phrygiæque penè à Gallis Galatiæ nomen acceperit, è quibus Tectosages Phrygiæ maiori proxima occuparunt: id est, Tolosani, quorum castellum Anchora, vt Strabo tradit. Tolistobogi verò, inquit, Bithynis sunt finitimi & Phrygiæ, quæ Epictetus dicitur. Horum Castellum fuit Blucium, Deiotari regia, & Peium, vbi thesauros habebat. Pessinus emporium est, vbi templum matris Deum magnæ venerationis, & sacerdotio maximo insigne, à quo Romani Deæ statuam accersiuere, vt Æsculapij ex Epidaurò. Idcirco suspicor Gallum flumen à Gallis Celticis dictum olim, sicuti tota regio postea ab aliis Gallorum coloniis nobilitata est: & Gallos sacerdo-

Lib. 6. de
antiquor.
gest. Idem
Berosus.

In Osee.
Malè Pal-
la lib. 5.
Elegant.
cap. 6. re-
darguit.

Lib. 12.
Geograph

tes à Cybele introductos, non spadones, vt superstitio deinde commenta est, sed castimoniam & coelibatum perpetuum vouentes, sicut & ipsa ad vltimū vitę finem vidua castę mansit, omnibus exemplo & prudentia salutaris. Nam etiam Christus retulit, nec nominatim repulit, multos qui se sponte eunuchos fecerunt propter cęlestę regnum, qualis postmodū claruit eruditus Origenes, Alexandrię diuinis disciplinis imbuens populares suos: ideoque vulgō gratiosus, & dignitate conspicuus, licet à Demetrio Episcopo tanquam in seipsum inhumanus fugillaretur. Cybele autem potissimū succurrebat infantibus, quorum ægritudines verborum medicamine tanquam numine aliquo depulit, Mater maxima inde appellata, amoris & diligentię mortalibus pręstite argumento. Atim autem prę cęteris Phrygibus dilexit, pudicitia & mente singulari pręditum adolescentem, agresti victu in lucis opacis ægrè pastum: qui tantō fuit omnibus, nedum Deę gratior, quantō oris commendatione excellebat. Huic in Pessinunte arę & honores post fata decreti, tanquam Deę Gallicę, quam à Pardis & Leonibus enutritam finxere Phryges, ignorantes ortum & natales. Celticos. Al-
 ludit Ouidius:

Phryx puer in syluis facie spectabilis altis

Turrigeram casto vinxit amore Deam.

Hunc sibi seruari voluit, sua templa tueri.

Turrita namque Cybele fingitur, propter duodecim Reges seu Duces, quos Celtis Italique pręposuit,

Matth. 19

Euseb. hist. lib. 6. cap. 8.

Diod. sicul. lib. 4.

Lib. 4. Fab. Berof. in sine operis

Palatiis, sceptris & coronis illustrauit, priusquam in Phrygiam transfiret. Etianum in Gallia in agro Mafiliensi paucis ab vrbe miliaribus * incisa in marmo-
 re inscriptio hęc legitur infra densę arboris, Leonis-
 que sculpturam: MATRIS DEVM MAGNÆ
 IDEÆ PALATINÆ EIVSQ. M. RELIGIO-
 NIS AD PARNOR NAVIVS IANVARIVS
 Malui autem de Cybele Dea veram, quàm lepidam inscriptionē apponere, subiungens versus Lucretij: Lib. 2.

Hanc veteres Graiūm docti cecinere poetę

Sedibus in curru biingos agitare Leones,

Aëris in spatio magnam pendere docentes

Tellurem. -

Addit Leonibus

domitis significari victam officiis hominum, ac corona cinctam Deam propter vrbium, quas terra sustinet, editas turres. Nemo sit, qui miretur ab antiquis ignoratam rationem originęque sacrificij quod ipsi exercebant, cum, autore Epiphanio, in Dionysij
 sacris Curetes serpentibus, coronati vociferarentur
 Euantes: nimirum Euam à serpente deceptam adhuc
 inuocantes: aut per aspiratam vocem, quia Heua cū
 aspiratione, serpētem, non mulierem, significet Hebræis. Arborem verò Cybele sacram, Pinum cuncti nouerunt: vnde Cybeles poma Martialis pineas nuces appellauit: quę quidem vt in Phrygiam Corybantes, sic Curetas in Cretam induxit, concinno motu corporis stellarum choream, & errantium cum fixis syderibus coniunctionem significaturos, & modulationi bellissimè congruentes. Planè ad Gallos

* In vico de Penes.

Tomo 2. li. 3. contra hereses.

Massilienses nemo Phrygum spectatę virtutis & famę vnquam venisse proditur: sed potius Gręcos, nempe Phocenses auguriis ductos, illuc appulisse, nō ex vulgari regione, sed ex vltima Ionia, qui Massiliam ipsam condiderunt, & Gręcas disciplinas Gallis familiares reddiderunt. Aiunt quidā, inquit Ammianus, post excidium Troię paucos fugitātes Gręcos vbique dispersos loca Gallię occupasse (de Galliā enim sermonem instituerat) tunc vacua. Regionū incolę id magis omnibus adseuerant: quod etiam nos, inquit, legimus in monumētis eorum incisum. Porro si Francis aucupanda alicundē esset origo, prestatet à Gręcis quām à Troianis deducere: non solum quia superiores armis fuerunt, magno sanē preconio, sed quia ingenio & disciplinis non celebratis modō, sed etiā inuentis mirificē claruerunt: ij maxime, qui Troianę cladis seculum attigerunt. Citetur Palamedes Nauplij Regis filius, Vlyssis astum solitus retundere incredibili sagacitate. Idem post sedecim Cadmi literas, in castris per ferias quatuor adiecit, Θ. Ζ. Φ. Χ. Adiecit & hominum commoditati ponderū & mensurarum rationem, vt plerique volunt: quibus non ita assentior, cum pretia rerum multō ante inuentum nummum appendi trutina solerent, aut mensura definiri, aut numero pecudum, vt patet ex Varrone, solui solitum per trutinam, atque eius moris antiqui vestigium māsisse in æde Saturni, vbi trutina fuit posita. Inde stipendia deducta, & libripens. Itaque Plinius non prorsus Palamedi tribuit metiē-

Strabo li.
4. Geogr.
Lib. 15.
Rev. gest.

Plin. lib.
7. cap. 56.

lib. 4. de
lingua Lat.
ina.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 293
di ponderandę rationem, sed Phidoni Chio deberi ex aliquorum opinione scribit. At ordinem exercitus, signi dationem & virgilia Troiano bello inuenisse ipsum Palamedem non inficiatur: nec non tēsseras, non modō quibus milites noctem & somnum fallerent ludentes, quas Fortunę fano postmodum Palamedes dedicauit, iuxta ædem Iouis Nemei, vt ait Pausanias, sed & illas, quibus exploratores certo simbolo per Tribunal præscripto hostes à suis militibus secernere consueuerunt. Quōd si Achillis indolem & educationem inspiciamus, constabit illū rerum cognitioni plurimum nauasse, ac potissimum Medicinę & Musicę, strenuorum equitum præconiis concinendis accommodatę. Nam Chiron Centaurus perquām eruditus, Achillis præceptor, & cū primis iustus, solebat

Noſſe salutiferas dubiis animantibus herbas;

Aut monstrare lyra veteres heroas alumno,

vt scribit Papinius. Helenum vatem, opinor, & Cassandram fatidicam ostentabunt Troiani: sed hanc frustrā prædicentem, quippē cuius vaticinio non crederetur: vt creditum quidem est Calchanti Gręco pestis causam nuncianti ob violatum Apollinis sacerdotem, bello capta Chryseide eiusdem filia: & Ilium non nisi decimo anno captum iri: sicuti Erythrea Sibylla antē cecinerat Gratis Ilium petentibus, ac Homerum mendacia quędam scripturum: Eamque Sibyllarum, quas decem M. Varro enumerat, exploratissimā fuisse didicimus. Fenestella quo-

In Corin-
thiac.

lib. 1. Ach.
chilicid.

Iliad. 1.
c. 2.

1. Astant.
lib. 1. c. 6.
c. in lib.
de inaxei,
cap. 22.

que Legatos Erythras à Senatu missos retulit, vt eius carmina Romam reportarent, quæ in Capitolio ponerentur, Curione & Octauio Coss. quale est illud:

Φεύγε δὲ λαβείας ἀνόμους, θύει Ζῆντι λάβειας,
μοι χείρας τὴ φύλασσε.

id est, Fuge cultus illicitos, Deo viuo serui, adulteria caueto. Quod extremum saltem si Troiani custodissent, & Paridem gladio libidinis vltore cæcidissent, digni vt cunque fuissent, ad quos Francorum referrentur principia, quæ statim subiungam, Tractatu non infrugifero, aut certè honestis deliciis referto: eò magis quòd plurimum ea distant à paludibus Mæoticis atris & horribilibus: tametsi illorum dux, cuius nomen cælo scriptum est, & alibi, si Athenæo creditur, à quo is Bathanatus nominatur, quisquis ille fuit, cum Scipione Africano dicere iure potuit:

Cic. v. Tuscul.
cul. ex Ennio.

A sole ex oriente super Mæotidas paludes,

Nemo est qui factis me æquiparare queat.

adeò ille res magnas & præclaras prosperè gessit, Tribunis & militibus Gallis comitatus, quos diis comparare liceat, nisi contra deos Brenno auspice pugnassent: qui quæ semper optima & fertilissima quæquæ Europæ atque Asiæ loca subigenda elegerunt: tantum abest vt Mæotim petierint, iuxta quam Geronos, Budinos, & Turcas, vastis syluis obductos habitasse cum aliis barbaris gentibus vulgare est. Sed & hi post Troianos insaniunt, & se Teucrum genus affinitate nominis, aut occupatione Phrygiæ, iactitant. Extat Epistola Morbifani Saniaci Achaiæ præ-

Pomp. Mel.
la lib. 1.
cap. 21.

fecti à Mahumete II. qui Constantinopolim expugnauit, ad Nicolaum v. Pontificem Rom. scripta, ** Anno 1453, in Resistoru donici xi.
qua mirari se dicit, quod Itali Turcis propter Hæctorem sanguinem cognati, & qui Troiam prope diem ad pristinum splendorem redigere studeant, Venetis suppetias ferrent. Præ cæteris risum ciet Pythagoras ex Samo nobili Ionix insula, Iunoni propter opes dicata, qui se Troianum fuisse maluit miserè victum à Menelao, quàm sapientem Græcum. sic enim de se loquitur:

Ipsè ego (nam memini) Troiani tempore belli

Panthoïdes Euphorbus eram, cui pectore quondam

Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atride.

& se Argis clypeum suum cognouisse asserit, ac spiritum retinuisse in alia atque alia corpora desultoriè migrantem: ridiculum. quasi nulli hominum memori esse licuerit præter vnum Pythagoram Mnesarchi annulorum sculptoris filium.

SED iam ad institutum reuertamur, ostensuri Francos, qui Gallia tandem potiti sunt, Galliæ ipsius merum genus, merasque delicias antè fuisse: non aliter quàm Italos, qui Dardanum autorem inuocant, in flore Italiæ Hætruria proculdubiò ortum, vt iam patefecimus, mox in Samothraciam & Phrygiam sedes mutantem.

Hinc illum Coriti Tyrrhena à sede profectum,

Aurea nunc solio stellantis regia cæli

Accipit. Et paulo post idem poëta:

- hinc Dardanus ortus.

Ouid. lib.
15. Metamorph.

Virg. li. 7
Æneid.

*Huc repetit: iussisque ingentibus vrget Apollo
Tyrhenum ad Tybrim.*

Sic placuit summo regnorum principi Deo sursum
versum cuncta voluere, & sublapsa erigere, aut celsa
nimiū deturbare, reponenda denuò in melius: quasi
naturæ vanno excernere ac purgare. Cùm enim cõ-
stituisset Deus Gallorum Imperium totius orbis cla-
rissimum aliquando suscitare, ipso met Gallos im-
pulsit Europam Asiãque peruadere, & demum post
peragratas multas & deuias regiones, eò rursus redi-
re, vnde exierant, velut sapientiores factos diuturna
periculorum experientia, variorum hominum con-
gressu, & morum versicolorum cognitione: non se-
cus atque in elementis cernimus non terram protin-
us in aërem, aut aquam in ignem conuerti, sed per
proximum elementū in sequens gradum fieri, quoad
in purissimum ignem sensim perueniatur. Ita me-
diusfidius accidit Gallis, qui Brennum secuti nume-
roso exercitu Alpes peruaserant, & gnari res arduas
periculose subiri, peragi laudabiliter, per mediam
Italiam vinci indignantem, demum Romam rectã
iuerant, ac ceperant, capitolio excepto, Quiritibus
diuadito: deinde in Græciam traiecerant, obuium
quidlibet profligantes & depredantes, donec huma-
nas opes fastidirent, & sacras Deorū captarent, qua-
rum largius fortè quàm par esset, templa Græciæ
magna copia abundabant: maximè Delphicum A-
pollinis in monte Parnasso, vt opportunius à nobis
scriptum est, loci natura, maiestate numinis, & do-

nariis aureis artificio miro elaboratis magnificentum.
Cùmque terremotus, grando, & fulgura, Gallorum
strauisset copias, ac Brennum mortiferè faucium, vel
pudore calamitosæ expeditionis mœrentem fati cõ-
cedere contigisset, Athenis magistratum gerente A-
naxicrate anno secundo Olympiadis ceteris quin-
tæ & vicesimæ, qua de stadio vicit Ladas Ægiensis:
tum Galli, qui maiorè Dei quàm hominū vim sense-
rant, pars in Asiã, pars in Thraciã fugerunt: inde per
cadè vestigia, quæ venerant, antiquam patriã repeti-
uere. Ex his (vt verbis Iustini vtar) pars quedã in cõ-
fluente Danubij & Sai confedit, Scordiscosque se ap-
pellari voluit, quod libenter interpreteris, alacriter
industrios. Addit, Tectosagos Tolosam suam re-
uersos, luc infestatos aurum sacrilegum in lacum
demersisse ad expiationem. Quæ narratio apertè dis-
crepat ab iis, qui, vt superius paulò attigi, ad Germa-
niam Francorum primordia reuocarunt: similiter
Celtarum, vt Suidas Rheni accolæ fingens præter ce-
terorum opinionem, & incursiones ab his factas in
nescio quam terram Albanorum, quos, inquit, Se-
nones vocant. Athenæus autem notat, Bathanatum
Ducem Galatarum reliquias, qui in Delphicum ora-
culum militarunt, in loca circa Danubium cõgisse,
auri vsum interdixisse suæ genti, & apud alienam
compertum abstulisse & proiecisse, propter quod a-
cerba pertulisset argentum duntaxat habuisse in pre-
tio. Strabo autem, qui in Illyrico Scordiscos maio-
res minorisque constituit, similiter refert, Parisum

*vanfan.
in Rhocic.*

*lib. 32.
Adhuc
vulgo di-
cunt scorda.*

*In dict.
Κελτοι.*

*lib. 6. ca.
4. ubi in-
terpres
Scordiscos
scripsit.*

*Li. 7. Geo-
graph.*

amnem per Scordiscos Galatas è montibus in Istrum fluere, quos Daci bello socios sæpè adsciuerunt. Meminit nominatim τῶν παλαιῶν βέροντος ἀπὸ τῶν ὀρέων. Nam & Parisij populi, vt subiungam, Brennicæ expeditionis participes fuerè: sed hi in antiquos deinde lares se receperè: Scordisci verò per casus varios & deue-xas conualles in Sarmatas atque in Pannonum fines transiere, vbi quoque à Plinio describuntur. Dion Cassius Pannoniis, qui postmodum Hungari appellati, finitimos locat. Itaque Tiberium ab Augusto missum, vt rebellantes Pannonios cõpesceret, Scordiscorum opera & armis id esse assecutum: ob quam victoriam triumphalia ornamenta suscepit: sicut & Drusus Frisiorum auxilio Batauos & Sicambros fregit, corumque agrum vastauit. Nam Scordisci Galli societatem Romanorum plurimi fecere, quemadmodum & fortunam: ideòque Pannoniis vicini magis quàm amici fuere: vtpotè quorum agrum occupare inceperat, & cotidie serpebant vltèrius, quoad gente, viribus & ditione auerentur. Mox propagati Imperij fiducia sese FRANCOS nominauere, seu Francones, sicut & Scordiscos se quondam patrio idiomate nominarant, sed nobiliore & augustiore vocabulo triplicis significationis. quoniam Francus liberum & immunem significat. Nam seruitutem Franci à sua Republica expulerunt, nec mancipia, sed famulos aluerunt. Deinde vectigales Romanis Germanisve fieri renuerunt, nihilominus erga victos & obsequentes mites ac mansueti: quod tertio

lib. 4.
cap. 25.
lib. 54.

Franci nomine in Gallia Narbonensi indicatur. Accedit quartò, quòd opem implorantibus vltro subuenere, vt statim de Tiberio Principe demonstraui, cui fuere subsidio aduersus proteruitatem Pannoniorum. Argumento est, quòd etiamnum Gallis Francisia vulgò asylum & tuitionem non sine maiestate significat. Neque enim vlla gens amicis amicior, aut inimicis feuerior vsquam extitit. Inde M. Tullius in Epistolis ad Atticum, Redeo, inquit, ad Theobassos, Sueuos, Francones: hos tu existimas confidere se illa habituros stantibus nobis, in quibus plus putarunt virtutis quàm experti sunt? pacis isti scilicet amatores, non latrocinij autores. Nam Franci à Romanis, cum quibus foedus percusserant, tum erant laceffiti. Quocirca à Iulio Cæsare sibi metuentes, sese præsidii & arce comunicerunt inter Danubium & Saum flumina, vbi ipsos Iustinus suprà primùm confedissee memorauit, atque vbi ipsi Franci nuncupationem passim seruere. Verba Nicetæ de hac re subiiciam in gratiam Ioannis Comneni Byzantini Imperatoris res prospère contra Hunnos gerentis. Francochorio, inquit, potitus est, fertilissima terræ Hungaricæ parte, quæ decliuis in patentes campos intra Saum & Istrum, id est, Danubium, fluuios extenditur. Quid enim est aliud φραγκοχώρα. quàm regio Francorum? Quid aliud, inquam, decantant veterum Annales, quàm sedes eorundem in Pannonia olim fuisse? Tradunt enim multi, inquit Gregor. Turonensis, Francos de Pannonia fuisse digressos,

lib. 14.
cap.
Itane. &
preceden-
ti.

in Anna-
libus
φραγκο-
χώρα

lib. 2. hi-
stor. Fræc.

& primùm quidem Rheni ripas incoluisse: deinde
 tranfacto Rheno Thoringiam transmeasse, ibique
 iuxta pagos vel ciuitates, Reges crinitos semper crea-
 uisse. De iisdem Annonius, qui tamen à Troianis ori-
 riundos arbitratur Francos. Mæotides, inquit, trans-
 meantes paludes, in finibus Pannoniorum castra-
 metati sunt. Arridente autem locorum amoenitate
 stationem ibi constituere suam ædificata ciuitate,
 quàm Sicambriam vocauerunt. Adicit, ea tempesta-
 te Alanos contumaces contra Valentinianum fuisse:
 proinde Francos adsciuisse, quorum strenuitate
 Imperator Alanos exterminauit, & remunerans
 eos decenni immunitate donauit, & Francos, id est,
 feroces appellauit, idque lingua Attica, vt placet A-
 donidi Viennensi. Decurso decem annorum spatio
 exactio tributorum recruduit, & Francos ita exacer-
 bauit, vt Sicambria relicta in Rhenum Germaniam-
 que penitus progredierentur ouantes incremente vi-
 ctoria. Ex his liquet, scriptores antiquos veritatem
 euentorum suboluisse, & per densa nubila, tanquam
 Lunam nocte sublustris, peruidisse, & veris falsi nõ-
 nihil immiscuisse, nutante fide in tanta rerum & tẽ-
 porum vetustate. Nam Francos auxiliares Romanis
 in Pannonia extitisse Dion Cassius iam aperuit. At
 Valentinianum Imperatorem Franci nomen excogitasse
 recentiores autores non admittunt, quippè
 quo M. Tullius vtatur. Cæterum quoniam veteres
 cum reuerentia lego, nouos sine inuidia, verisimile
 est Francos tributi functionem inficiatos, agnominis

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 297
 nis iam pridem v'surpati causam attulisse, & à Valen-
 tiniano virtutem gentis admirante Feroces appellatos,
 & prorsus dignos, qui ingenuitatem iugi & tributi
 expertem retinerent. Nec est nouum ingentes
 quosdam populos nomen adeptos ex vi moris proprii,
 vel euentus: vt accidit Parthis à Scythia profectis.
 nam Parthus Scythicè exulem significat. Neque
 verò exploratum vlli est Valentinianum seniore
 Francos vnquam bello laceffisse, sed gentes alias in
 confinio Francorum. Valentinianus, inquit Paulus
 Orosius, Saxones gentem in Oceani littoribus & pa-
 ludibus inuisitam, virtute & agilitate terribilem,
 periculosam Romanis, in ipsis Francorum finibus
 oppressit. Francos igitur nequaquam infestauit, sed
 aut Saxones, aut Sarmatas potius Mæotidis ripas, &
 ripis hærentia possidentes: qui demum illi mortis
 causam dedisse feruntur illatis vltro citroque cladi-
 bus, & Pannoniis ferè detritis magno Imperij Roma-
 ni damno & dedecore. Quocirca Valentinianus magno
 belli apparatu petitis vndiquaque subsidiis Sarmatas
 expellere meditans, ab illis legatione permulcendus
 veniebat. Cùmque ad eum Legati venissent, torua &
 informi facie, cultuque despicabiles: perspecto quòd
 primores hostium essent, qui Romanos tantoperè
 infestarent, nec suis terminis continerentur: postquam
 præ ira vociferans dixisset, malè se habere Imperium,
 ita semet diripuit & conuulsit, vt arteria rupta
 venaque aperta sanguinem cum vita effuderit: non aliter
 ac L. Sylla Putcolis, ardens in-

Valer. lib. 9. cap. 3. De ira. dignatione, quia Granius coloniæ princeps pecuniã ad refectionem Capitolij promissam tardius dedisset, animi & vocis concitatione nimia rupto pectore, spiritum cruore ac minis diris mistum euomit, & simul nutritam miseris populi Rom. impotentiam & furorem: quem antea Cæsar Valentinianus cohibuerat, vir alioquin è Tribuno Scutariorum ad imperandum meritò vocatus, mortuo Iouiano è Pannonia similiter accersito, vbi & genitus, & religionis Christianæ amore æquè accensus: & qui agmini militum Iouianorum ac Herculanorum præfectus, Iulianum Iouiani decessorem custodię gratia sequi consueuerat, tamen à diis illius vehementer abhoreret, & apertissimè aniles superstitiones detestaretur, potissimum aquæ asperionem vsurpatam, cum diis inferis litadum esset: nam superis corpus abluebatur penitus. vnde Ænea inferias dante Manibus

Macrob. lib. 3. c. 1.

Virgil. 6. Æneid.

Miseni, Choryneus ossa cado æneo inclusit:

*Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.*

Sotom. li. 6. historia cap. 6.

Quo genere lustramenti cum sacerdos coram Iuliano Imperatore ante limen templi vteretur, Valentiniani fortè vestem irrorauit: quam tanquam inquinatam ipse confestim proscidit, non temperans à conuiciis. Propterea à Iuliano exulare iussus, à Deo seruatus vt Imperij culmen scanderet optimus Princeps, Pannoniæ suæ pacandæ studiosus: in qua Fracos inualecentes impunè videbat, & tolerabat: vt potè cum quibus prima stipēdia faciens, conuixerat

sub Constantio, vno è Constantini Magni filiis, in cuius Palatio Francorum multido florebat, vt verbis vtar Ammiani. Facile enim principes amicos eos adsciscunt, in quos pro arbitrio sæuire nequeunt. Et certissimum est Francos, cum primùm suam ditio- nem propagare latius incœperunt, nõ Germanorum tantum, sed etiam Romanorum bellis crebrò ac frustra pulsatos, & toties pacatos, ac æquò fœdere sociatos: & quidem multò ante Valentinianum decem supra centum annos, Gallieno Cæsare Imperij clauam tenente, quando Celtis Franci opitulati sunt: qui cum Principem luxui & voluptati immodicè indulgentem ferre nõ possent, rebellant, duce Posthumo audaciùs quàm feliciùs pugnante, sedato magis quàm superato. Ex quo ludibrio fuit Romanis Gallienus, triumphum agens stupefacto voluptatibus corde, simulatis ante currum gentibus, Gothis, Sarmatis, Francis, ac Persis, quasi vicisset qui effugerat. Sanè Aurelianus Imperator, qui sub Valeriano Gallieni patre Tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos in Galliam irruentes arcuerat, & apud Mogontiacum adfixerat, trecentos Fracos cepisse, septingentos interemisse à Vopisco prodirur, viribus nimirum fretus Gallorum. Non ignorauit tamen ea victoria tam exili, & tumultu magis quàm belli iure quæsita, se potius ardorem Francorum auxisse, quàm extinxisse, vt ad extremum exitus declarauit, cum Romani à Gallia in totum abacti fuerunt: quia fœdus identidem cum Francis percussum paruifecerat.

Li. 15. rer.

Et socrates li. 2. hist. c. 10. & 13.

Trebell. Pollio in Gallieno.

Fl. Vopiscus in D. Aurelianus.

Sed interim Francj, quoad opes & robur in Germania iustum & audaciæ par acquirerent, comiter cum Romanis agere decreuerant, nec temerè illos irritabant, quibus fortuna tantisper blandiretur. Sed hæc forsitan grauatè audient nonnulli Germanorum, apud quos mos & opinio increbruit iactandi, se priscum fuisse seminarium Francorum: quos hortor cãdidè ne sibimetipsi detrahant, & vehementer obsecro, quoniam Alemanni iam pridem appellantur, Meminerint Deo Maximo nihil tam festiuũ, tã iugratũ ac frequẽs esse, quã magnorũ populorũ & regnorũ mutationes, vel solo Alemanici Dominatus testimonio, si Romanum piget recensere. Germani etenim ab Alemanis superati, quandoque præpolluerant, certè Probo imperante, qui Gallias Barbaris eripuit: de quo Statianus apud Flauium Vopiscum: *Quæ, inquit, mundi pars, quam ille vincendo non didicerit? Testes Franci inuisi strati paludibus: testes Germani & Alemanni longè à Rheni submoti littoribus, idque centum viginti quinque circiter annos, priusquam Pharamonis potestas effulsisset. Tamen si idem Vopiscus in vita Proculi, per Francos factum dicat, vt Probus securius dominaretur, sublato competitore Procuro, qui se falso origine Francum gloriabatur, cum esset Ligur patria Albigauno. Alemanni verò conuenæ dictante numine ex delectu gentium conflati, Francorum commercio mansuetiores & lautiores facti, iuxta Agathium, Germanos suppeditauerunt eadem tempestate à Romanis pro vetere iu-*

Lib. 1. de bello Gothor.

re, & à Francis recenter vexatos, diuersa tamen viam Franci in antiquam patriam redire auebant, & Galliam Romanis extorquere meditabantur, Alemanni cancellos Rheni non egredientibus. quod inuit Apollinaris Sidonius in Panegyrico ad Auitum Augustum:

lib. 7. seu Carmine

Francus Germanum primum, Belgamque secundum^{7.}

Sternebat: Rhenumque ferox, Alemannæ bibebas

Romanis ripis, & utroque superbus in agro,

Vel ciuis, vel victor eras. -

Subiungit Sidonius Auitum militiæ magistrum à Maximo electum. Annonius notat, Auitum Galliarum Augustum Lucij Consularis vxorem stuprassè, inque huius probri indignationem Francos Treuerorum vrbe potitos, Lucij scilicet conspiratione. Iam enim illis sordebat Pannonia, & intima Germaniæ penetrabant, videlicet post deuictam Austriam, campis frumentariis, vinetis & syluis lætam, & tot naturæ diuitiis Francos allicientem: quam quidam Pannoniam superiorem vocant, alij Franciam Orientalem, Hungariæ ab Oriente conterminam, & à Francis inde profectis occupatam. Austrasios vtique Francos dicit idem Annonius, idemque Orientales passim non sine omine prædicat, quia iucundissimè per Germaniam victores spatiantur, eamque vrribus velut coronis exornarent, circumsparsis castellis, vt vtraque Francfordia declarat: tum illa, quam lauat Mœnis fluuius in Rhenum influens, Imperatoribus Alemanicis eligendis dedicata: tum altera, Oderco

Lib. 1. de gest. Franc. cap. 3. & li. 4. cap. 18. & 72. Greg. Turon. lib. 2. §. Auitus.

Pomp. Asell. lib. 3. cap. 3. Ibi Padian.

flumine ab Oriente rigata, agro frugum & vitium feraci imposita, & amnibus ac riuis frequētibus impedito. Eam Frāci obiter extruxere angusto circuito, stativa & belli perfugia habituri. Posteritas postmodum incrementum dedit. Ipsi enim stimulo victoriæ pertinacis acti, interiora Germaniæ loca petierunt, ac ferè regionis vmbilicum, quæ Franconia inde vocitatur, quam Sicambriam antea dictam accepimus. Fidem facit quòd Sueuos confines habet à Meridie. Nam Ptolemæus Sueuos Sicambris iungit. Cæsar Sueuos bellicosissimos centum pagos habitasse scripsit: ipsis nec Deos pares esse posse armis Germanos dicere. Attamen ponte supra Rhenum facto Sicambros fuga comparata se ac sua in sylvas abdidisse. Sueuos ex opidis migrasse, vxores ac liberos cum re familiari in sylvas deposuisse, in armis vno in loco stetisse, opperientes aduentum Cæsarís, qui Sicambros vlcisci, & Vbios foederatos obsidione liberare statuerat: & diebus xviii. trans Rhenum consumptis, satis ad laudem & ad vtilitatem perfectum arbitratus, se recepit in Galliam rescisso ponte. At postea se Sueui ac Sicambri Augusto dediderunt, traducti in Belgicam Rheno proximam: sicut Saxones malè quietos Carolus Magnus transcripsit in Franciam, & agros trans Albim aliis fruendos dedit. Aludit Horatius Augustum alloquens:

Te non pauentis funera Galliæ,

Duræque tellus audit Iberiæ.

Te cæde gaudentes Sicambri

Li. 2. Geograph. in Germania. lib. 4. de bell. Gall.

Suet. in Octauio, ca. 21. Annon. lib. 4. de gest. Fræc. cap. 90. Li. 4. Carmin. ode 14.

Compositis venerantur armis.

Liquet igitur delirum esse, quod vulgò dicitur Frācos primùm Sicambros nominatos à Sicambria Panonica vrbe, quam deletam Bleda Attilæ frater rursus instaurauerit: Imò verò idèd quod ipsi Franci Sicambros Rheno & syluæ Herciniæ finitimos superassent: sicuti Germanicus Cæsar C. Caligulæ pater fortitudinis egregiæ, doctrinæque præcellentis, à deuictis Germanis: quique cæsos clade Variana Romanos tumulo humaturus, dispersasque reliquias suam manu legere & comportare aggressus est. Itaque tam Sueui quàm Sicambri Herciniæ accolæ sunt.

Aut quos sub axe frigidio succos legunt

Lucis Sueui nobiles Herciniis, inquit Seneca

in Medea. In contiguo tractu fuere Franci, qui Sicambros expulere. Sidonius:

Prorumpit Francus: cecidit citò sceta bipenni

Hercinia in Lintres, & Rhenum texuit alno.

Fecit hæc res, vt nonnulli autores à Galliis procul positi, & à fonte nequaquam haurientes scaturiginem inuictæ gentis, sed à riuulis nõ sat limpidis, tradant Francos è Germania profectos, autumētque res eorum gestas non priùs innotuisse, quàm Rhenum transferint. Illorum nomina verecundè subitico propter Procopium, quem secutus Zonaras, Francos primùm circa Rhenum & Rhodani paludes incoluisse perhibuit, tot eorum victorias atq; triumphos retrò omittens. Ego verò testibus locupletioribus vtēs, nisi me fallit animus, Lectorem, nisi festi-

Nicol. Gil-
lius 1. Ann.
nal.
Munster.
lib. 3. Cos.
in Fran-
conia.
Sueton. in
Caligula,
cap. 3.

Carminè
7. ad A-
uitum.

Lib. 1. de
bello Go-
thorum.
Zonaras
li. 3. An-
nal. in vi-
ta Leonis.

nantem, quocunque Franci è Gallia media primæ-
uis armis digressi perrexerint, manu duxisse videor
vsque ad ipsius Rheni ripas, quæ pro meta regni diu
Francis fuere: eò quòd à Romanis Galliam asseren-
tibus arcerentur, à Germanis interim & Sicambri-
separati, quibus imperare cœperant. quod scripto-
res quidem fide dignissimi, & qui rebus ferè inter-
fuere, apertè ostendunt: vt Claudianus in Panegy-
rico primo ad Stiliconem Honorij Imperatoris so-
cerum, quem pro Gallis sic feliciter pugnasse ait:

*Vt iam trans fluuium non indignante Cayco
Pascat Belga pecus: mediūque ingressa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent:
Vt procul Herciniæ per vasta silentia syluæ
Venari tuto liceat.*

In 2. Pa- & alibi:
negyrio.

*-tum flaua repexo
Gallia crine ferox, cuiusque torque decoro,
Qui mihi Germanos solus Francosque subegit,
Cur nondum legitur Fastis?*

Grillorum enim optimates, recepto more, qui in
Francos translatus est, cæsariem insignem & copio-
sam lubentero stentauere, eò fortasse libētius, quòd,
vt iam dixi, Franci quasi liberi, potissimū nomina-
rentur. Notum namque est illud, quod seruo quon-
dam exprobrari consueuerat, ex Suida: *δελος ὄν κώ-
μω* id est, Seruus existens comam alis. Ingenuorum
enim, inquit, est comatum esse. Verūm Franci comā
aluere eleganter & moderatè comptam, neque in
vertice religatam nec horrentem, vt Sueui oculis
hostium

In verb.
δελος ὄν κώ-
μω id est,
Tacitus enim,
in lib. de
moribus
German.

hostium quodammodò ornatu: quos emulati ad Do-
mitianum, vt inquit Martialis,

*Crimibus in nodum tortis venere Sicambri,
Atque aliter tortis crimibus Æthiopes.*

Hi enim natura, illi arte, comæ terrorem hostibus
incutiebant. Accepi ego Iobali Sicambrorum Re-
guli penè morientis animi magnitudinem, siue feri-
tatem dicere malis, laudatam, qui reuulsum sibi à pe-
ctore spiculum in hostem, qui detorserat, vicissim
vibrauit, ne ad inferos incomitatus descenderet.
Mox clypeum suum arripiens, ne Francis prædæ ef-
set, quasi immemor letiferi vulneris, in syluam pro-
ximam, vt celerius potuit, tanquam dextrum Cerui
cornu cælaturus iuit: vbi & Clypeum cum spiritu
posuit. Sicambriæ quoque mulieres aliquid aspe-
rius exercuere olim aduersus Drusum Augusti pri-
uignum decertantes, fracta virorum acie. Nam præ-
uentu Romanorum inter plaustra sua conclusæ, de-
ficientibus telis ac re qualibet, qua pro telo furor v-
teretur, paruulos filios humi prius elisos in hostium
ora proiecere, in singulos liberos parricidium ge-
minantes. Cæterum Franci. quibus natura robur,
experientia audaciam præfractam dederat, talibus
portentis neutiquam stupefacti, Sicambros cedentes
eò vsque persecuti sunt, donec Rheno impediti, fer-
ro aquaue interciderent. Tradit vetustas Sunnonē
Francorum Ducum non vltimum Galliam, à qua se
oriundum meminerat, vehementius ceteris anhelā-
tem, & pugnae labore defessum, ac sitibundum, caua

manu aquam è cruento flumine haurientem dixisse per iocum, sibi videri tepidiorem Rhenum, quàm cùm infans in ipsum coniectus esset, maternæ pudicitix non leui testimonio. Nâ id prædicabatur Rheni ingenium, vt legitimospartus subueheret tremulos & illæfos: adulterihos verò abforberet. hinc

lib. 2. in
Ruffinū.

*Inde truces flauio comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.*

* Hoc tr-
ste nititur
Greg. Tu-
ron. lib. 2.
Citat quo-
que Rena-
tum Fri-
geridum.
* In Chro-
nicis, &
vi. etate.

Sunnoni iunxit Sulpitius Alexander* celeberrimos expeditionis Francæ socios, Genobaldum, & Marcomerem. Hunc crebrius Marcomirum vocari audio, Pharamonis inclytum patrem, vel suis virtutibus, vel filij bellicosi & circumspecti* conspicuum, & iterum felicem: tametsi Sulpitius PHARAMONIS nusquam meminert, quem Adonis & alij optimæ notæ scriptores reliquis Ducibus meritò anteponunt: sed de illo tam parua literis mandarunt, vt paruifacere, vel inuidere ipsi credi queant, maximo Iulij Cæsaris bono, cuius res in vtraque Gallia gestas obscurasset, si vel ipse de se scribere, vel scriptorem sua gloria dignum inuenisset: vt qui primus docuit Germanos, si non citò, certè seriò domari posse: & erat repenti Rhenum traiecturus, & iam Clodionè filium, adolescentem summę expectationis ludente adhuc in genis lanugine, præcoci sapientia, spectatum præmiserat: sed nauiculas cum alis & cohortibus expeditis retrò agere exploratores suasere ad-

uentante Romano exercitu, vt Coloniam Agrippinam à Francis tutaretur, ipsosque deleret aut abigeret. Cui procellę interim cedere Franci consultò decreuere, vt maturius in Galliam transfirent, atque ita ipsam pro palestra haberent, si cum Romanis luctandum foret. Proinde Arbogastes maiora animo versans, Francis tantisper quiescentibus, & exercitum refocillantibus, in Galliam velociter est reuersus: vbi in vrbe Vienna Valentinianum Imperatorem iuueniliter incautum, superioris Valentiniani filium suffocari curauit, causatus ipsummet vitæ tædio voluntariam mortem oppetisse: ac confestim, quia militiæ magisterio fungebatur, Eugenium Græcæ superstitionis cultorem, eloquio plus quàm classico milites extimulare solitum, atque, vt aiunt, è ludo literario in aulam honorisque clarissimos euectū Imperatorem designauit. Is citra Alpes natus à Paulo Diacono perperam genere Francus asseritur: quam Fracos & Alemanos Reges sedulò socios fortunæ adsciscere curauit, vt à Gregorio Turonensi didici, quoad Eugenio per Theodosium Magnum superato Arbogastes sibi mortem consciuisset, & ita in impium sanè hominem animaduertisset: ad eò gentem suam, à qua descuerat, studiose detriuit aliquādiu: nisi Suidæ assentimur, qui eundem Arbogastem nominat, facitque corporis & animi asperitate flammæ similem, de Francorum gente, auaritię hostem, moribus Valentiniani formandis à Theodosio præpositum: qui postquàm efflasset animam qualemqua-

paul. Dia-
conus lib.
12. & Ni-
cephor. li.
12. ca. 38.
& 39.

lem, Franci rursus hilares Rhenum transire ausi, violentia aut deditioe opida plurima subegerunt, præsertim Treuerorum, quos equitatu plurimum quoddam valuisse Cæsar testatur, necnon peditum numero. Et præter vernaculas vires accessere eis Theodosij iunioris copix Lucio patritio Duce, cuius castra impatientes moræ Franci nocte ad Lunæ radios inuasere, & dissipauere, ac securum hostium Lucium semifopitum obrucavere. vt verum perspicue fuerit, quod Homerus de Somno & Morte gemellis finxit, Sarpedonem à Patroclo occisum in Lycium regnum asportantibus. Accepi ego Pharamonem Quintino ac Iouiano * Romani Cæsaris Tribunis in prælio simulato metu & fuga fallaci, per deuiam mora captis ignouisse, ac impune dimisisse, blandiæte Iouiani solius nomine: quo non minus ipse delectabatur, quàm Simonis agnomine permulsi è litore Delphines, quoniam Pharamon maternum genus ad Iouianum Imperatorem in Pannonia natum referebat: qui post Iulianum ad Ctesiphontem bello Persico incerta sagitta peremptum Imperio dignus habitus, pietate animi singulari, militari scientia, statura corporis, & nominis propinquitate vna vix littera à Iuliano discreti. Addit Marcellinus, Alemanorum signiferum, qui Rhenanos rexerat, veteris similitatis cum Iouiano exercitæ memorem extemplo ad Persas defecisse: necnon paulò post milites, quos Capita scholarum ordo castrensis, inquit, appellat, nunciassse æquo animo Iouiani Imperium amplecti

lib. 5. de
bell. Gall.

iliad. 16.

* Huius
meminit
Rosarium
Ludou. xi.
anno 1387
Annon.
lib. 1. cap.
3. de gest.
Franc.

lib. 25. re-
rum gest.
Niceph.
lib. 10.
cap. 38.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 303
exercitum Gallicanum. Ea voce vulgus Francorum etiamnum vitur. Et Anastasius Augustus postea sanxit, primates militum, qui in principiis numerantur studiose curare, vt vnusquisque Caput scholæ iuratus obtutu suo obseruet vnquemque militum salarium ab erogatoris manu accipere. Caput contubernij visus est nominasse Flauius Vegetius, denis militibus præfectum: sed hodie præest xxv. Ceterum Iouianus vsque adeò Christianæ religioni addictus fuit, vt non prius regimen Imperij sumpserit rogatus, quàm se Principes milites Christianos esse conclamassent: à quibus non admodum postea bene audiit, quòd minutis Imperij finibus, Nisibi & Singara vrbibus cedens, cum Persis pacem fecisset ignobilem prorsus, sed forsàn pro tempore necessariam, tum sibi competitorem metuèti, tum exercitui incedia ferè enecto. Nam Iulianus frumentum & impedimenta omnia in Tigrim fluuium proiici iusserat, vt alacrius contra hostes præliarentur, nescius victoriam à Deo vero cœlitus mitti, quem ipse contempserat, & senferat experimento. Decessit autem Iouianus mense septimo Imperij à Valentiniano successore, Christi similiter cultore, vel veriùs à Christo ipso in cœlestium cõsortium ascriptus: qui multò citiùs Iouianum sibi charissimum, quàm infestum Iulianum abstulit, ne propter vulgares regnorum fruitiones, non propter æternam felicitatem Deum colendum homines putent. Perit autem Iouianus in limite Galatiæ tectorij recentis odore in cubiculo

lib. 6. §. 2.
de erog.
militar.
annonæ.
li. 12. Cod.

lib. 2. de
re milit.
cap. 8.

Nicephor.
lib. 10.
cap. 34.

Eutrop.
hist. Rom.
lib. 10.

Zonaras
tomo 3.

Augusti.
lib. de ci-
uitat. Dei,
5. cap. 25.

exanimatus : adeò nihil est fragilius vita mortalium beatissima.

PLANE Iouiani gratia & recordatione Pharamò Iouis & Martis numen venerari anxie solitus, nunquam tamen legitur quicquam acerbius in Christianos statuisse, quorum turba ingens Treuerorum urbem iam pridem & còstanter illuminabat, ex eo tempore quo Athanasius Alexandriæ Ægyptiæ Episcopus in eam relegatus fuerat, optimus Præsul, ab optimo Imperatore exulare in Galliam iussus instigatione calumniosa Patrophili & Vrsatii vècordiæ Ariane propugnatorum. Cum primùm otium gustare licuit Francis iam multò labore fractis, veterani missionem efflagitarunt, iuuenes stipendia, cuncti simul ærumnæ modum timuere, Principes tumultum, & discordiam regna benè instituta labefactam: ideòque conuentu habito Treueris in Palatio Constantini, placuit primoribus Regem vnum suffragiis optari, cui summa pars Imperij perpetuæ Dictaturæ potestate deferretur: in quo Arcadij Augusti & Valentini iunioris paulò antè regia steterat. Adhuc quoque legitur rescriptum Valentin. Theodos. & Arcad. datum Treueris, quo violenti inuasores prædiorum amissione rei luūt audaciàm: adeò & apud Treueros iura pollebant. Cæterùm nescio quo fato antiqua Treuerorum, quos Cæsar Treuiros nominat, ciuitas equitatu olim potens præ reliquis Galliæ, hoc præcipuum habuerit, vt à summis Principibus ac Imperatoribus honestaretur: ita vt iure ab Ammia-

*Socrates
hist. Ec-
cles. lib. 1.
cap. 35.*

*l. si quis
C. unde
vi.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 304
no clarum Principum domicilium dicatur, pergratum sanè Cæsari Germanico armis & doctrina præcellenti: Illustratum etiam gemino puerperio vxoris eius Agrippinæ, D. Augusti neptis, vt tradit Suetonius. quod quidem aræ geminæ incisus literis declararunt Treueris, teste Plinio secundo: qui tamen in eo deceptus fuit, quia editum ibi immanem C. Caligulam suspicatus est, nesciens puerperij vocem ad filias quoque natas pertinere. Planè de Treueris extat Aufonij poëtæ non vulgare elogium:

Arripotens dudum celebrari Gallia gestis

Treuericæque vrbis solium.

Et mox:

Imperij vires quod alit, quod vestit & armat.

Bonis itaque auibus in eo Franci Regem accepere. Nec diu cunctatum, nullo non Pharamonem poscete, viro præsentibus amabili, futuris admirando, in secundis rebus moderato, in aduersis fortissimo, coram quo illustrissimi Francorum lucem dignitatis suæ occulebant, vt vulgus stellarum coram Luna solet hebescere. Non parum tot virtutes, quibus cumulatissimè præditus fuit, regij sanguinis generositas adornabat longissima serie. Nam quod quidam scribunt, & credi sibi obsecrant, Pharamonem primū fuisse Francorū Regem inauguratū anno à partu salubri Virginis quadringentesimo vicesimo, pertinet ad auspicia Treueris habita, libato Belgicæ dominatu, & Rheno vtramque ripam Francis concedente: Sed tamen Marcomirus quoque sceptrum tulit, & inter suæ gentis Reges præstantissimus habitus est.

In Catalogo clarorū vrbiū.

Quo circa Sulpitius Marcomirum ac Sunnonem Regales vocauit,* & eosdem dixit subregulos, quòd ea functione antequàm Reges dicerentur, claruerant, ideòque Regales appellati, id est, Regum amici selecti, & Regiæ potestati idonei. Non enim Francis tam nascebantur Reges, quàm fiebant, vt Germanis & Quadis: quorum Regalis Introdotus Viduarij filius Regis, & Agilimundus sub Regulis (vt cū Marcellino loquar) aliique optimates & iudices variis populis præfidentes, viso Romanorum exercitu, in gremio regni soli que genialis sub gressibus iacere militum, & adepti veniam iussa fecerunt. Et alibi de Iuliano, quem Constantius Augustus Cæsarem fecerat loquens: Igitur, inquit, Agrippinam ingressus (hanc autem in secunda Germania trans Rhenum describit) non antè motus est exinde, quàm Francorum Regibus furore mitescente perterritis, pacem Reip. firmaret interim profuturam, & urbem reciperet munitissimam: quibus vincendi primitiis lætus, per Treueros hyematurus ad Senonas abscessit. Accedit Claudianus poëta, qui Marcomiri ætate viquit, ad Stiliconem Honorio Augusto genero sublimem:

- prouincia missos

Expellet citius fasces, quàm Francia Reges.

Quos dederis, feriat. -

Nam Romani victis nationibus nonnunquam Reges dabant, interdum foederatis quoque, sed de Rege dissidentibus, & in diuersa studia populo disceden-

tc.

te. Sic Iulius Cæsar, vt ait Hirtius, Ægypto atque Alexandria potitus Reges constituit, quos Ptolemæus testamento scripserat, obtestatus populum Roman. ne mutarentur: & minori ex duobus filiis tradidit regnum, & maiori ex filiabus Cleopatrar, quæ manserat in fide. Sic Legati Parthorum Romã venire ad Claudium Cæsarem, missi expetitur Meherdatem Phraatis nepotem aduersus Gotarzis intolerandam dominationem, testati se socios Romanorum vltro ab ipsis Regem petere Regis filium obfidem datum, vt moribus Quiritum assuefactus melior adscisceretur. Quo obsequio vehementer gaudius est Claudius. Idem Tacitus refert Vannium Sueuis à Druso Cæsare impositum, regno pulsum: prima quidem ætate popularibus gratum, mox ob superbiam domesticis discordiis circumuentum, autoribus Iubillio Rege, Hermanduro, tum Vangio & Sido, sorore Vannij genitis, quorum controuersia arma D. Claudius interponere noluit. Sed P. Histrio, qui Pannoniæ præerat, præcepit vt victis subueniret, & victoribus terrori esset, ne elati fortunæ pacem quoque Romanam turbarent. Tale verò apparet fuisse Regis Francorum ius & auctoritatem ante Pharamonem, qualis ab Aristotele recitatur Lacedæmoniorum, ac valde collaudatur, tanquam maxime omnium, quorum genera quatuor affert, pollens secundum leges. Neque enim omnimoda potestate valebat: sed regionem egressus, rebus bellicis præsidebat, tum etiam in vrbe sacrificiis ac Deorum ceter-

HH

Idque Tit.
rom. lib. 2.
notat.

lib. 17.
rer. gest.

lib. 16.

In 1. Pann.
gyrico.

lib. 4. de
bello Alex.
lib. 12.

Corn. Tacit.
lib. 12.

lib. 3. Poli.
tic. c. 10.

monii: vitæ autem necisq̄ue potestatem extra bellum non habebat. vt etiam apud antiquos, inquit, fuisse videtur, ostendente id Homero, apud quem Agamemnon in concionibus iurgiis & maledictis vexatur, minitans interim se occisurum quemcunque à prælio fugientem viderit. Nõne tale fuit Regum Germanorum in subditos imperium? Reges, inquit Corn. Tacitus, ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Neque Regibus infinita aut libera potestas: & Duces exemplo potius quàm imperio, si præpti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præfunt. Nec animaduertere nec verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, velut Deo imperante. Sed & apud Gallos Principes populorum quiduis potius crant quàm Reges perpetui: ideóque Celtilas Aruernus, Vercingetorigis pater, Principatum totius Galliæ obrinens, à ciuibus suis est interfectus, quia regnum appeteret. A Treueris Belgarum clarissimis, vt P. Mele placet, & domicilio Regibus pridè affucto, Pharamon iussit Toxandros iri, in quorum agro Romanis subiecto Franci, qui Salij appellabantur, ausi fuerant olim sedes statuere, vt Marcellinus recensuit. Situs eorum ad Scaldim fluuium, à quo ad Sequanam Belgica terminatur: ac fortè Toxandri nominati, perinde ac viros arcu & sagittis ferientes dicas, iisq̄ue non sine toxico. quippè cum Greg. Turonensis ex Sulpitio referat, Francos contra Nanum & Quintinum militiæ Rom. magistros, non procul à Rheno conflixisse herbarum veneno inlitis sagittis,

In lib. de
moribus
German.

c. cesar li.
7. de bell.
Gall.

lib. 3. c. 2.

lib. 17.
rer. gest.
plim. lib.

4. cap. 17.

lib. 2. nu.
mero 9.

quarum vulnera haud dubiam afferrent hostibus necem, & Francis viuudum decus victoriæ. Non memini tamen Pharamonem hac peste missili in quemquam hostium vsu, alienòve armasse veneno tela, vt dupliciter læderet: quamuis Franci è patria antiqua Gallia hoc genus mortis inferendę deduxisse videri poterant, Artemidoro prodente in ea arborem nasci fico simillimam, fructum Corni instar gignentem, pharetris fabricandis vtilem, incisam lethalem succum emittere telis inungendis commodum. Sed iam pridem Franci Turcis aliisque barbaris gentibus eiusmodi venena dimiserunt:

Et quæ sagittas diuites Arabes linunt,

vt cum Seneca dicam in Medea, Pharamone prælucente, nihil dolis moliri solito, & prosperos euentus Diis imputante, vt tristes fato. Postridie quàm peruenit Toxandros Pharamon, patrem Marcomirum æuo grauem, licet apprimè rebus gerendis necessarium, in Franconiam redire obsecrauit cum legione vna, & Genobaldo Tribuno & equitibus quadringentis, vt etiam quietam consilio tutaretur, & Thoringiam ad defectionem propensam in fide contineret. Ita ægrè Marcomirus à filio, cui fausta omnia precabatur, auulsus est, & magnis itineribus in patriam contendit: vt qui nouerat celeritatem in rebus bellicis non minus quàm virtutem sæpè proficere. Valde autem mihi hallucinati videtur, qui putarunt Pharamonem, postquàm Rhenum attigerit, velut gustato Letheo amne in obliuionem patriæ

cuilibet charissimę venisse: non aliter atque olim Phocęorum, qui Massiliam postea in Gallia condiderunt, profugit execrata ciuitas,

Horat. E-
pod. od. 16

*Agros atque lares patrios, habitandaque fana
Apris reliquit & rapacibus lupis.*

Cęsar lib.
1. de de
bell. Gall.

Dion Cas
sius li. 53.

Lib. 2. de
bell. Gall.

Lib. de re
gnorū &
temporū
successio-
ne.

aut vt Heluctij, qui opida sua numero duodecim & vicos ad quadringentos incenderunt, vt domum reuifendi sublata spe, & tanquam ex voto Gallia potituri paratius belligerarent: sed victi à Cęsare, ac spe vana delusi, & in nidum proprium redire compulsi, feras incendiij pęnas dedere. Atqui Pharamon tam suos fines defendere, quam iusto Marte alienos ingredi nouerat, sed nec alienos ipse fatebatur: quin potius (vt arguta est Regum prudentia ad quęrendum colorem audacię) Germanos quondam Belgicam oram Rheno proximam occupasse, & inferiorem Germaniam dixisse à Rheno ad Oceanum Britannicum. Itaque cum à Belgis Iulius Cęsar quęsisset, quę ciuitates quantęque in armis essent, & quid in bello possent, sic reperit: plerosque Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumque antiquitus transductos, propter loci fertilitatem ibi con sedisse, Gallósque qui ea loca incolerent, expulisse: solósque esse, qui patrum memoria, omni Gallia vexata Teutones Cimbrósque intra fines suos ingredi prohibuissent. Francis tamen cedere iam tempestiuum esse, qui illatam maioribus suis iniuriam vindicare & pensare cuperent. Ac profectò Iornandes Gothus non petere Francos Gallias, sed repetere scripsit, Theoderico

Gothorum Rege defuncto, & Athalarico ex filia nepote superstite, quibus redditę sunt vt potioribus dominis: sed, ne quid ementiar, longę post Pharamonem, qui Sunnonem ducem Rhenum transiicere, & in Vbiorum ac Francorum finibus delectum habere, & tyrones vndiquaque euocare mandauit auctioribus stipendiis. Iam enim obtinuerat, vt Frāci cis vltraque Rhenum imperarent. Cur verò vltiores Frācos Ansuarios vocatos Ammianus tradat, paulò post explanabo: interim non omittens eodem modo Allobroges Rhodani accolae vtrinque esse, & Volcas flumine, nō nomine aut moribus distinctos. Deducta per Sunnonem ampla tyronum subsidia, ne defidia tepefcerent, curauit: nempè pugnandi desiderio flagrantem, quod inexpertis solet esse maximū. Proinde Clodionem filiū cum parte copiarum Argentoratum * p̄misit, opidum Treuerorum ditio-
nis, quod sępius admonitum proteruē responderat, ciuibus minas Regis in ludibrium vertētibus, quoad obsessam videre, & crebrò machina pulsata vitium passim muro faciente & hiante. Nam Clodio primitias belli ac famę suę exhibens, nihil p̄termiserat eorum quę oppugnationi congruerent, & deditio-
nem extorquerent: qua secuta, securitati priusquam vindictę consulens, opidum ruinis deforme refulfit, & Regem quamprimū certio-rem fecit: qui ad deò lætatus est, vt nusquam tantum effuderit gaudij, aut munificentię, donatiuum militibus impertiens p̄ter torques aureos iis, qui rem alacrius execu-
tū. ** Strasburgum, hodie. Munster. lib. 3. Conf. alius Ar- gentina dicitur.*

prædicabantur. Cum verò opido exciperetur plausu procerum & promiscuæ multitudinis, templum sibi indicari confestim iussit, diis gratias acturus, Marti potissimum, quem anxie colebat: & Apollini, cui ædes dicata, & signum de marmore colosseum xxvi. cubitorum, non dissimilis symmetriæ modo & arte ei, quod Lucullus ex Apollonia Ponti vrbe in Capitolium transtulerat, quatuor tamen cubitis maiore, ut sacerdos enarrabat. Coma & pubes tenuis aurea, & sensus animi ab artifice expressi, spectantes sentire cogebant serpentem ab Apolline confici argento arcu, quem dextra intensum ferebat: unde & Argentorati appellatio defluxisse credebatur. Sanè ab Homero in hymnis Apollo, & alibi Argentiarcus Rex vocatur:

αἰτὸς δ' ἀργυρότοξος ἀναξ' ἐλατηρόβη' ἀπόλλων.

huiusmodi delubrum Clodoueus quintus Francorum Rex, eiectione numine amoribus illicitis infamato, virgini Mariæ veri Solis genitrici consecrauit. Pridie quàm Argentorato abiret Pharamon, in locum se perducere præcepit, in quo Iulianus Cæsar paulò antequàm Augustus ab exercitu conclamaretur, magnas Alemanorum copias sexaginta ante eum diem annis oppræsserat, * ac partim in Rhenum sese conuicere adegerat, ita ut vastis corporibus nandi imperitis fluuius à solito cursu otiosus præpediretur. Subdit Ammianus, Seuerum magistrum militiæ Iuliani, cum Remos peteret per Agrippinam, offendisse validissimos cuneos Francorum vacua præsidii

*Meminit
Vlinius li.
34. cap. 7.*

** Anno
Domini
361. ex
Chrō. Eu-
sebii.
li. 16. &
17. ubi de
Francis.*

loca vastantes, Cæsare contra Alemanos occupato: quorum victor id egit Decembri mense, ne Francorum tota manus concretum gelu flumen transmitteret, diffracta curiose glacie. Mox quibusdam eorum in comitatum receptis, & cæteris quiescentibus, Parisios hyematum contendit. hæc animo volutans Pharamon, tacita lætitia se recreauit, ominis instar accipiens, quod Franci, inuictum genus, Iuliano acrius quàm Alemani restitissent. Auxit spem illius atque animum Ardea auis, dum ex propinquo irriguòque prato in Septentrionem auolasset. cam namque Homerus optimi esse augurij innuit, cæque per noctem audita gauisos valde Diomedem & Vlysssem, speculatum missos quid Troiani curarent. Quòd autem aues, ut cælestes nuncios Pharamon sequeretur, perfecit casus improuiso illi, & dum hostes per Hercyniam syluam inuestigat in iuuenta, bellicosò contingens, nocte intempesta auium interuentu, quarum pennæ sic micant & interlucet, ut iter Solis exemplo direxerint indicio refulgentium plumarum. Solinus tamen viatoribus omnibus Hercynij saltus ab his auibus frequentati id visu familiare scripsit. Sed ea est hominum superstitio frequens, ut si quid miri natura fecerit, Deorum decreto demissum repente suspiceretur. Gregor. Turonensis im-primis Christianus Antistes Francos priscos vehementer taxat syluarum, auium, & elementorum figuris venerandis nimis addictos. Pharamon verò auibus perpetibus non tanquam diis, sed tanquam

*Iliad. 10.
ἐρωδὸς,
αἰετ.*

*In Poly-
bi. c. 23.*

*lib. 2. de
gest. Fræc.
numero*

10.

Deorum internunciis, ritu antiquo Gallorum, à quibus dubebat originem, utebatur: quoniam si, ut inquit Sidonius,

lib. Car-
minu. c. 5.

*Sidera Chaldaeus, si Thessalus elicit umbras,
Fulgura si Thuscus nouit, si gramina Colchus,
Si Lyciae sortes sapiunt, si nostra volatu*

Fata loquuntur aues, certè auguran-

di studium præter cæteros calluere Galli, qui Illyricos sinus ducibus auibus per strages barbarorū penetrauerunt, & ut Iustino teste credi conuenit, in Pannonia confedere: atque, ut perspicuè constitit, deinde Franci dici meruerunt. Quæ omnia nos autoritate illustrium autorum corroborauimus, superuacua diligentiam in perspicuis minimè affectantes, sed ut claros euaderemus aduersarios, quos nominari à me, qua in parte reprehenduntur, nefas duco: qui Pharamonem cum Francis Rhenum transmisisse nō existimant. A quibus dissentio, non tam quia quicquid vnquam est eximiū & excelsum, auctori generis vendicari solet, quàm quia veritatem rei gestæ non libet occulere. Nec est verisimile Regem inclytum & fortunatum toto decennio circa alteram tantum Rheni ripam belligerasse: quo temporis spatio demum exaucto Clodioni sceptrum per manus tradidit. Sanè illud paulò absurdius ventilatur, Gallos à Francis armis debellatos: idque honorificum existimatur victoribus, scilicet gentem suammet superasse, Sed, ut Ifigonus narrauit esse quasdam familias in Africa, quarum laudatione probata intereant, arescant ar-

li. histor.
24.

Nic. Gill.
li. 1. En-
mal. anno
431.

elin. lib.
7. cap. 2.

bores,

bores, emoriantur infantes: eodem modo ij Francis clanculū insidiantur, qui tam aperte ipsos in maiores suos sæuuisse asserunt: eoque non viros, sed Gallas quodammodo fœminas vicisse arbitrantur, quæ visis hostibus tanquam sturnorum grex meticulosè euolauerint: adeo imbellem fingunt nationem impaudam, & Romano exercitui præ omnibus, quos deuexo fornice mundus complectitur, antea formidolosam, ut testatur Sallustius. Tacco spectrum triceps à saga muliere Marcomiro oblatum, non tergemini tantum instar Cerberi, sed etiam triforme, Aquilæ, Leonis, & Bufonis, capitibus horrendum, præ sagum Italiam, Germaniam & Galliam, ab ipsius inspicientis minoribus superatum iri: quale portentum nunquam vidit Africa noui aliquid parere solita, quam à Francis & Gallis deuictam copiosè monstrauimus, sicut Asiam cum Europa, ad quas tria illa capita, si fabulis indulgendum foret, referri præstitisset. Verum honesta est excusatio erroris magnum Ducè sequentibus: nec puduit Iurisconsultos dicere, in plerisque communem errorem pro iure censi: & M. Tullius eiusmodi *ανιστοριαν* tolerauit iis, qui dixerunt Eupolim Comicum ab Alcibiade in Siciliam nauigante deiectum esse. quos tamen Eratosthenes redarguit ex fabulis, quas post Eupolis vulgavit. Et Duris Samius, homo aliàs diligens in historia, quod cum multis errauit, non irridetur: nec quicumque Zaleucum Locris leges scripsisse credit, licet à Timæo reprehendatur. Ignoscendum igitur illis qui loquacem famem,

in bell. tu
gurb. in
fine.

Mimster.
lib. 2. Cos.
mograph.

l. 3. ff. de
offic. præ-
tor.

lib. 6. E-
pistol. ad
Attic. c. 1

imò & mendacem secuti, victos à Francis eorum progenitores Gallos putant, & quidem indefensos, sed destitutos scriptoribus, non viribus. Nā si quod verum est amplexamur, primi ipsorum conatus bellici virorum planè extiterunt, postremi autem Deorum, vel ipsius Pharamonis testimonio, & herculè experimento: qui sciens non iam sibi cum quolibet hoste certandum, sed cum Gallo Celtico; pro tribunali vbi ius dicere consueuerat editiore in loco, talem ad milites suos orationem habuit: Quòd ego perpaucis verbis vos hortaturus sim, commilitones, ad bellum Celtis inferendum, vestra virtute mihi iam pridem cognita, & vbiq; gentium prædicata efficitur. Si enim apud militiæ ignaros, & veræ laudis securos mihi agendum esset, vos etiam atque etiam ad rem nauiter & magnificè gerendam inflammare, saltem propositis præmiis honestissimis æterni nominis atque felicitatis: vt potè cum Amalthææ cornu veriùs quàm ferrum in dextris vestris strictim situm habeatis, & rerum omnium copiam in hostium regione inuenturos vos pro certo pollicear: si non ea nostra magis dicenda venit, quam maiores nostri iusta de causâ non reiecerunt, sed depositi fide tantisper seruandam reliquerunt, cum Brenno duce feroces Romanos domuerunt: deinde Illyricos & Thraces ita bellicosos, vt Martem ciuè suum iactitent, & Macedonas orbe parto aliquando elatos: donec Hellespòto transmissis, celerius forsàn quàm nos amnem Rhenum traiecimus, in Asiam opibus &

fama onusti penetrarunt: vt taceam quanta per obiecta pericula, per immanes populos, per inuios montes & æquora, in Pannoniam descenderint, eamque subegerint cum clarissimis Germaniæ nationibus: quibus deuictis non est sanè quòd quèquam pudeat Francis iusto Marte præliaturis caput submittere, si vos ipsi vobis semper eritis similes. quod equidem valde cupio, & spero.

Hæc profatus, ex statuis exercitum progredi iubet, & aciem Celticam oculis penè subiicit. Quamobrè Celtarum optimates sedulò Rhemos conuenerunt: qui quamuis Belgarum vltimi essent, Gallis proximi, tamen ad commune incendium restinguendum vltro se suaque contulerant, suo in opido passi consilium armatum indici more prisco Gallorum bella inchoantium, & puberes omnes prestò esse cogentium tam imperiose, vt qui nouissimus venisset, in conspectu multitudinis necaretur. sicut de Ciconiis à Plinio perhibetur, in patente Asiæ campo congregari eas instar indicti conuētus, ac ibidem commur-^{Caesar de bell. Gall. lib. 5.} murare: eam, quæ vltima paruerit, lacerari. Inde ceu lege dicta abire omnes simul æstate redituras, vt Grues hyeme: tamen si compertum habeam tam acerbæ legi tunc derogatum, tanquam ad metum incutiendum seris militibus Gallicis positæ, non ad pœnam. Conuentu solemniter habito, Princeps belli inferendi creatur Valerius Cauarinus, Parisiorum Senonumque Regulus, ætate vt autoritate venerandus, nondum languescente corpore propter sen-

lib. 5. de
bell. Gall.

Iliad. 3.

ctam, verùm animo vegetiore, moribus generosis, ita ne asperè quicquam statueret: eo omnibus gratiosus, quòd regnum vulgò à suis maioribus acceptū tutò & sedatè gubernarat: ab eo videlicet tempore, quo Iulius Cæsar Moritago expulso Cauarinū priscum eius fratrem Senonibus Regem cõstituerat huius nouissimi gentilem: qui cùm edicto Gallos vndique acciuisset, & recensuisset sagaci cura, exercitū sic est allocutus: non oculos humi demittens ac defigens, vt Vlysses Homericus, nec verba sensim emittens similia niuibus, sed ardua fronte oculis ardorem mentis declarantibus, graui voce sicut procella intonuit. Horret animus quæ maximè desiderat coram vobis expromere, milites, qui incolumitatem & gloriã eodem in loco sitam videtis: si modò ea est ingens futura gloria, vim ac iniuriam audacia illatam propulsare, postquàm inferre nec æquitati nec voluntati nostræ conuenit. Ecquis est nostrū, qui libertatem, qui familiam, qui patriæ decus habet in pretio, cui non acerbum & intolerabile videatur Gallos à nescio quibus Pannoniis, deinde Germanis bello irritari? quæ quidem gens Protei in morem se subinde transformans, quoties in alias atque alias oras migrat, non viribus, sed inuadendi impudentia inter mitiores gentes ferociam exercendo, Rhenum transtulit, nihil verita se Gallicæ originis splendore illustrare, quòd terrorem credulis maiorem incuteret: perinde atque si ab infinita annorum serie per Thraces, Sarmatas, Pannonios, & postremò Germa-

nos præteruolans, venam vllam primæui sanguinis retinere potuerit. Non est, milites, cur metuamus Gallos, siquidem Galli sunt, longissimis seculis detritos & obsoletos, nec numero plures quàm nos, nec fortiores, nec iusta dimicandi causa subnixos: ac veriùs Germanos armis oneratos Gallicis, & tandiu superstites, quòd omnium fugacissimi extiterint: qui id sibi honori & compendio stultè & arroganter ducunt, quocunq; gentium transcurrere, quascunq; regiones peragrarè: adèd illis semper sordet quicquid partum est. Non me quidem latet assiduum humani generis discursum fieri, & aliò alias nationes penetibus propriis exciri: cùm Scythia, & totus ille ferarum & indomitarum gentium tractus, ciuitates Achaiæ Ponticis impositas littoribus ostendit, & Macedonicus sermo inter Indos Persasque audiatur, & Atheniensis in vrbe Mileto Asiæ. Ac totum Italiæ latus, quòd infero mari alluitur, scimus maiorem Græciam fuisse: Insubres atque Italiã, Gallicæ accito Togatæ nomine, vendicari, & Phocidæ relicta Iones Massiliam in Gallia condidisse: neque omnibus eandem fuisse causam patriæ relinquendæ. Alios euerfiones suarum urbium hostibus ereptos in aliena perpulerunt: alios domestica seditio submouit, vel suprafluens populi multitudo exoncrare, & colonias deducere suavit, vel infelix solum alimonie non sufficiens. Istud verò nouitium Germanorum, qui se Francos dicunt, genus, quæ ratio coegit tot fertiles regiones inuadere, lacessere, occupare,

quàm animi leuitas & libido quèdam effrænis iactã-
 di se aliquãdo quibusuis Regibus bello subactis im-
 peritasse? An non satis erat (si modò quod satis est,
 vnquam curarunt) Rhenum vsque progredi, & à flu-
 uio velut à Philosopho temperantiæ admoneri, im-
 petumque sistere? Cæterum perplacuit illis Gallia,
 quæ miti cœlo, vberè agro, clementibus incolarum
 ingeniis, ipsos affatim saginaret & reficeret, si Diis
 placet: quos ego vltiores vècordiæ & impietatis sem-
 per fuisse memini, & fore confido. Ita vt si quales
 nunc animos geritis, constanter in certamine ostē-
 detis, proculdubiò futurum est, vt hostes temerita-
 tis pœnas luant, & obuoluti genibus nostris herbam
 supplices porrigant. Post hæc concionē dimisit Ca-
 uarinus. Vidisses tunc bellandi auidos Gallos scuta
 prælongis gladiis quaterè, & supra caput extollere
 in patrium quèdam morem, vt horrendo armorum
 crepitu de industria composito testarentur se deuo-
 tos, & Duci amabili, si opus esset, commorituros. Nã
 & idem facere solebant in procinctu, cum præliari
 expediret, vt bellico motu sub clypeis miraculo si-
 mul ac formidini essent, autore Polybio. Nunc ne
 aliquid vetustatis prætermittatur, attingam extremã
 partem orationis Cauarinæ, in qua herbæ porrigen-
 dæ mentio est. Pompeius Festus notat, herbam ab eo
 dari solitam, qui se victum fateretur: quod est, in-
 quit, antiquæ & pastoralis vitæ indicium. Nam qui
 parato cursu aut viribus contendebant, cum supera-
 ti erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptã

*Lib. 2. hi-
 storiar. et
 T. Cuius
 Decad. 4.
 lib. 8.*

herbam aduersario tradebant. Plinius adfert ratio-
 nem, cur graminca corona nulli à Senatu decerne-
 retur, sed ab vniuerso exercitu suprema desperatio-
 ne seruato. Cæteras Imperatores dabant, hanc solam
 Imperatori milites viridi è gramine decerpro inde,
 vbi obfessos seruasset aliquis. Namque, inquit, sum-
 mum apud antiquos signum victoriæ erat, herbam
 porrigere victos, hoc est terra, & altrice humo, &
 humatione etiam cedere. quem morem etiam tum
 apud Germanos durasse fatetur. Biduo postquàm
 Cauarinus suos vehementer animasse erexisseque si-
 bi videbatur, æstuabat valde studio vincendi: & in-
 terim copias, quantas poterat, cogebat: partim per
 Tribunos educi iubebat cateruatim, ne ab hostibus
 circumuenirentur inopinatò. Cateruam autem Galli
 & Celtiberi, vt inquit Vegetius, pro phalange Mace-
 donica vsurpabant, sed senis armatorum milibus
 duntaxat censitam instar Romanæ legionis. Ediuer-
 so Pharamon probè sciens Exercitij nomen Exerci-
 tui conuenire, neque huic licere obliuisci quod vo-
 caretur, curabat produci milites, & aliquam itineris
 partem militari gradu conficere: interdum cursim
 impetum facere, interdum recursu cedere, tum in
 campis, tum cliuosis in locis, vt nihil posset accide-
 re, quod militem in expertum turbaret. Tunc fortè
 Clodio & Sunno relicto in castris Pharamone, legio-
 ne vna & ex equitibus quantum alis sufficeret lectif-
 simis freti, paulò longius frumentandi causa procef-
 serant, quoad è nemore, quod in conspectu fuit, ani-

*Lib. 2. de
 re milit.
 cap. 2.*

maduertit Sunno aues omnis generis densis agminibus euolare. Ac suspicatus id quod erat, hostes ibidem occultari, aciem pro numero militum contraxit in cornua. At Galli cernentes quæ fiebant, egressi nemus agmine triquetro pugnaturi, vndique faciæ & clypeos ostendebant, ea compage velut muro repentino septi, præter equitarum planè Gallicum & expeditum. Ablaius historicus, * cuius fragmenta, sicut Renati Frigeridi, satiatis tineis tam dulci obfodio ad nos peruenerunt, atrox fuisse certamen prodidit, idque mense Iunio, hora diei sexta: & pugnantibus aduersus Solem sola pulueris nebula tectis. Vtrinque vociferatio & cantus, & tripudia Gallis asueta prælium incuntibus prouocabant nemus & cõualles propinquas ad reciprocas voces, & fragor late respondebant. Post pila, sagittas, & velitares hastas procul emissas, effudit se Sunnon in confertissimos hostes, & ferro viam pandens complures Gallos neci dedit. Cumque vnum hasta traiectum, & equo labentem, torque aureo eximio reuinctum, insolentiùs distraheret, manu auro impedita, qua ferum ducere oportebat, letale vulnus accepit à Rhodanico Gallo ferocissimo: qui pace malus, bello optimus, vires proprias numinis loco habens, ingentem stragem ediderat, dispescens & perturbans ordines, ex effedo pugnans antiquo Britannorum more à Iulio Cæsare perspecto. Anceps fuit id genus pugnae. Primò quidem ex effedis Duces tela conuiciebant: per omnes partes perequitantes, terrore equorum

* Huc citat tornades, in li. rer. Getic. At Renati Frigeridi, in li. 2. veter. que inueniuntur in bibliotheca Nazaria à nobis per fragmenta. T. Livius Decad. 4. lib. 8.

Lib. 4. de bell. Gall.

quorum & strepitu rotarum hostes consternabant: & cum se in equitum turmas insinuassent, ex effedis defiliebant, & pedites præliabantur. Sic mobilitatem equitum, & stabilitatem peditum præstabant, siue in plano, siue in decliui & præcipiti loco, auriga interim paululum è prælio excedente. Diodorus Siculus Gallis familiare fuisse similiter refert bigis uti, vt primùm iaculo ex curru hostem ferirent, mox pedestres ensibus, armigeros & aurigas ingenuos homines, sed inopes accersirent, & ad singulare certamen fortissimos hostium prouocarent. Cõstat præterea ex Lucio Floro, Romanis contra Allobroges & Aruernos dimicantibus pro Massilia & Heduis, quorum gratia nouæ immanitatis Elephantos obiectos Isara & Rhodanus flumina sensere, post victoriam nihil tam conspicuum fuisse in triumpho Romæ, quàm Regem ipsum visum armis discoloribus, argenteoque carpento, qualis pugauerat. Cùm itaque Rhodanicus nullum modum occidendi faceret, pupugit ea res Clodionem, qui se quamprimùm obuium præbuit ouanti, sed iam curru retardato per crebra cadauera, nec equis freno commodè parentibus: nec priùs destitit, quàm Rhodanici durum & impium pectus honestissimis vulneribus, hasta primùm, deinde gladio perfoderit. Quanta tunc clades utrobique fuerit, recensiti milites & lux subscuta postridie declarauerunt. Vix enim decimus quisque integer à conflictu redierat expers mortis aut vulneris. Fuisse tamen comperio inter supersti-


Lib. 6. de antiquor. gest.

Lib. Epi. tomes 3. cap. 2.

tes duces de pace colloquium, mutua admiratione defixos, & pari confessione predicantes, nec solertiùs aciem instrui potuisse, nec acriùs pugnari. Non ignoro Ablaium scripsisse, Clodionem leui vulnufculo affectum Rhodanici morientis efferata concitatione, qui quoad vitę reliquię superfuere, sequi non desit, & spiculum de pectore suo euulsum, non hastam, in hostem retorserit, mox animam indignatē egerit. sicuti Pausanias de iis Gallis scribit, qui Brenno Duce in Gręcos ad Heracleam conflixere. Nolim facillē dissentire iis simplicibus scriptoribus, qui veritatem nudam sine fūco lubentiùs explicant, sermone parum ornato, sed succi pleno: quia etiam Physicis placet in macie plusculum esse sanguinis. Ceterum vbi ad Regem rediit Clodio illitus multo sanguine, incompta coma, iam non vnguentis delibuta, sed puluere fordida, imò honestata, qua omnes Francos antecellebat, auro lorice & galeę deformato, militibus maiore ex parte faucis, exclamauit Rex non esse tutum aduersus Cretensem artes necere Creticas, nec Francis aduersus Gallos decertare, quorum se posteros agnoscerent, & qui nunquā vincantur, etiam si victi fuerint. Proinde certior factus habitam de pacis legibus mentionem, legationē ad Cauarinum Rhemis agentem dirigendam statuit, exploraturus vtrum paci an bello potiùs Galli studerent: & an Francos hostes mallent quàm hospites. Legationis princeps designatur Clodio comitatus nobili pube, & Morgano Iurifconsulto, libello

In Phoci-
cis, bello
contra A-
themens.

rum & scriniorum regionum præfecto. Greg. Turo-^{lib. 7. de} nensis tradit Legatos Francorum mitti solitos cum ^{gest. Frac.} virgis consecratis, ne à quoquam offenderentur. Nec ^{numero} 32. puto Legatos Hebræorū pacem deditiōemve po-^{Deuter.} centium, priusquàm bello experirentur contra ho-^{20.} stiles nationes, ex lege publica verbis non armis su-^{Ioseph. li.} perare primū iubente, nota aliqua obiti muneris ^{4. An-} caruisse. Eo magis obtinuit, vt Legati publici sancti ^{tiq. cap. 8.} habeantur: adeo vt, si quid Iurifconsulto Martiano ^{l. sacrum.} credimus, sanctum vocari cœperit à sagminibus, id ^{ff. de ver.} est, verbenis, quas herbas Romanorum Legati fere-^{diuis. l.} bant, ne ab vllō violarentur aduersus ius gentium. ^{fin. ff. de} Quod si quis ipsos pulsasset, hostibus dedebatur ex ^{legatione.} sententia Q. Mutij. Adnotauit Suidas, Lacones pesti-^{In verb.} lentia conflictatos, quia Xerxis Persarum Regis Le-^{ἐπέχνης.} gatos postulantes terram & aquam vrbe expulissent, & ciuium aliquem, qui Regi parere suaferat, lapidibus obruissent. Planē quamuis verbenas Franci Gal-^{Plin. lib.} līve legationem obeuntes non tulerint, tamē liqui-^{25. cap. 2.} dō constitit Gallorum Philosophos eadem herba ^{cap. 3.} adiutos sortes elicuisse, & præcinisse responsa. Caduceis igitur potiùs vsi sunt more Gręco, id est, virgis Mercurio sacris, serpentum duorum vulgari ornatu, & concordī atque implicito complexu: quem ad alias gentes à Gallis in caduceum translatum Plinius ^{lib. 29.} existimat: apud quos Druidæ obseruabant ætate cō-^{cap. 3.} uolutos angues, qui faucium spuma artifice ouum quoddam generabant, ad victorias litium & Regum aditus mirē laudatum. Nec taceo ad Guntrannum



Francum Aureliani Regem Legatos destinatos, & virgas sacras ferre iussos à Gundualdo, qui sese eiusdē stirpis iactitabat, vt ab omni iniuria immunes essent. Postquā desiere Frāci Legati caduceis vti, vidētur oliuę ramū v surpassē ritu Latino. hinc Virgilius:

*Iamque Oratores aderant ex vrbe Latina
Velati ramis oleæ.*

idque passim vulgares historici testificātur. Sed cūm Narbonensis tantū Gallia sponte sua oleam ferat, verisimile est ad sacras Legationes alibi humum ei arbori ferendæ blandimentis culturę idoneam redditam, sed incuria demum destitisse: vt potē cūm Plinius memoret Pictones & Heduos calce iniecta fecundasse agros suos, quæ sanē, inquit, oleis vtilissima est. Vel certē putem oleæ loco laurum suffectam similiter paciferam. Pręterea Polybius notat in Alpino tractu obuiam venisse Hānibali homines, qui corollas florentes capite gestarent: quod, inquit, ferē apud Barbaros pacis & amicitię signum est, quemadmodum apud Gręcos caduceus. Dici non potest, quā gratius atque planisibilis Clodio Gallis fuerit aduentu suo. Fertur Rhemorum iuuentam ipsum sparsisse odoratis liquoribus, & flosculis pro tempore suppeditatis. quod non abhorret à ritu Atheniēsiū, palmulis, nucibus & aliis bellariis Legatos, boni ominis causā, perfundere solitorum: ita tuitiōnē & affluentiam rerum indicantes. Sanē Clodio iucundior multo fuit, posteaquā rescitum est illum Regis filium, & Regem Francis destinatum patris atque

*Annou.
lib. 3. cap.
67. anno
Christi,
586.
lib. 11.
Æneid.*

*lib. 17. ca.
8. & lib.
15. c. 30.*

*Lib. 3.
Suidas
verb. ἄλκι-
μα.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 315
procerum communi desiderio. Nam & antiquitūs Legatione vltro Reges ipsi fungebantur, vt claruit ex Homeri Menelao, qui vnā cum Vlyssē ad Ilium ^{Iliados 3.} res repetitum missus fuerat, hospitio vsus Antenor. Sed potissimū Clodionem commendabat oris & formæ decus, venustate mirabili præfulgens, & cæsarie flaua copiosa ac crispa, quali nec Absalō, nec Alexander Magnus præfloruit, qui tantoperē come ^{Alian.} gratia retortæ & fusę commendatur, & specie formę ^{lib. 12.} simul cum pulchritudine formidabilis. Itaque iucū ^{var. hist. cap. 14.} diffimus fuit Cauarino Clodionis aduētus, tum propter regiam indolem, tum ob sermonem quem habuit suo pte ingenio partim nitidum, cultu partim Morgani legum & Philosophiæ peritissimi. Præcipuum fuit orationis caput, Nulli mirum, nulli molestum videri debere, quōd Franci quondam è Gallia profecti, Deorum ducti auspiciis, in eandem reuerterentur, cū patriæ cuique suæ amor sit insitus: & cūm cœlestes ignes, dum per certa annorum spatia orbes suos explicuerint, iterum redituri sint per quę venerant: bellūque aduersus Gallos non esse susceptum à Francis dominandi libidine, nec plaudentis fortunæ lenimentis (sicut nec pax formidine vlla posceretur inter virium emulos) sed ne Galliam posteritatis & fœturę suę pudere inciperet. Alia insuper adiecturus videbatur Clodio, cū interuenit filia Cauarini, puella nubilis, Naturę & Gratiarum eximium opus: qua visa tanquam diffusus in oculos animus Clodionis præpediuit vocem, lætante Caua-

rino, qui nocte superiore in somnis visus erat scisci-
tari Apollinem de elocanda filia, ac sibi responderi
generum fore prorsus cœlestem, nempe crinitum
sydus, quem Cometem dicimus: hunc verò iam non
alium intelligendum, quàm Clodionem aureis ac
prolixis crinibus fulgidum, & oculorum acie vehe-
mentem, & eloquio inter principes viros non vlti-
mum. Quocirca fertur protinus dixisse Clodioni, se
hostem iure belli contendentem nec metuere, nec
odisse solitum: tamen pacis bona non grauatè am-
plexurum, si tolerabiles eius cõditiones fuerint. An-
tea se pacem semper armis quæsiuisse, pactionibus
nundinari turpe duxisse, Gallicæ virtutis & roboris
consciium. Sed quia Pharamonem Regem, & Fran-
cam omnimodò gentem è Gallia oriundam percipe-
ret, propensiosem longè se ad pacis & amicitia in-
stauracionem fore pollicebatur: vt quidem post cõ-
tigit, quando Poliena Cauarini filia communi paren-
tum consensione Clodioni auspiciatissimè nupsit. Sic
enim legi, vt sequitur, apud Ablauium: Cauarini
Poliena cum Chlogione* ritè ad aram ducitur nu-
ptialem. Nam, vt Placidus Papinij interpres adnota-
uit, antiqui ad aras numinum celebrabant iura nu-
ptiarum. Plutarchus quoque tradit, Sinatum Galatã
Cammam virginem vxorem duxisse, mox à Synori-
ge sodali interemptum Cammæ amore incenso: cui
cum inuita cogeretur nubere ad aram Dianæ, quam
Galatè religiosissimè colerent, phialam tenens vt sa-
crum libamen, partem eiusdem ebibit, reliquam Sy-

* Sic etiã
vocat Clo-
dionẽ Tu-
romensis
vbique,
Chlogio-
nem.
Lib. 2. The-
bai. vers.
Dixerat.
Li. declar.
mul. c. 19.

norigi bibendam porrexit: qua hausta, quia veneno
imbuta fuerat, Synorix sepulchrum pro thalamo si-
mul accepit. Ideoque miror non deesse qui putent
Clodionem aliunde, quàm ex Gallia cõnubium pe-
tiisse, vel accepisse, & liberos quatuor substulisse ex
fœmina Auftriaca Regis filia, ac tribus superstitionibus
obiisse: hisque per dolum pulsis Meroueam regno
potitum magna Franci Imperij contumelia & dam-
no, sed veritatis maiore. Quo autem die festiuitas
Clodionis & Polienæ coniugum publicata est, ducẽ-
ti Franci equites totidem puellas splendidas mirifi-
ca hilaritate duxerunt, Bardis poëtis Epithalamium
canentibus, vt qui illustrium hominum laudationi-
bus incumbabant: quale fortè Sidonius de Polemio
& Araneola cecinit illo in regno, ac eodem penè
tempore:

*Prosper connubio dies coruscet,
Quem Clotho niueis benigna pensis,
Albus quem piceo lapillus Indi,
Quem pacis simul arbor et iuuentæ,
Eternumque virens oliua signet.*

Et paulò post:

*Sed doctus iuuenis docensque virgo
Ortu culmina Gallia tenentes
Iunguntur: cito, diua, nocte chordas.*

Nam & docti Reges dici merentur, quippè cùm tales
nascantur. Hoc pacto Poliena pignus fuit inter Gal-
los & Francos denuò conglutinatos, fidei amorisque
sempiterni, magno Pharamonis gaudio & commo-

Nic. Gill.
in An-
nal. Fræc.
anno 445
à Christo
nato.
Strabo li.
Geogr. 4.
Carmine
14.

do: sicut & Cauarini senioris, nihil auscultantis ea, quæ pacem detrectantes clanculum dicebant, somnia & auguria defidiæ diuerticula esse & inertes dextras Regum iungi: nec inspiciebant penitus summa prudentia summisque rationibus in communem concordiam itum, ut subueniretur Galliæ tempestiuo gaudio, crebris barbarorum incursionibus labefactatæ: utque ij, qui iam pridem eam ex parte non mediocri occuparant, abigerentur. si quidem Romani ad Ligerim usque fluuium dominabantur: ultra Gothi, Burgundiones, Vindelicæ Germaniæ populi, trans Rhodanum confederant decem ante actis annis, Honorio & Theodosio iuniore imperantibus, & Ætio Romanæ militiæ magistro: qui licet acer & industrius haberetur, ingruenti hominum colluuii Gallias eripere ægrè poterat: adeo magno numero & pari fiducia in Galliam coniuges, liberos, & senio graues parentes, trahebant. Accedebat quod Pharamon & Cauarinus pariter auebant in Gallia Regnum stabilire, & liberos suos hæredes tanti relinquere Imperij. Idque astu miro occulebant, non ignari id factu difficillimum, & sæpius mortem olim permultos quam sceptrum retulisse, qui rem tam arduam inchoassent, cum Gallia Regulorum factionibus agitari consueffet, alio aliis interdum potiore, nonnunquam demissiore. Titus Liuius est autor, Tarquinio Prisco regnante Romæ, in Celtica Bituriges summam Imperij habuisse, Regem Celticis dedisse. Ambigatum lib. 1. planè fortunatum. Iulius Cæsar cum in Galliam armatus

Greg. Turon. lib. 2.
Plin. lib. 4. c. 14.

Paul. Diac. lib. 14. in Theodosio iuniore.

Decad. 1. lib. 5.

matus venisset, comperit eam Heduiorum cum Aruernis de potentatu contendentium odiis turbatam, & penè prostratam, cum Aruerni & Sequani Germanos auxiliares adsciuisent: Ita factum, ut Hedui pulsi omnem nobilitatem, equitatum, Senatūque amisissent. Sed ut antiqua fileantur, nuperrima valde consternabant molientes opus eximium, repetitis iis quæ in Gallia acciderant * Arcadio & Honorio Cæsaribus Romanis, Constantino quodam ex infima militia regium solium indepto, & Constantem filium ex monacho Cæsarem faciente, ac armis latissimè bacchante, Didymo & Viridiano Gallis iuuenibus patriam necquicquam asserentibus, quoad Constantinus à Romanis Arelate occideretur, Vienna Constantis à Gerontio Comite. Deinde Maximus Rex, ac repentè exul, suffecto Iouino, tincturo iterum purpuram proprio sanguine. Nec Sebastianum Iouini fratrem mitius fatum expectauit. Quare Gothi Gallis Attalum præfecere: qui tandem captus, & ad Honorium missus, manum qua malè Tyrannidem arripuerat, amisit: sic vitæ & miseræ relictus. Tot tristes recentisque ambitionis euentus vnanimis & amicos Pharamonem & Cauarinum fieri suaserant, quandiu ingentis regni fundamenta iaciebantur: optabantque ut tam diuturna impostero esset pax inter Gallos & Francos, quantum pacis multæ causæ non deerant. Aderat corporum ac lineamentorum inter utrosque similitudo, præter candorem aliis multis nationibus communem. Gallis &

* Ab anno Christi 400. P. Diacon. lib. 14. sozom. lib. 9. cap. 11.

lib. de tiberam. 2.

Germanis, inquit Galenus, & omni Thracio generi, ac Scythico, frigida atque humida cutis est: ideoque etiam mollis, alba, & pilis nuda. Omnis verò naturalis his calor in viscera vnà cum sanguine confugit: vbi dum agitur, premitur & feruet, iracundi, audaces, & præcipitis consilij redduntur. Quid memorem à Francis idioma Gallicum ac tunc semigræcum à tam multo æuo retentum, amicitia & necessitudinis vinculo & testimonio non vulgari? Vt enim Alpheus fluuius per Olympiam fluens Peloponnesiaco mari infunditur, nec aliquid falsi retinens in Arthusa Siciliæ fontem præterfluit: sic Franci, antea Galli, per varias sæuâsque nationes prætergressi, seruat in multis linguæ genialis sono & lepore, in patriam antiquam reuerterunt. Gothinis Osisque, qui terga Marcomanorum & Quadorum claudunt, idem accidisse videas, vt in media Germania patrium sermonem sincere custodierint. Gothinos Gallica, inquit Corn. Tacitus, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos. Sed in Francis apertius hoc patet, cum vel eorum nuncupatio Gallica & ingenua deprehendatur, sicut Gallorum Græca à lacteo colore. Coaluere itaque rursus matrimoniis & animis, & tum Franci, tum Galli promiscuo vsu appellati. Et nisi consensu mutuo quàm vi & rapina coniugia celebrari dignius esset, dicerem idem euenisse circa incunabula Romani regni, cum Sabinæ puellæ simulatis à Romulo ludis equestribus spectatum admixtæ, prædæ fuere. Hinc bellum, & duce Tatio irruptio

*Lib. de
mosib.
German.*

Sabinorum in urbem, quibus Tarpeia arcem prodente admissis intercessere raptæ laceris comis, ac si caluitio pax festinaretur: tantumque valuit scemineus eiulatus erga patres ac maritos, vt percussio foedere Sabini Romam migrauerint, ea lege, vt Sabini Tatiusque cum Romano Rege, ac populo æquo iure viueret, & Romani à Roma, Quirites à Curibus Tatiij patria, nominarentur, Imperio inter ambos Reges communicato. Nam, vt M. Cato notat, Hetruscis & Sabinis non est litera q. hi quoque Curim, haestam appellant. Proinde vehementer falluntur, qui Francos solum non simul Gallos regnasse arbitrantur: quin potius Clodio, patre focerque assentientibus, Gallico ritu inauguratus est, & fausta voce Gallorum. Nam cum Pharamon & Cauarinus considerassent nihil tam esse concisum ac breue quàm hominis, præsertim senis, vitam, nihil tam fluxum, mutabile, ac flexibile, quàm vulgi voluntatem, firmari sedulo curarunt regnum omnium augustissimum Rege Clodione promulgato & conclamato. Quem protinus militum Tribuni salutatum hilariter, ac clypeo exceptum altissimè extulerunt. Is enim erat modus celeberrimus Regis significandi publica letitia, idque apud Parisios potissimum. Greg. Turonensis scripsit, Sigiberto Coloniae Rege per filium interfecto, & rursus parricida similiter ab aliis sicariis sublato, Clodoueam Francorum Regem quintum, qui tunc Lutetiæ degeret, ditione ipsius potitum, & clypeo cuctum miro plausu palmarum & vocum. A-

*Luc. Flor.
lib. i. Epi-
tom. ca. i.*

*in origi-
nib. in fi-
ne.*

*lib. de
gest. Franc.
2. num.*

in 6. *ata-*
te. donis quoque Viennensis alium Sigibertum, vnum
 ex Tetrarchis Franciæ, sæpè & piè admonitum à Ger-
 mano Parisiorum Episcopo, ne vim faceret Chilpe-
 rico fratri: Sed, inquit, ille potius Francis consen-
 tiens, more gentis impositus clypeo, Rex constitu-
 tus est, deinde occisus Fredegundis Chilperico nu-
 ptæ insidiis. Et de iis quæ postea euenere, Annonius
 refert, Mummolom Ducem conspiratione Desiderij
 Ducis Tolosani eleuasse clypeo, & more antiquorū
 Francorum Regem proclamasse Gundobaldum, qui
 Constantinopoli veniens, se Clotarij septimi Fran-
 ciæ Regis filium dicebat: cūque circumiret exer-
 citum iam tertio, clypeum cum infauso Rege cor-
 ruisse, non sine omine Gundobaldi paulò post peri-
 turi. Sed profectò longè antequàm Franci in Galliã
 rediissent; Galli ipsi clypeo Principes summos so-
 lemniq̃ gestatione designarant: idq̃ue Ammianus
 ostendit, Constantium Augustum memorans anxii
 valde ob virtutes & famam Iuliani Cæsaris adoram
 referentis ex victis Alemanis, & receptis opidis Gal-
 licanis: Proinde ab Oriente per expeditum tabella-
 rium mandasse Iuliano, vti ocyùs ad se veniret cum
 copiis Gallicis ob expeditionem primo vere in Par-
 thos mouendam: inq̃ue eius rei inuidiam Gallicum
 exercitum cõclamasse Augustum Iulianum Parisiis,
 vbi morabatur, id honoris callidè respuentem. Ni-
 hilominus, inquit, vno pariq̃ue ardore nitentibus
 vniuersis, maximoq̃ue fragore probro & conuiciis
 mixto, Cæsar assentire coactus est, impositusq̃ue

Lib. 3. *ca.*
 61. *o.*
 70.
 Lib. 20.
 ver. *gest.*
 anno
 Christi,
 365.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 319
 scuto pedestri, & sublatus eminens, populo silente
 Augustus renunciatus, iuebatur diadema proferre.
 Nam clypei Gallorū adeò vasti fuere, vt, teste Pau-
 lania, quamuis corporū magnitudine ceteros mor-
 tales antecellerent, scutis patriis flumina tranarent
 pro ratibus, maximè Sperchium amnem in Doride
 regione. Sanè clypeo idcirco efferebatur Princeps,
 vt ex eo auspicio Imperij se ad tuitionem & securi-
 tatem Reipublicæ natum & præoptatum intelligen-
 ret: vtq̃ue toti populo studeret, iniurias publicas
 propulsaret, & singulorum ciuium, tanquam vnus
 pro vniuerso corpore, malorum tela acciperet, ac
 retunderet: qualis Clodio futurus sperabatur votis
 populi ore iubilo vociferantis adesse Regem, Caua-
 rini generosi generum, Pharamonis optimi similem
 prolem, magni exempli, maioris spei Ducem, Galliæ
 restitutorem, Franciæ ornamentum, omnium tute-
 lam, tam comem quàm comatum Regem. Sic enim,
 vt iam præscripsi, Clodio vocabatur propter vberè
 comam: quam siquidem Conon Samius Mathema-
 ticus vidisset, proculdubio pluris fecisset, quàm il-
 lam Berenices, quæ detonsuram crinem se vouerat,
 si Ptolemæus frater ac vir ex Asia victor rediisset:
 cūque in Veneris templo dicatum semel cerneret,
 postea nemo, Conon Regis mœsti hoc gratiæ con-
 cessit, vt inter sydera collocatum ostenderet in cau-
 da Leonis stellis septem splendidum. Ceterum Clo-
 dioni hoc tribuit cæsaries, vt ipse Comatus nomina-
 retur, & vt Reges Francorum deinceps comam co-
 L L ij

Jul. *Ægyi-*
nis in li.
de signis
caelestib.

Lib. 1. de bell. Goth. 320
 lerent præ cæteris Principibus ac subditis. Nec omnino placet quod Agathius affirmat, solis Francorum Regibus licuisse profusa coma ornari cum aliquo discrimine ad frontem mediam, subditos omnes circumtonfos fuisse, atque ita cognitum Clodorum, vnum è quatuor Clodouei Regis filiis, qui in prælio Burgundionum telo occubuerat. Nimirum hoc fuisset seruitutis à Franco ingenio alienæ: cum, vt Suidas docet, coacta detonsio iugum seruile innuat, ex quo manauit verus illa parcemia, *δελος δὲ κόμην ἔχει*. id est, seruus cum sis, comam habes. de iis qui aliquid audacter agunt. Quinetiam Comatæ Gallix scimus omnes inditum nomē ab incolis sine delectu comam nutrientibus, vt Togatæ magis pacatæ & Transalpinæ, à vestis decore. Et T. Liuius Gallicis ascribit promissas & rutilatas comas, vasta scuta, prælongos gladios: sed speciosas, vt par est, ante alios ipsi Reges ostentabant: sicut etiam Lacedæmonij eo tempore, quo bellicosissimi habiti sunt. Leonidas fortitudinis causa comam gestauit: quia amicis se modestiorem, hostibus verò terribiliorem, propter ipsam videri suspicabatur. Ex quo Spartiatæ, vt refert Philostratus, studuere capillo amplificando: quia hunc Regem non minus quam Lycurgum aut Iphitum venerarentur. Adicit Agathius, Francos expoliuisse crinem, vnguētisque variis perfudisse, non odoris boni modo causa, vt opinor, sed quoniam mentis sedes in capite sit, quæ suauis fragrantia rapitur, & altissima quæque cerebro odori-

Decad. 4
lib. 8.

lib. 8. ca.
3. de vita
Apollo-
nis.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 320
 bus delibuto reducit. Quocirca nec Christus, cum esset Bethaniæ, repulit comminuto alabastrò nardum puram effundi sibi in caput à muliere, & ita totam domum odore impleri, perfusa cœlestis Regis coma, decora, & Solis radiis pretiosiore. Hoc forte in causa fuit, cur Galli iussissent terram domesticam ammoniaci lachrymam producere; teste Plinio, quam aliàs Africa iuxta Ammonis oraculū profert: tanti fecere alienam voluptatem potius quam suam in fragrante coma. Sanè Turonensis est autor, Gundobaldum nullum maius argumētum habuisse, quomodo se Clotarij filium conuinceret, dum Childeberto patruo à matre repræsentaretur, quam quod literis eruditus, crinium flagellis per terga demissis incederet, inueterata Regum consuetudine, nimirum cum popularibus capillus recissor vsurparetur: ad eò de hac messe infructuosa, sed ornatus plena, veteres laborarunt: cum etiā Homerus *καρμηλιόμβονας ἀχρεϊδης* dix-
 * i. capite comatos Græcor. xliad. 7. plin. lib. 28. cap. 1. Thucyd. lib. 1. Suid. 44.
 xerit, laudis quodam genere. Nec quicquam notius est Atheniensiū cultu circa cincinnos, & aurum implexum virorum crinibus, & cicadas aureas seriatim iis concinnatas: vnde *πεπιλοφόροι* appellarentur. Sex-
 to demum anno postquam regni gubernaculis admissus fuerat Cauarinus, decessit. Quid ille æger dixerit, mihi compertum non est, nisi quod nemo cōsolantium sciret, vtrum vitæ terminus mors esset: perinde atque Euripideum illud sentiret. Quis, inquit, nouit an viuere hoc sit emori, an emori sit potius id quod vocamus viuere? *Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν*

Laertius
in Pyrrho-
ne dicit
versus ci-
tas Enri-
pidis.

In lib. an-
tiquar. fa-
bul. c. 24.
lib. 6. de
bell. Gall.
Mela lib.
3. cap. 2.

Πατρι μὲν κληθεὶς: Patri mortuo clausit oculos Polie-
na suos ipsa rigans lachrymis, quæ Clodioni pul-
chriores videbantur, quàm quæ à Phaëtonis foro-
ribus liquatæ feruntur verti in succinum. Indixit
confestim funus atrato præcone tuba præcinente lu-
gubre melos. Nam & apud Romanos cum aliquis
decessisset, tubicines canebant testandi gratia naturæ
concessisse defunctum sine ferro venenove, vt tradit
Hyginus. Scio tamen derogatum mori acerbo fune-
rum priscorum. Funera sunt pro cultu Gallorum
magnifica, inquit Cæsar, & sumptuosa omnia, quæ
vivi cordi fuisse arbitrantur, in igne inferunt, etiam
animalia: ac paulò supra hanc memoriam ferui &
clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis fun-
eribus confectis vnà cremabantur. Sed neque cre-
matum, vrnave conditum accepi: sed tumulo ritè
humatum, regali luctu subsequente, & vitæ bene-
transactæ recordationem ad planctum miscente.
Quod certè duxerim nobilius, quàm si sepelientes
cum sepulto infoderentur, velut vnà morituri, aut
magis victuri, vt conuicio, cum æternas sibi fore ani-
mas intelligerent. Tunc sibi cauere ac regnò coepit
Pharamon, laborum annorumque præteritorum cu-
mulo fatigatus, nihil tamen tristis, vtpotè qui fore
speraret, vt in æternam suamque domum remigra-
ret, aut vt omni sensu ac molestia careret, nihilque
in malis duceret, quod æqua lance Regibus omni-
bus, nedum plebeis à parente communi natura ap-
penderetur. De regno igitur magis quàm de vita fo-
lici-

licitus, certò sciens Reipublicæ firmamentum maxi-
mum esse Legem, imitari quodammodò cupiēs Ly-
curgum Lacedæmoniorum legislatorem, curauit le-
ges præstituerè proceribus, & vulgo non minus
plausibiles quàm salutare, deinde è vita & è Gallia
in cælum abire. Nam & ille cum leges rogasset, iure-
iurando Lacones adegit, vt legibus latis insisterent,
nec ex illis quicquam immutarèt, quoad ipse reuer-
teretur, Delphos se profecturum ad Phcebum simu-
lans: sed iuit regio sanguine legislator insignis, sine
spe vlla reditus, ne sacramento ciues soluerentur,
vtque ita sancitæ leges perennes essent. Quæri con-
suevit, quare Pharamonis leges appellentur Salicæ.
Nam etià variæ afferantur rationes pro cuiusque in-
genio & coniectura, vix est vt suis autoribus satisfa-
ciant, quos refellere non studeo, sed potius admo-
nere, omnem legem esse inuentum & donum
Dei, & decretum hominum prudentium. Sic enim
ait Demosthenes: πᾶς ὅτε νόμος εὐρημα μὲν ἐκ θεῶν θεῶν . hoc
quò magis humanis mentibus figeretur, Reges con-
sultissimi & alij primæ notæ legumlatores, leges suas
ad aliquem Deum retulerunt. Moses quidem ad ve-
rum & optimum: quem allocutus est eo nomine,
vel Angelum eius. Nec enim quisquam Deum vidit
vnquam: cum & Moses hoc postea à Deo Max. im-
petrare contenderit, vt eum de facie cognosceret.
Et D. Stephanus non ambiguè dixit, legem Iudæis
datam dispositione Angelorum. Præstitit verò Deū
promulgatorem sentire, vt lex plus venerationis

haberet & dignitatis. Ita Minos Rex Cretenſium ſe colloquio Iouis frui aſſerebat, & leges ex illius reſponſo dare: quas Lycurgus poſtquam in Creta didiciſſet, domum reuerſus, acceptas ab Apolline fingere maluit. Sic Pharamon ad Martem Herculemve Martium retulit ſuas, perfecitque, vt à populo reuerentia ducto & attonito, ore aperto, audirentur, & Salicæ vocari inciperent, & tam Francis quàm Gallis antiquioribus perplacerent. Nam quotuſque ignorat Salios Martis ſacerdotes arma eius coeleſtia ex Numæ inſtitutis portare ſolitos, quæ vocarentur Ancilia, ex omni nimirum parte recifa, vt explicat in Faſtis Ouidius:

Plutarch.
in Numa.

lib. 3.

*Iam dederat Salis à ſaltu nomina ducta,
Armaque, & ad certos verba mouenda modos.*

Lucian. li.
de ſaltatione.

Nec eſt quòd indecora cenſeatur ſaltatio bellicofis ritibus ac viris, cum conſtet Æthiopes concinna quadam ſaltandi ratione ingredi prælium, & ſagittas capiti radiorum inſtar circumiectas velut è pharetra depromere, ac ita ſaltando numeris aptiſſimis hoſte terrere & aggredi. Nemo præterea neſcit Pyrrhum Achillis filium patri bellandi ſtudio nequaquam ſecundum, ſaltationem armatam plauſibiliter inſtituiſſe, quæ etiamnum tam clari auctoris nomine cenſetur, & decora corporis declinatione ictus inſtigere aut euadere in præliis oſtendit, gladium ſcutò collidens, & attonitum quiddam ac prorfus bellicum ciens, inſtar Curetum in Creta inſula. Planè Salios quoque Herculi conſecratos Antonius Gniphò, cu-

ius ſcholam Cicero frequentauit, prodidit, ſicut & Macrobius lib. 3. ſaturnal. Varro in Menippea Herculem eundem cum Marte facit, & ſimiles honores tribuit, & Salios ſodales, vt cap. 12. Virgilius: Æneid. 8.

*Tum Salij ad cantus incenſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempora ramis.*

Et mox: - qui carmine laudes

Herculeas, & facta ferunt. -

Nec alia ratio ſuaſit, vt Francorum alij, qui nondum Rhenum tranſmiferant, Anſuarij vocarentur, teſte Ammiano: alij autem Salij, qui Toxandriam flumine traiecto occuparant. Nemo profectò non videt ab Anſilibus & Salis Martis inflexa fuiſſe huiuſmodi nomina, concurrente Francorum religione in Martem propenſa & Herculem, & ſaliendi dexterritate, ac curſu hoſtes præuertendi, & nandi peritia ſingulari. quòd attingit Sidonius, hoſtes recensens, cum quibus Auitus Aëtij comes decertarat pro Romanis in Gallia, quam ſibi vindicabant, res gerens: lib. 29.
rer. geſt.
& li. 17.
obi de ſal-
lis.
In Pane-
gyr. ad A-
uitum,
Carm. 7.

- Belgam Burgundio quem trux

*Preſſerat, abſoluit: vincit tibi vincitur illic
Curſu Herulus, Chunus iaculis, Francisque natatu,
Sauromates clypeo, Salius pede, falce Gelonus.*

Salios à reliquis Francis ſecreuit Sidonius, vt illuſtrium præcipuos, vt Celtas à Gallis vulgò ſeparamus, aut aliquando promiſcuè vtimur. Planè cui quàm Gallis Herculem potius honorare congruat, gens nulla occurrit, ſi Galatheï parens & generis Gallici auctor ille extitit, Berofò teſtante: & qui pe-

ragrato terrarum orbe, Gadibus in Hispania, vbi columnas duas pro trophæo statuit, obiit, & diuinos honores accepit. Ideoque Vlpianus Iurisconsultus: Deos, inquit, instituere non possumus heredes, præter eos, quos senatusconsulto, constitutionibus Principum, instituere concessum est: sicuti Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum: sicuti Martem in Gallia, Mineruam Meliensem, Herculem Gaditanum. Iulius Cæsar Gallos scribit de diis eandem ferè, quam reliquas gentes, habuisse opinionem: Martem bella regere. Huic, cum prælio dimicaturi essent, ea quæ bello cepissent, deuouisse: quæ superauerant animalia capta immolasse, reliquas res vnum in locum contulisse. Nonne igitur Salij dici meruerunt, eò magis quòd Salico ritu inrituri pugnam, cantu & tripudiis, ac concussis gladio scutis, specimen terroris coram hostibus ederent, vt abundè iam docuimus? Accepi ego, Gallos inter Martias illas cantiones leges Pharamonis, quas auidissimè complectebantur, libenter v surpassè: necnò in choris ac comessationibus. Nam & Athenis inter pocula Thuriij Charondæ leges canis solitas tradit Athenæus.

LATA est tandem inter Salicas leges illa potissima & verè regia Pharamone sanciente, Ne qua fœmina Franciæ Regibus succederet, sed ad proximum quemque agnatum masculum sceptrum transfret. quæ quidem lex nec sine cœlesti iudicio edita est, nec sine exèplo, vt regnū firmitus stabiliretur æterna familiæ serie, quæ in qualibet fœmina intercidit: eò

in corpufculo Iuris, sit. Quis heredes instit. poss. sitamen is liber vlpiani est. Lib. 6. de bell. Gall.

quòd filij ex ea nati, patris sui, non ipsius fœminæ familiam sequuntur, vt Iurisconsulti explicant, qui mulierem familiæ suæ caput & finem esse dicunt. Et Euripides ait, mulierem semel egressam paternas ædes non esse amplius parentum, sed coniugis: masculum verò genus perpetuò domi consistit: quintiam honorat penates & sacra domestica & sepulchra maiorum. *ἑὸν πατρῶων ἔπι τάφῳ τιμᾶ ὄρον.* Nam et si alterum sexum alterius ope egere naturavoluerit, vt suis vicibus immortalis quodammodò maneat liberorum procreatione, vt tanquam accensa vitæ faculum posteris per manus præbeatur, & ita mortalitatis damna pensentur: nemo est tamen qui non videat in multis mulieris esse deteriorè causam quàm masculi, & facultatem imbecilliorè: præsertim in publicis arduisque negotiis, quæ non nisi summo consilio armisque conficiuntur. Argumento est ipse Deus. Nam licet sexu careat, quia est per se æternus, nec eget sobole ad sui propagationem:

Iuppiter & mas est, & nescia fœmina mortis, inquit Orpheus: tamen est mentibus hominum caïnita notio communis, vt simul ac Deum nominari intellexerint, Regem se virili quadam figura decorum videre arbitrentur, neque alium magnæ totius mundi Reipub. gubernandæ, velut lege sacra & Salica, præfici optarive fas esse. Propterea Abner magister militum Ithobeth Saulis filium post patrè regnare curauit. Postea verò David vnctus fuit vnanimi populi consensione, Saulis filia ad tantam admi-

l. pronunciatio. S. ult. et l. familie. ff. de verb. signif.

stob. sermone 75.

Apuleius citat Græcè in lib. de mûdo.

2. Reg. 2. et 5.

nistrationis molem postposita . Nec deinceps aliter
 obseruatum legimus : sicut nec in Romanorum im-
 perio, postquam Octavius Augustus successorem si-
 bi Tiberium priuignum designauit, nec reiecit, quā-
 uis à Iulia vxore huius filia diuertisset ob libidines.
 Diuus quoque Nerua, qui post XII. Cæsares impera-
 uit, Troianum, cum quo nullo necessitudinis vin-
 culo præterquam militiæ & virtutis tenebatur, pro-
 pter publicam salutem & vtilitatem adoptauit . Sed
 hic durius quam par sit, & aduersus legem Salicam
 reiecit cognatos, si modò idoneos ullos habuit. Au-
 reliano sanè vnica fuit filia, cuius posteros à se vi-
 sos Flavius Vopiscus ait: delegit tamen Senatus & exer-
 citus Tacitum: Foemina enim non suffectura videba-
 tur. compescendo motui Germanorum, qui limitem
 trans Rhenum ruperant, minusque ad reliqua Rei-
 publicæ nutantis munia obeunda. Sed debuerat Ta-
 citus, nisi fallor, æquitatis studio, tunc rebus inte-
 gris, si modò cœlebs erat, Aureliani decessoris sui fi-
 liam vxorem Augustamque adsciscere. Cùmque tot
 rationes atque exempla regia & consiliaria in con-
 clauæ animi sui induxisset Pharamon, nihil aliud po-
 tuit quam æquam, sanctam & prosperam legem sta-
 tuere, fretus potissimum prudentum virorum adsti-
 pulatione, quos arduis in rebus consulere sueuerat.
 Inter quos eminebant quatuor * scribij, libellorum,
 & cognitionum magistri. hi erant Morganus, Egi-
 bus, Solegafus, Atrogatus, in quorum numero om-
 nes autores consensere, quibus curæ fuit res gestas

*Sueton. in
Tiberio,
cap. 11.*

*Dion in
Nerua.*

*in Aure-
liano, &
in Tacito.*

* idem
Adonis
Piemmen-
sis. Dis-
sentit ta-
mē in no-
mine, ut
Gua-
guinus et
Gill. inter
se dissi-
mi-
les.

Francorum perscribere. Et is quidem numerus facit,
 vt institutionem Persarum Regum reminiscar, qui-
 bus pubescentibus Plato refert, quatuor sapientissi-
 mos viros regios pædagogos datos: quorum primus
 Magicam Zoroastris doceret, Deorum cultus, & in-
 stituta regia: secundus, vt omni in vita verax esset:
 tertius, ne vlla cupiditate superaretur, atque ita li-
 ber viueret: quartus, vt impavidus & securus dege-
 ret. Planè Morganus legibus Romanis impensè stu-
 duerat, idque Beryti in Syria, vbi Eudoxium audie-
 rat Anatolij auum, quem Digestorum libris compo-
 nendis Iustinianus Imperator se adhibuisse socium
 laboris & gloriæ prædicat. Tanti verò factus est vul-
 gò Morganus, vt pleræque leges ab ipso nomē ac-
 ceperint, vt Obertus Iurisperitus indicat, legem vo-
 cans Salicam seu Morganaticam, qua vir nobilis &
 potens liberos iustos habens, ita secundò vxorem
 obscuram ducit, ne filij nascituri iura præcipua fa-
 miliæ & clientelæ participent prioribus superstiti-
 bus. Complura fuisse legis Salicæ capita testis est il-
 lustris & exploratæ fidei Carolus Magnus Lögobar-
 dorum victor & legislator, edito titulo de eius legis
 capitibus. Generaliter, inquit, omnes admonemus,
 vt capitula, quæ præterito anno legi Salicæ omnium
 consensu addenda censuimus, iam non vltèrius ca-
 pitula, sed tantum leges dicantur: imò pro legibus
 Salicis teneantur. Atqui à Morgano & Egibo Mor-
 ganegibam, seu, vt exponit Greg. Turonensis, ma-
 tutinum donum, veteres Galli deduxere, pro ca ac-

in Aleib.

*l. 2. c. de
vet. iur.
enucl. §.
qua om-
nia.*

*Cap. unic.
de fil. na-
ris ad
Morgana-
ticam.*

*lib. 3. de
legib. Lög-
obardo-*

*rum. tit.
de capi-
tul. leg.*

*salicæ.
lib. 9. de
gest. Franc.
§. 20.*

Annon.
lib. 3. c. 4. cessione, quam à viro heredibusve eius mulier ultra
 dotem recipit, quæque cessa est Brunichildi Athana-
 hildi Gothorum Principis in Hispania regnantis fi-
 liæ, & Sigiberti Franci Regis vxori, quæ antè Arriana
 labe scedata, Bruna nominabatur, Bruma dicèda ve-
 riùs propter maleficia, quibus se inquinavit, & Frã-
 cos labefecit, donec tristi exitio, tanquam verna
 Reipublice lætitia protereretur. Fuit autem Egibus
 non perinde in iure versatus, sed grauis & seuerus,
 & qui in Pythagora tacendi patientiam non minus
 quam doctrinam commendaret. Solegasus ex Fran-
 conia accitus, cum diu castra frequentasset, & non
 vulgarem militiæ gradum scandisset, ex vulnere fa-
 ctus debilior, iuri operam multam nauavit, Regi cū-
Alian.
li. 2. var.
hist. c. 23. primis gratiofus: non fecus ac Nicodorus. Mantinẽ-
 sis pugil excellentissimus, cū extrema ætate desinere
 aut deficere necesse haberet, legislator euasit, atque i-
 ta plus cōtulit patriæ, quam dū victor in stadio pro-
 clamaretur. Atrogatus Clodione quondam discipu-
 lo, nunc Rege amantissimo, clarus eminensque ha-
 bebatur: quem quò magis ac magis sibi conciliaret,
 Aristotelem de schola Gallica explodendum coti-
 die dicebat, impium prorsus contra Alexandrum
 Magnum discipulum, cuius beneficio varias anima-
 lium rerumque naturas didicerat. Nam inflammatus
Plin. lib.
8. c. 15. Rex cupiditate eas ipsas explorandi, delegata com-
 mentatione Aristoteli summo in omni doctrina vi-
 ro, aliquot milia hominum in totius Asiæ Græciæque
 tractu, quos venatus, aucupium, piscatio, alucariã-
 que

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 325
 que alebant, parere iusserat, vt cum summi Regis de-
 siderio liceret omnibus volumina Aristotelis legen-
 tibus breuiter peregrinari. Sed fertur Aristoteles
 permium indagasse ac inuenisse, demonstrata aqua
 in Nonacri Arcadiæ regione, quæ à vi sua *αυτος υδωρ* *Virr. lib.*
 nominatur: mortifera enim est: nec argenteo æreó- *de archi-*
 ve vlllo vase contineri potest, quin diffiliat & diffi- *tektura 8.*
 petur, sed tantum mulæ vngula. Eaque memoratur *cap. 3.*
 ab Antipatro per Iollam filium perlata ad Alexan-
 drum interficiendum, magna Aristotelis infamia,
 qui id veneni per gelidi docuerat, teste Agnothemii, *Plutar. in*
 qui se id à Rege Antigono audisse affirmabat: Idque *Alexan-*
 tam sibi persuaserat Antoninus Caracallus Impera- *dro, in fi.*
 tor, vt Aristotelicos Philosophos vbique propelle- *xiphili-*
 ret, eorumque sodalitia & commoda auferret, præ- *nus in Ca-*
 fertim Alexandriæ in Ægypto, librosque ipsius ro- *racallo.*
 go damnare non erubesceret. Verum id nulli credi-
 bile fore existimo, vt insidiarum in Regem conscius
 fuerit nobilis Philosophus, quamuis aquam exitia-
 lem detexerit, sciens nihil mali genuisse naturam si-
 ne aliquo bono, nihilque tam presentis esse veneni,
 quod non spectet ad antidotum, si salubribus mi-
 fceatur, vel etiam per seipsum. Inde in Genesi vidit
 Deus quemcumque fecerat, maximè animalia, post
 cælum, terram, aquamque valde bona esse, nulla ve-
 nenata excipiens: vt patet in Aconito, quod fabulæ
 narrant ex spumis Cerberi canis extrahente ab infer-
 ris Hercule natum. Pota in vino hac herba Scorpio- *Dioscor.*
 num ictus innoxij fiunt, & quodlibet aliud venci- *lib. 4. cap.*
 66.

num in homine colluctans trudit: oculorum præterea dolori succurrit. Sed apertam inscitiam atque calumniam Atrogatus in Aristotele arguebat, quod non veritus fuerit asserere Celtas masculorum coitus recepisse, qui tantoperè ab eo abhorrent, ut vel sola nefandi amoris mentione non minus contristentur & verecundentur, quàm delectari palàm solebat Hermia eunucho Aristoteles. In huius itaque pertinax odium, Seruitutem abrogari Atrogatus primū studuit, Regi demonstrans, quàm parum illa regno decoro, & ingenuo nomini Francorum quadraret: quantum etiam naturæ resisteret. Nec tacuit, Peridrum Corinthi imperantem, & Sapientem, non obscura fama habitum, edixisse, ne ciues sibi seruos asciscerent, quibus freti otio indulgere, & insidiis in Principem, facilius possent: Proinde seruitutem à Iuriconsulto probè definitam, ut sit constitutio iuris gentium contra naturam, sed perperam admissam in Republ. Nam etsi originem à bellis accepisset, quia satius videretur seruare bello manuque captos, quàm occidere, vnde Seruos & Mancipia appellata: tamen Francæ humanitati magis conuenire, ut bello superati iure aliquo pignoris tantisper seruentur illæsa libertate, dum seipfos luant, & redimant. *Ridiculum omninò esse Aristotelem, qui secundum naturam esse seruitutem, quæ tota fortunæ debetur, contenderit, & eam non in homine tantum cerni, sed etiam in brutis & rebus inanimis: non tantum quòd homo alius alij imperet, sed etiam quòd ani-*

*lib. 2. Po-
line. c. 7.*

swidas.

*lib. 1. Po-
line. cap.
3. & 4.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 326
mus corporis seruitio utatur, & foeminas viris subesse natura voluerit. Hoc, inquit scitus homo Atrogatus, si verum esset, iam mundus velut ciuitas quædam seruorum constitueretur: cum intra eius conuexam compagem nemo sit, quin alicui natura dictante pareat, propter potentiam, virtutem, ætatem, aut dignitatem. Sed aliud est obsequium, aliud seruitus: aliud Regis maiestatem venerari, aliud horrere ut domini. Nec vxor, quæ viro morem gerit, seruit, sicut nec patri filius, cum illi, à quo vitæ lumen accepit, pietate gratuita obtemperat: Ideoque Deum nunquam liberos seruis præposuisse: & Epicetum Philosophum paupertate & seruitute presum in deliciis habuisse, ut ipse de se in quodam carmine gloriatur: & Phædonem ex cohorte Socratica, cuius nomini Plato librum immortalem De animæ immortalitate dedit. Quare Indi legem tulerunt, ne quisquam seruus fieret, ne scilicet qui iniuria præstarent, honoratiores plerumque essent, sed æquo iure ad omnes fortunæ casus instituerent vitam. Accedit malorum glomus, quæ serui intulere eorum comederunt veriùs quàm canes Actæonis, aut matronas stuprauerunt, aut denique subuertunt Republicas. Inde Locrorum genus velut infame habitum notat Eustathius, quòd eorum, qui habitabant iuxta Crissæum sinum in Eubœa, dominis suis in bellum pro Republ. euntibus dominabus mixti sunt: mox iustam vindictam metuentes, cum

*A. Gell.
lib. 2. cap.
18.*

*Diod. si-
cul. lib. 3.
de antiq.
gest.*

matronis in Hetruriam fugerūt: *σφερίπης αὐτῶν* *σφῆρες ἀνδρῶν*, scelerato ausu, nulla seruorū virtute p̄fando. Ecquem latet Chrysi & Inomai seruorum Gallorum audacia, qui coacta decem milium multitudine, incendiis, rapinis, & cædibus Italiam aliquando concusserunt, demum difficulter oppressi duce Gellio? Spartaci gladiatoris notius est facinus, quàm vt nesciri queat: & Gallorum ac Germanorum fugitiuorum copix auxiliæres, quas prius oppressit Licinius Crassus, idque prudenter, quàm ducem ad caput Silari fluminis castra metantem aggredieretur, alioquin non suffecturus tot veteratorum milibus, qui vndiquaque ad necem liberorum hominum confluebāt: ita vt seruos à Republica exigere, semetipsum sit asserere, & in libertatem vindicare. Sed hæc lex mangonibus permolesta fuit, qui in Gallia quæstum ex seruili merce amplum faciebant, in tam magno numero, vt adhuc Galli vsurpent Pædagij nomen, *ἡ δὲ παιδαγωγία*, id est, à pueris, pro vectigali rei cuiuslibet transectæ, quod Regi penditur. Meminit Seneca Stoicus. Præstringit, inquit, animum apparatus alicuius pædagij, diligentius quàm iam intra latus vestita & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium. Vtuntur eadem voce autores Obertus & Gerardus, qui iura clientele potentiorum ducum & nobilitatis, plebeio vtique sermone persequuntur, & pædagij exactionem ad inclytos viros referunt. Obseruauit tamen eximios quosdam viros longo post tempore in Gallia seruis vsos. Gregor. Turon.

*Paul. O-
ref. lib. 5.
cap. 24.
Flor. Epi-
to. 3. c. 20.*

*lib. 1. de
tranquill.
vire.*

*in usu
Feudor.
tit. Quis
dicatur
Dux,
Marchio.
lib. 4. §.
46. anno
560.*

seribit, Andarchium Felicis Senatoris seruum literis excultum, Virgilio, legibus Theodosij, & calculi ratione apprimè eruditum, atque epistola Sigiberto Regi à Lupo Massiliensium Duce commendatum, nequissima patrasse. Alibi idem refert, ancillam phytone agitata diuinasse, & dominis suis multum lucrulisse, proditis furibus variis: deinde manumissam ad Fredegundem Reginam abiisse. Extat præterea inter Lögobardorum leges Caroli Magni sanctio huiusmodi: Aldiones, vel Aldianę ea lege viuunt in Italia in seruitute dominorum suorum, quæ Fiscalini vel Lidi viuunt in Francia. Antiquata tandem seruitus est paulatim in regno Fræcorum, Pharamonis sanctioni cedens: sicut & acerba multa quæ malo more inoleuerant: ita vt ipsum omnes dicerēt Saturni fœlix seculum instaurasse expers seruitij, & clementiæ atque officij plenissimum. Et quoniam carendo quàm fruendo bona magis agnoscimus, factum est, vt moriente Pharamone, qui tam fortiter mortem tulit, quàm leges tulerat, Galli vehementissimè angerentur: & pro solatio iusta illi sumptuosè facerent, odoribus in aromatis in tantum condita, vt Phœnicis cineres, & tumulum minus pretiosum putares: eò magis, quòd corona & sceptrum cum paludamento regio simul sepulta sunt. quod simplicitati imputat, Vlpianus, & fieri vetat: sed sepulta sunt antiquo ritu. Sozomenus retulit Ioxæ Regis filium eodem luxu conditum à patre in Palestinë uico Caphare, & ne quid deesset magnifici, calceos au-

*lib. 7. §.
44.*

*lib. 3. tit.
qua lege
Aldiones
viuant.*

*l. 14. §. 5. so-
nevis ff.
de reli-
gios.*

*lib. hist.
ecclesiast.
9. cap. 17.*

reos simul appositos, magna eorum, qui fortè repererunt, admiratione. Lycurgus quoque, qui sepulchrorum superstitioni minuendæ studuit, puniceâ vestem & oliuæ folia cum cadaueribus simul componi lege sua permittit, Plutarcho referente. Præstò
In insti- tur. Laco- nicis. fuere Bardi vates, qui funebres versus cantarent: quorum aliqui ad nos mutili peruenere tinearum edacitate: Itaque reticere præstat quàm emittere, ne dubium cuiquam relinquam, an verum sit quod afferam. Sanè præcipuus illorum sensus in eo versabatur, vt Pharamonis nomini consentaneas virtutes dicerent, eumque re vera extitisse Pharum & facem splendidam ad perducendos Gallos securè per medias tenebras, instar excelsæ illius turris, quam in Pharo insula Ægypti Sostratus Regum amicus extruxit insule nomine, nocturno nauium cursui ignes ostendentem: cuius exemplo Franci Pharos appellauere turres quaslibet eundem ad vsum fabricatas: qualis fuit illa in maritima Bononia nauigantibus salutaris à Clodione Rege mox posita, à Carolo Magno impendiò resecta. Nec tantum Phari titulo, sed & Ammonis simul Bardi Pharamonem dignabatur: quia Ægyptij Iouem Ammonem olim appellarent, delubrum in Libya habentem, oraculis excellens. Sed & præclari Philosophi Ammonem & Patrem pro eodem vsurparunt, vt inquit Eustathius. Eò magis miror Paulum Æmilium ausum scribere, Francos Clodione Rege Galliam secundò tentantes, trāsitu Rheni prohibitos, cura Aëtij patricij, atque ab

Annon. li. 4. hist. Franc. ca. 99.

In Dionys. Cosmogr.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 328
 eodem Burgundiones coercitos. Nunquam certè diffitebor, Aëtium Theodosij iunioris Cæsaris militiæ præfectum cum Burgundionibus fines proprias exerentibus conflixisse, ac Gundicarium Regem eorum occidisse, & supplicibus pacem concessisse. Sed nemo inficiabitur eam rem Clodioni commodissimam: quia dum se inuicem Romani & Burgundiones proterebant, Francis serpere longius licebat per Gallias, Senonibus plaudentibus, & Parisiis ad omne obsequium paratissimis, quoad Romani exterminarentur, qui Suefiones, Biturigas, & Aruernos in ditioe adhuc tenebant. Atqui mortuo Pharamone contigit plerosque Germanos trans Rhenum rebellare, necnon Belgarum complures, quorum motus Clodio compressit celeritate incredibili ac felicitate, maximè Cameracum opidum, quod Sabis interfluit, hodie Germanico Imperio parens, & Tornacum Scalde flumine diffusum, quod aliquando rubens & exundans cruore hostium à Clodione perceptorum, eius robur & humanitatem pariter sensit. Fortè enim eques quidam Gallicus sanequàm strenuus & pugnax occurrit Regi victori, & ripam obsequitanti, ac suas copias contrahenti, non ille magis militari sagulo versicolore decorus, quàm hostili sanguine. Verùm equo præ vulnere cespitanti insidebat, cuius ceruici humana duo capita illigauerat, domum ea referens figenda postibus, vt spectaculo simul & honori essent, vsitato Gallorum more, què Strabo commemorat, & quem in desuetudinem

P. Diacon. li. 14. rer. Roman. anno 438.

Annon. lib. 1. cap. 5. & Nic. Gill. in Clodione.

lib. 4. Geograph.

abire Rex coëgit, collaudato multum equite: deinde mediocriter increpito, quòd virtutem bellicam crudelitate inficeret, nec fortunæ volubilitatem consideraret. Scitum namque est illud Publij Syri,

seneca in
lib. de cō-
sol. ad
Martiā,
cap. 9.

Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.

Ita perfecit Clodio, vt omnibus esset amabilis, quòd in pace mitis, in bello fortunatus, vtrobique summam moderationē teneret. Lætitia indulgere Galli, & triumphos quosdam tenues decreuere, ouantes interim victis Cameracensibus & Tornaco, perinde atque in posterum serio triumphaturi erant, cum vltimam Germaniam dabitur peruadere, aut Vasconiam indomitam. Quin & paucas Romanorum turmas ad Mosellæ ripam & Metensem ciuitatem dissipasse (iam tum Romano declinante Imperio, pudet dicere) pluris faciebant, quàm longè vltra Alpes Padum bibere, & Italiam rursus docere superari. Ceterum in ipsa Regni infantia magnum videbatur adultos & numero potiores hostes debellasse: præsertim cum constet Clodioni non plus quàm viginti hominum milia tunc in armis adfuisse, vt intelligi posset instructus exercitus magis quàm grandis, ne propria multitudine, non aliena virtute deprimeretur: vt accidit Xerxis Regis Persarum copiis infinitis, quibus Chidorus fluuius mediocriter sitientibus decoxit, ac defecit. Contrà Alexander, qui mundum totum fragore & laude sua impleuit, peditum vltra milia triginta, equitum ad tria milia, vix habuit, quo primùm tempore expeditionem in Persas suscepit. Exhaustæ

Diod. sicul. lib. de
gest. Alexand.

verò

verò fuerant, vel extenuatæ Francorum copiarum crebris præliis, ac præsidiiis passim relictis in illis regionibus, quas nuperrimè subegerant. Nam in firmanda Belgica & Transrhenano limite multus miles defiderabatur. Atqui Clodio data operata cohortes præsidio disposuerat, vt Gallicæ in Germania ac Thoringia excubarent, Francæ autem ac Germanicæ in Gallia, quòd veluti mutuis obsidibus obligatæ ac firmatæ, fidioliores redderentur: hisque præfecerat Meroueam * necessarium suum, virum bellicosum, & iugis pugnae audum: qui que Clodionem ad ciuilia officia animum traducendum pro ciuium tranquillitate, ad prolatandos regni fines denuò prouocaret, pace ignauos & industrios æquè regi dicens, ac ostendens Romanos post primum Punicum bellum armorum defuetudine ad eòdè eneruatos, vt secundo bello Hannibali pares esse nequuerint decurso xxxiii. annorum circulo: denique tutius ac vilius suos exercere armis, quàm exteros conducere, cum martius calor domi refrixerit.

MEROVEVM, quoniam Rex tertius Francorum fuit, nonnulli Clodionis filium fuisse existimant: alij agnatione proximum, quibus assentior: sicut & excuso eos, qui filium putauerunt, non malè ratione, quia filiam Clodionis sibi despondit: & veteres, sicut nunc vulgus, generos filij dulciore nomine dignabantur. Qui enim bonum nactus est generum, vt ait Democritus, filium inuenit: qui materiam, filiam simul perdidit. Et focerum parentis loci

* Aliis
hic dicitur
Macro-
nem.

Raphael
Volat. lib.

3. Geogr.

et Ioan.

Mar. lib.

3. Illustr.

contra Tri-

ron. et

Ammon.

atque Cui-

minus in

Carolo

viii. c. 54

stob. ser-

mon. 68.

in fi.

l. 17. ff. *sol. matr.* obtinere, eademque obseruantia colendum Pomponio Iurisconsulto placuit. Plerumque etiam is qui grandis natu est, habetur patris vice. Sic D. Paulus Timotheum discipulum vocauit filium sibi predilectum. Quinetiam in quadam Epistola ad Clodouicum Regem Francum, à Meroueo secundum, Theodoricus Rex Ostrogotus pacis conciliandæ arbiter, cum comiter monet, atque obsecrat, ne diutius beligerare pergat cum Alarico Visigotorum Principe, genero suo, quem tamen filium suum ipse nominat. Iure patris, inquit, vobis interminor, & amantis, teste Cassiodoro, apud quem Clodoueus vocatur Luduis. Ceterum recentiorum autorum aliquis perperam tradidit, Merouicum Clodioni liberis, Auberoni, Renautio, & Rancharo, quorum rem administrandam curator susceperat, regnum extorsisse, atque in Belgicam regnatum exutos amandasse. Sed profecto Clodioni marem filium neminem superstitem comperio, iusta coniuge editum, quem circumscribere Meroueus aut voluerit, aut potuerit, nondum bene stabilito Imperio, armis & æquitate circa primordia tam prudenter fulciendo, quam ipse studuerit: Ideoque omnibus populariter charus, atque ita venerandus, vt ab ipso posteri Reges Merouingi in Francia appellari cœperint, indicio manifesto raræ virtutis: idque non modo Adonis, sed etiam Eginhartus, alique probioris notæ scriptores, annotarunt. Neque plausibilius aliud cognomen vique ad Carolum Magnum vsitatum accepimus: sicut

l. 1. 3. Var. *Lessoni.*

N. Gill. 1. *volum. in Clodione & in Meroueo.*

Adrien. *in Gataste, & Eginhartus in Carolo Magno, in princ.*

Candaules Myrsi filius, quem Gyges vita regnoque spoliavit: & priores Sardiū Reges, teste Herodoto, Heraclidæ nominati fuere, oriundi ab Alceō Herculis filio, & Cæsares Romani à Iulio notiores sunt, quàm vt egeant commemorari. Meroueo certe auget probitatis famam atque iustitiæ necatus filius, iustissimas vtique ob causas, ne quis ipsi diritatem in alienos falso exprobrat liberos, vel in suos inauditam sæuitiam nullis sultam rationibus: quales nec Posthumius Tiburtus, nec T. Manlius Torquatus olim habuere. Illi enim filios morte multarunt propter violatam disciplinam castrorum: & morientes duplici vultu eos aspexere, publicè specioso, priuatim lugubri, vt proprio dolore sancirent pugnantur leges. Posthumius quidem Dictator, quia Aulus filius iniussus præsidii egressus hostes fuderat, victorem audacem cædi securi iussit: at Torquatus itidem Latino bello Cos. filium à Metio Tusculanorum Duce prouocatum, & fortè detrectandæ pugne pudore incensum, ac spolia referentem, mactari à lictore mandauit: iure forsitan, cum, teste Paulo Iurisconsulto, parentibus Romanis antiquior esset disciplina militaris charitate liberorum. Et Modestinus alibi: In bello, inquit, qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandatam non seruauit, capite puniatur, etiamsi res bene cesserit. Atqui Gelaor Merouici filius in patrem contumax, in ciues procax, in omnes superbus & iniurius, pudicis matronis vim intulerat, patres & maritos terruerat, cæciderat, fœdera

ros ac amicos Franci nominis læcesserat. Nam nec Gillius negat Armoricum Curio solitum Regem innoxium, dum redit ab epulo solemni, insidiosè trucidatum. Quocirca fatius fuit iustum Meroucum carere filio, quàm regnum tenerum adhuc, iustitiæ & feueritatis exemplo: quippè cùm regnum Francorum vixdum ageret annum trigessimum octauum. Nec innotum est Tarquinium Superbum Regem septimum Roma exactum, & ignominia summa vita functum Cumis, propter stuprum Lucretiæ à filio illatum. Cùmque ex amicissimis aulicis quispiã obicisset Merouco Lucium Gellium Censorem Rom. qui filio nouercam sollicitanti, & præterea parricidium meditati, ac propemodum conuictò, ignouisset, & in reatu constitutum absolui diligentissimè curasset: Ille, inquit, boni patris functus est officio, ego boni Ducis: qui debellare hostes didici, & socios honorificè tractare, eorùmque vlcisci iniurias. Didicerat autem optimè militum licentiam coercere, inquiens Principem irritare milites, quos non castigat: asper in eos potissimùm, qui præruptam seditionem concitassent, ita vt capite puniret, vel vt minimùm exautoraret. Multò magis eos, qui in acie primi fugam instituisent, & turpiter mori in tentorio, quàm honestè pugnare in prælio maluisent. Nonnunquam in leuiore desidia vel lasciuiam militiæ mutatione plectebat, vt equites ad peditatum redirentur, pedites ad leuem armaturam, quoad singuli postmodum spolia ex hostibus retulissent. Per

vinum lapfos de gradu pellebat, licet Iurisconsultus ^{l. omne. §.} cum ipsis nuda militiæ mutatione transigat: quòd ^{per vini.} qui meracius & amplius biberint, audaciùs loquan- ^{ff. de re milit.} tur, & secreta regia & castrensia facilè referent: vt verè Theognis dixerit, Aurum igni, hominis ingenium vino detegi ac deprehendi. Dicebat sæpè feuerum se vocari nihil pudere, modò alios mäsuetiores cerneret: non aliter atque Cotys Rex Thracum, cui cùm amicorum aliquis dixisset, Istud non regnum, sed ^{stob. ser-} furor est: respondit, ^{mon. 4.6.} αὐτὴν μανίαν τῶν ἀρχαίων ἀσφραγισ- ^{de regno.} ται. id est, Meus hic furor subditos temperantes facit. Ita elusit eos, qui pro Merouco se Neroneum vocabant, absentem videlicet, præsertim ex albo iudicum plures, quorum ambitum & venalia decreta malè oderat, ac multabat: ne aduersus hostes exteros tantùm, sed etiam aduersus domesticos pugnaret: adeò vt vnum ex illis curia mouerit vnam ob causam, quòd repenti locupletatus esset, & se ex alienis malis beasset: id est, ex iurgiis forensibus, quæ protelare studuisse ferebatur. Nam & Demades Athenis eum, qui necessaria funeribus venditabat, dānauit, cùm probaretur magnum optasse lucrum ac fecisse, quod sine multorum morte contingere non poterat. Breui proculdubiò futurum erat, vt Meroueus omnem Reipublice labem depelleret, nisi intra primum gloriæ limen concidisset bello, quod magnis animis & copiis, maioribus ducibus, contra Attilam Hunnorum Regem atrocissimè gestum est: quodque Meroucum à legibus ad arma traduxit.

Rosarium Ludouici xi. anno 448. Supplendæ enim Salicæ legi incumbere, quæ exigente necessitate amplificanda videbatur, producto indies regni limite, & experimento ipsum docente, armis quæri vrbes & ditiones, sed legibus gubernari. Sed aduentante Attila nemo fuit eorum Principum, qui in Gallia vsquam dominarentur, quin sibi valde metueret, & vndique exercitum colligeret, atque agricolas à vomere ad gladium conuocaret: Potissimum Aëtius Theodosij iunioris Arcadio

P. Diacon. lib. 14. in Theodos. & Turonensis lib. 2. §. 8. sed Iornandes in Mæsia natum ait Aëtium. geniti magister militiæ, atque Valentiniani Cæsaris, tamen ab ea dignitate deiectus paulò antè fuerat à Bonifacio, qui prodita Vandalis Africa in urbem redierat, & Aëtium rus secedere coegerat, Ducem profectò de re Romana benè meritum, Gaudentio patre Scythico, matre Itala pernobili satum, periculorum ac famis tolerantia spectatum, pacis & belli artibus percelebrem: & qui defuncto Bonifacio pristinum munus plaudente populo integravit. Is postquam audiuit Attilam exercitum infinitè multitudinis ductare in Gallias, obuandum maturè putavit: & vt ipse dicere solebat, enitendum, vt Alastores seu mali genij procul ferro exterminarentur. alludens ad naturam Umbrarum & Dæmonum, qui gladium e ductum timent & minas, vt Pfellus ait: ac præterea scitè alludens ad originem decantatam Hunnorum* ad Dæmones referendam. Nam cum Filimer Rex Gothorum post egressum Scæziæ infulset terram Scythicam ingressus, reperisset mulieres quasdam magas malefica arte populum vexare, longè fugatas adegit

*in lib. de demonib. §. sed queritur. * Chunos vocat siodonius & Turon.*

in solitudinem, vbi spurci ac vagi spiritus in complexum suum eas illexere, humanæ figuræ, sed inhumanæ prorsus mentis & impietatis supremæ edituri sobolem, nempè Hunnos, rapto & venatu aliquos: qui dum in Mæotidis paludis ripa Ceruam agerent, tantum de præda solliciti, quantum illa de salute, cursu insecuti pertinaciter, ad vltiorem ripam deuenere Scythiæ fertilioris cultui aptissimè: vnde bello Gothos expulerunt, & populabundi paulatim finitimos infestauerunt: & tanquam gentium turbine, nigra & torua facie, aspectu truci, horribili voce, ac ore studiose foedato, cunctos homines terruerunt. Nam, Iornade autore, matres genas ferro maribus secabant adhuc lactentibus, & in vagientes sæuiebant, vt vulnera perpeti iam in cunis discerent, & ephebi sine venustate apparerent, & senescerent imberbes, ad equitandum & iaculandum promptissimi, alacres & sæui: vt aëriam demonum foeturam possis agnoscere. Fabulosum putarem, nisi *Iornandes in lib. rer. Getic. 37. Lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 23.* D. Augustinus Syluanos & Faunos, agrestia veterum numina, improbos extitisse mulieribus, appetisse & peregisse concubitus retulisset: & dæmones quosdam, quos, inquit, Dufios Galli nuncupant, eadem cupidine inquinatos pro comperto haberetur. Itaque natiua Hunnorum feritas Reges alios inter se coire, alioquin insensissimos, impulit, & ad commune malum propulsandum concordibus armis accelerare. Iam enim auditum erat Attilam cum fratre Bleda Daciam & Pannonias subiugasse post Mysiam

& Thraciam : mox Bledam imperij consortem dolo peremisse : ac tanquam hac victima diis inferis litasset, animum ad Occidentis regna subuertenda conuertisse, fretum variarum gentium multitudine, fortuna spirante : ita vt opinione citius Germaniam transisset, priusquam in Gallia militum delectus fieret.

*Et iam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos se, Belga, tuos: vix liquerat Alpes
Aëtius, tenue & rarum sine milite ducens*

Robur, vt ait Sidonius. Sperabat

lib. Car-
minum,
cap. 7.

enim Aëtius Gothos in Gallia iam pridem degentes, vel Francos non defore. Iornandes tradit Valentinianum Augustum legationem direxisse ad Theodericum Gothorum Regem, vt aduersus communem hostem, qui causas belli nullas quæreret, sed si quid collibuisse, haberet pro legitimo, vires conferre non pigeret. Postquam exorauere Romani vltro assentientes Gothos, hi à Francis Armoricis, Burgundionibus & Saxonibus auxiliariis mirifica obtinere protinus subsidia, Meroueo, cui Attila proximus impendebat, societatem aduersus hostem terribilissimam Reipublicæ, vel naturæ potius, ratam habente, ea lege, vt Romani, Gothi, Francique, bellum vnanimes gererent, nec pro arbitrio vlli dissoluere liceret. Quamcumque oram urbemve antea habuissent, ea cuiusque maneto. Qui à quoquam eorum defecissent, hi hostes omnium sunt. Socios discriminis vt clientes proprios quilibet habeto. Manubias &

parta

parta opida ex æquo partitor. Adde, Inter bonos bene agier, si modò vlla sancta societas aut fides regni est. quod Ennius non admisit. Nam, inquit M. Tullius, quicquid eiusmodi est, in quo non possunt plures excellere, in eo plerumque fit tanta contentio, vt difficillimum sit sanctam seruare societatem: vt modò Attilæ nefaria cupiditas Bleda fratre mactato declarauit, propter eum quem sibi finxerat victis tot nationibus Principatum: ita vt Galliam tantum domare cuperet, quò sine cunctatione Italia potiretur. Et quia nouerat Aurelianum opidum ad Ligerim fluium munimentis & præsidio abundare, vt erat consiliorum exquisitor, eò vt se opportunè reciperet, oppugnationem instituere decreuit, castrametatus tertio à muris lapide, expectans vt Aurelianeses vel se dederent, vel certè noctu profugerent per pontem opido coniunctum: sicuti olim euenerat obsidente Iulio Cæsare, qui Genabum vocat, quod Aurelianum vel Aurelia deinde nominari incœpit ab Aureliano Imperatore Romano, qui in Gallia claras res gessit, eam pacauit, Tetricum tyrannum fregit: de eo, chlamyde coccinea, braccis Gallicis ornato, iuncto filio, quem Imperatorè in Gallia nuncupauerat, triumphauit, * si Fla. Vopisco assentimur. Quo fit, ne putem de hac Aurelia locutum Celsum filium Iurisconsultum, respondentem legatum à testatore factum sine præfinitione certæ pecuniæ Reip. Gallicanorum in tutelam viæ rescindendæ, quæ, inquit, est in colonia eorum vsque ad viam:

PP

lib. 7. de
bell. Gall.

* Anno
276. in
Chronica
D. Hiero.
2^m Aure-
liano.

l. 30. ff. de legat. lib. 2.
 Aureliam, officio iudicis iuxta defuncti facultates
 definiri. Multis enim antè annis Celsus vterque flo-
 ruerat sub Hadriano. Sed Gallia Aurelia & Æmilia
 à Romanis ducibus nomen habens, vt M. Cato scri-
 bit, in Italia est à Parma ad Bononiam, si C. Sempro-
 nium sequamur: Inde Flaminia ad Rubiconem vs-
 que annem: ex eo ad Anconam Senonum Gallia to-
 gata. Et Diuus Antoninus Pius: Ab vrbe, inquit, in
 Gallias itur itineribus sex, maritimo, littoreo, Au-
 reliano, Cassiano, Tyberino, Flaminio. Aurelia
 Francorum agri bonitate commendatur, vini pal-
 mam ferente, & lini artificio, & mercimoniis, nec-
 non Academie iuri enarrando addictæ nonnulla
 gloria, postquam Philippo Pulchro Regi ipsam pro
 adolescentum disciplina placuit eiusdem * institu-
 tio, vrgente Clemente quinto Pontifice Rom. non
 tantum de sua Vasconia, sed etiam de reliqua Gallia
 illustranda sollicito: adeò permagni interest Anti-
 stitem industrium nancisci: Quod quidem apertif-
 simè demonstrauit Anianus Aurelie Episcopus, san-
 ctimonia & constantia conspicuus, obsessos ab Atti-
 la ciues consolans & corroborans, metuentes alio-
 quin ignauissimo mortis genere fame tabescere, aut
 ad deditiõnem impelli. Iam enim gloriabatur Attila
 de victoria locatus in Aurelianos, quos dicebat satis
 astutos, qui se moenibus suis inclusissent, quò simul fa-
 cilius inuoluti caperentur. Atqui Anianus, Ne for-
 midate, inquit, feram illam ab Aquilone progres-
 sam, omnis religionis & humanitatis expertem. Ora-

* Anno
 Christi
 1312. Ni-
 col. Gil-
 lum.

te Christum obnixè pietatis & defensionis totius o-
 pificem: promptum sentietis auxilium. Iam secun-
 dò Deum fatigasse obsecrando sibi videbantur, &
 planctu ac ciulatu vrbem impleffe, ludificari se par-
 tim existimantes, cum exerto capite de muris pro-
 spexere, horrante Aniano, excitatam de terrâ pulue-
 ris nebulam, Actio & Theoderico magna vi opitula-
 turis properantibus. Quæ res adegit trepidos ciues
 letari, bene sperare, Deo immortali gratias agere, &
 Attilam tormenta bellica transferre, ac soluere ob-
 sidionem, & discessum fugæ non dissimilem facere.
 Apollinaris Sidonius in quadam Epistola ad Prospe-
 rum Pontificem, se cœpisse aliquando scribere Atti-
 læ bellum tradit, sed mole operis succubuisse, & A-
 niani iustum preconiũ, quem Germano ac Lupo
 sanctissimis comparat, quo videlicet, inquit, Aure-
 lianensis vrbis obsidio, oppugnatio, irruptio, nec
 direptio, & illa vulgata exauditi cœlitus sacerdotis
 vaticinatio continebatur. Enimuerò Attila valde
 obstupuit, præsertim allato nuncio de aduentu Me-
 rouei insigni cum Francorum manu, & equitatu le-
 ctissimo: qui iunctus Romanis & Gothis, quascun-
 que in oras Attilam sequi constituerat, dum confi-
 gere daretur, & acceptam vlscisci iniuriam: quippè
 cum Attila Belgicas & Francas opes mirum in mo-
 dum attriuisset. Quod postquam rescieuit Attila,
 præter solitum metu percussus, super futurorum
 euentu ariolos & extispices anxie consuluit: qui ex-
 ploratis pecorum fibris sinistra Hunnis portendi

Græc. Tri-
 ronensis
 lib. 2. §. 7.

lib. 8. E-
 pistol. c. 13

Norman.
in lib. rer.
Geticarū.

nunciauere. Hoc tantum prædixere solatij, quod summus exercitus aduersi Dux in prælio occumberet: qualem Aëtium Attila coniectabat, iam ex fugiendi difficultate pugnandi sumens audaciam, imò extremam sæuitiam. Itaque colliculum conscendens milites suos lustrauit, & numeris perspectis se collegit, nihil utique erubescens tot & tandiu elaboratos homines momento perdendos obiicere. Nec saltem Xerxem Regem æmulatus est, qui iuxta Abydum è tumulto quodam prospiciens terrestres suas cõpias & classem, quibus litorea & mare penè absconderat, se beatum iactauit apud Artabanum patruum: mox illachrymauit, humanæ vitæ breuitatis memor, & miseratione hominum præstantium, quorum, inquit, cum tot sint numero, nemo ad centesimum annum supererit. Cæterum ex pumice facilius quàm ex Attila lachrymam extudisses: etsi frustra se pugnam commissurum præsumeret, suos ita allocutus. Si quicquam à natura melius aut dulcius tributum esset, quàm animum vindicta satiare, aut si eos, qui bella inferunt, timidos esse deceret, Milites, multa oratione vos ad proximum certamen inflammarem. Sed cum vos non bellare tantum, sed etiam superare consueti, huius belli rationem & noueritis, & approbaueritis, vobis in laudis & lucri stadio sponte currentibus calcar non addam: ut qui duce me à Mæotide vltima ad hanc vsque regionem totius Galliæ fertilissimam victores penetrastis, quam ij, qui pauoris indicio focij ex inimicissimis inuicem

Herodot.
lib. 7.

facti iniuste occupant: nec tamen verentur causas inferendi belli à nobis exigere: quasi verò Gothos ab Hunnis ut degeneres quondam ciectos Deus aliquis huc pellexerit, aut Romanos pastore Romulo progenitore superbos, aut denique Francos nuper infitos, armorum pretio & elegantia veriùs quàm ipsis armis claros. Sed profectò natura viris fortissimis ut cælum & solem, sic terras sine delectu aperuit. Et nisi virtuti vestræ fortuna inuiderit, & si quis vestrum Attila pugnanter nihil temerè didicerit, spero fore, ut aut breui Europa, nedum Gallia potiamini, aut certè hostibus admodum luctuosam victoriam relinquatis. Posthæc circa horam diei nonam Catalaunicis* in campis aciem disposuit quingentis* ^{Hi capi ab vrbe Tolosâ distant vij leucis.} hominum milibus compactam, quos Maurij quoque campos appellatos Iornandes refert, longos centum leugas, inquit, latos LXX. Leugam verò Gallicè ^{vulgò les Catalens.} metitur mille & quingentis passibus. Leucas scribit ^{lib. rer. Getic.} Ammianus, sicut vulgò, Græca origine, quod albis ^{lib. 15. et 16 rerum gestarum.} lapidibus primum signatæ fuerint: atque Leucam quartam & decimam x x i. milia passuum continere Galla dimensione. Nobilitat eiusmodi campos non planities illa fatalis & bello præstinata memorabili tantummodò, sed etiam Tolosæ vrbis propinquitas, in qua sedem regiam Gothus elegerat. Non de- ^{* A Chalons en Cham-paigne.} fuere tamen, qui eos aliò * transportare voluerint, & penè auellere prodigiosa audacia, sicuti Vectij Marcelli equitis Rom. oliuetum viam publicam transgressum, & in locum aruorum translatum suo æuo ^{lib. 3. 11.}

lib. 17. nat. hist. cap. 25. et A. Gell. lib. 11. ca. 18. l. 38 ff. de usufr. cap. Plinius prodidit, Et Sabinus non mouentium tantum, sed fundi quoque atque ædiū furtum fieri existimauit. Cuius sententia nisi exhibita esset à recentibus Iuriscōsultis, furti agerem in illos, qui camptis tantæ pugne ac cladis conscios & testes committio scripto in Burgundiam traduxissent. Certè Iornandes perspicuè hos Tolosa non procul distitos innuit. Thorismundus, inquit, Theoderico patre mortuo in campis statim Catalaunicis, vbi & pugnauerat, regia maiestate subuectus Tolosam ingreditur. Hic licet fratrum & fortium turba gauderet, sic tamen sua initia moderatus est, vt nullius reperiret de regni successione certamen. hæc ille. Ceterum expedit scire aduersus Attilam ita instructam fuisse aciem in sinistra parte campi patentis, vt dextrum cornu Theodericus cum Thorismundo filio & Visigothis tueretur: læuum Aëtius cum Romanis: medium creditum est Meroueo cum Francis ac Burgundionibus, aliisque auxiliariis, necnon Sangibano Alanorum Rege, quem Iornandes aliquando nutasse, & in Attilam propensorem notat. Proinde summam Meroueo inter triarios celsisse accipi: licet hic autor, aliàs non pœnitendus, Merouei non meminerit, eò quòd Gothus Gothis fauisse deprehenditur, sicque enarrasse vaticinium, quod Attilæ datum memorauit: nimirum fore vt præcipuus aduersariorum suorum in conflictu intercideret. quod Attila de Aëtio Valentiniani Cæsaris legato perperam interpretatus est, Iornandes de Gotho illo Theoderico

Niceph. lib. 14. hist. cap. 57. ubi tamē quaedam vana affert de morte Attilæ. Rege: qui quanquam sagitta ictus ceciderit, & Tolosam elatus ad sepulturam impendiò fuerit, exitus tamen patefecit Regem Francorum maximum accipi debuisse: vt potè cuius liberi paulò post Gallias Romanis ac Gothis iusto Marte extorserunt. Sed & ipse Meroueus in ineundis bellis consultissimus, in exequendis manu promptus, priusquam fato cederet, ea gessit, quæ illius memoriam deleri obliuione non sinent. Confirmatis oratione Francis, ne feram illam Scythicam formidarent, & animaduertent crudelitatem à mera fortitudine non parum discrepare; confestim signa canere iussit. Tunc concursus est maximis clamoribus & viribus. Romani pristinae virtutis memores acriter instabant: sed visagittariorum pedites malè afficiebantur ab Hunnicis arcu pollentibus. Queritur alicubi Vegetius, anti-*Lib. 1. de re milit. cap. 20.* quæ consuetudini derogatum, quæ ab Vrbe condita ad tempora Gratiani, peditatum galea & exili saltem lorica armatum retinuerat. Post, inquit, licet exemplo Gothorum, Alanorum, Hunnorumque equitum arma profecerint; pedites tamen constat esse nudatos, & sæpè deletos multitudine sagittarum. Romani proculdubio inermes expositi ferè ad vulnera, de fuga, non de pugna cogitare videbantur, nisi subuenisset Aëtius in prima acie versatus, laborantibus succurrens: maximè postquam Theodericum præuolantem mortiferè faucium aspexit. Tum Meroueus boni Imperatoris & interriti militis munia simul obibat, exclamans, in præliis plus impè-

dere periculi iis, qui metuunt, quàm pugnacibus, quorum labori vel ingens gaudium, vel eximium decus superstes manet. Fuiſſet profectò ea dies Atti- læ ſuprema, niſi moram mucroni clypeus argenteus feciſſet, & niſi nocteſcere iam incœpiſſet, Hunni funditùs interituri reflante fortuna credebantur: nò impunè tamen. Nam vtrinque CLXXII. milia * cęſa re-
 * Paul.
 Diacorum
 ponit
 CLXXX.
 milia.
 feruntur: quorum ſanguine præterlabens riuulus ad eò increuit, vt cadauera ſecum prouolueret, & ſi-
 tientes ſatiaret miſto cruore, quem fuderant. Poſtri-
 die lux detexit ſtragem infinitam Francis mœrenti-
 bus, quòd victores Regi ſupereſſe ſuo cogerentur, cui nunquam defuerant: eò magis, quòd inueſtigã-
 tes ipſum, nuſquam reperiebant, attoniti ac triſtes fundebant lachrymas, ſed quales viris fortibus im-
 pendi ſolent: eò præfertim, quòd in omnem vitam probroſum putabant Principe mortuo in acie ſolem
 aſpicere, vt & Germani antiquiores, teſte Corn. Ta-
 cito. Sua quoque fortia facta eius glorię aſſignare præcipuum ſacramentum habebatur, ſicut & Princi-
 pi virtute ſuperari erat indecorum. Inde ſeges diſ-
 cordiæ immodicę inter autores: quòd alij rediſſe incolumem à prælio Meroueam tradidere: alij con-
 trà vel cecidiſſe, vel euaniſſe. Alij dubitauere, ne ouas à victoria à Romanis opaca nocte clam occiſus
 fuerit: ſicuti diu de Theoderico Rege dubitatum ex-
 titit, an deiectus equo, ſuorum pedibus conculca-
 tus ſenex perierit, an Andagis Oſtrogothi telo. Ve-
 rum Romanos in ſuſpicionem trahebat, quòd Fran-
 cis

lib. de mo-
 rib. Ger-
 manor.

Raph. No-
 laterr. lib.
 3. Geogr.

Tornandes
 lib. rerum
 Gene.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 337
 cis malè cuperent, radicem in Gallia latè agentibus: quodque Auitus, qui primum pilum in exercitu Aëtij gerebat, & Aquilæ præerat, & quatuor centuriis principum militum, perfricta fronte deierabat vidiffe ſe Meroueam Hæſperi radiis velut per igneam funem in æthera rapi. Quo genere fuci Iulius Proculus vſus fertur, cum Romulus Capræ iuxta paludem exercitum recensens non ampliùs comparuiſſet. Firmavit enim iurciurando, Romulum à ſe in colle Quirinali viſum auguſtioris forma, & ad Deos abeuntem præcepſiſſe, vti à ſeditione abſtinerent, virtutem colerent:

Et dixiſſe ſimul, Prohibe lugere Quirites,

Ne violent lachrymis numina noſtra ſuis.

Ouid. 2.
 Faſtor.

Renuncianti habita fides, & lenitum deſiderium populi ſuſpicantis id, quod acciderat, Regem à Patri- bus membratim diſcerptum interiſſe. Manauit etiã fama non obſcura, occultatum corpus Merouei pro-
 T. Liuius
 lib. I.
 pter ſingulare armorum decus, & aurum fabrè factum, cuius execranda fames non hoſtes modò, ſed etiam ſocios ad prædam inuitat. Romani tamen oſ-
 ſublinere perrexerunt Francis amore Regis incenſis, ac ſuadere cœleſtem aditum, Childerico * eius filio *
 Ami-
 lia hunc
 etiam in
 acie fuiſſe
 ſcribit.
 Nam & Liuia Numenio Attico decies feſtertiùm dono dedit, quia iurauerat vidiffe ſe Auguſtum in
 cœlum aſcendentem. Propterea decretum à Senatu ſacrarium Auguſto, à Liuia Drufilla vxore factum.
 Dio. Caſſ.
 lib. 56.
 Æneam quoque Halicarnæſcus ſcripſit regnò Lati-

lib. 1. ni soceri potentem, bello laceffitum denuò à Rutilis & Mezentio Tyrrheno, pugnatúmque vtrinque acriter multis desideratis: corpus Æncæ frustra quesitum, eique facellum dicatum hac inscriptione,
 PATRI DEO INDIGETI, QUI NVMICI AMNIS VNDAS TEMPERAT. Forfan enim necatum demerferant in profluentem, vt vulgò creditum aliquando accepi. Sic Meroueo monumentum honorarium Franci dicauerunt cum elogio cõpendiario pugnæ pridianæ. Prisci enim heroës plurimi faciebant religiosi saxis sua nomina inscribi legenda posteris: Idque Homericus Hector valde contendit, depugnaturus cum Aiace, vt si fortè vincat, aut vincatur, tumulus prætereuntes admoneat, virum impigrum ibidem quiescere. tametsi M. Tullius in lib. 2. de gloria, manifesto non magnæ rei errore, ad Aiacem Hectoris sententiam transcripserit.

Ant. Gell.
 lib. 15.
 cap. 6.

*Hic situs est, vitæ iam pridem lumina linqvens,
 Qui quondam Heëtoreo percussus concidit ense.
 Fabitur hoc aliquis: mea semper gloria viuet.*

Cic. lib. 2.
 de legib.

Plutarch.
 in insi-
 tut. Lac-
 nicis.

Plato vetuit è lapide sepulchrum excitari amplius, quàm quod capiat laudem mortui incisam quatuor versibus heroicis, quos Longos Ennius appellauit. Lycurgus paulò seuerior Spartæ sustulit inscriptiones monumentorum, præterquàm eorum qui in bello cecidissent. Vbi verò fuerit Merouei cenotaphium, nondum comperi. Quibusdam placet in opido Engolisimensi, vbi postea Theodobertus Childerici Tetrarchæ filius, à Sigiberti patru sui ducibus

occisus in prælio, armis regiis exutus, exanimis & nudus, Arnulphi miseratione & opera conditus legitur. Verùm vetustas nihil inuiolatum finit, & mar-
 mora temporis dentibus pereduntur. Eruditæ char-
 tæ se tantùm ab eius violentia asserunt, nisi per incuriam euanescent. Frustra aliquot carminum ad nos peruenere ad hoc spectantium: quale est illud,

*Turonens.
 lib. 4. de
 gest. Franc.
 §. 50.*

Est cælum, MEROVEV Rex, tibi pro tumulo.

Et rursus:

Attila torue fugam tu rapis, ille polum.

Sed hoc quidam ad Theodericum referre maluere, vt & illud:

Heu victor periiit.

Non enim deerant tunc Gallis poëtæ celebres, qui Aëtio gratularentur, & Childerico Franco, atque Thorismundo Gothorum Regi, fugatum Attilam: quorum meminit Sidonius, maximè illius perdocti, qui

*Lib. Car-
 minum,
 cap. 9.*

*Natales puer horruit Cadurcos,
 Plus Pandionias amans Athenas,
 Cuius si varium legas poëma,
 Tum Phæbum vel Hyantias puellas
 Potatò madidas ab Hippocrene:
 Tunc Amphiona, filiumque Maiæ,
 Tunc vatem Rhodopeium sonare
 Collato modulamine arbitreris.*

Ac mox:

*O dignissime Quintianus alter,
 Spernens qui Ligurum solum & penates,
 Mutato lare Gallias amasti:
 Inter classica signa, pila, turmas,*

Laudans Aëtium.

Planè nec hi Reges, qui pro patria in bello occubissent, & subditis suis securitatem, hostibus metum & iacturam reliquissent, laudatione fraudandi veniebant: & denique qui vel suo sanguine hostium elicuerunt, vel suis vincendi ansam præbuerunt. ut Codrus, qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio: quòd oraculum erat datum, si Rex interficeretur, victrices Athenas fore. Interficitur enim ab eo, quem astu falce vulnerarat. Huius filius Medon, non Rex, sed Archon Athenis esse cœpit tantæ dignationis, ut posteri Medontidæ appellati sint, ut dicit Velleius Paterculus. Insuper Clodamirus Clodouei filius, Aurelianensium Regulus, à Godomaro Burgundo, quem bello lacepsierat, Clotildis matris sua su, per dolum cæsus, dum agmen hostile pro suo subit. Ita Francos inflammavit sublime Regis caput in haste acie suspicientes, ut ira extimulante Godomarum profigauerint. Sed præterea recentior est Gallorum victoria, quàm ut causari obliuionem possimus, apud Rauennam contra Iulium Pontificem & Venetos parata, ac redempta morte Vastonis Fuxensis præfecti militiæ Ludouici XII. Regis. * Proinde Aëtius diluculo comiter affatus Francos pro Meroueo plagentes, obsecrabat, ut qui militandi callerent disciplinam, & modum scirent etiam dolendi. Non est fas, inquit, salua victoria de eo queri, qui per decus & famam potiore sui parte duraret, Deus iam factus:

Cic. lib. I.
Tuscul.Li. I. hist.
Romana.Greg. Tur.
rom. lib. 3.
§. 6.* Anno
1512. Nic.
Gillius.

vel, si verecundia eius hoc recusat, immortalis. Rursum Visigothos Theodericum inter crebra cadauera repertum cantibus dissonis honorantes, & funeri accingentes in conspectu hostium, Thorismundo filio Rege designato, nec tamen orbitatis dolorem mitigantes, benignè ac prorsus callidè hortabatur, uti victoriæ & gloriosæ mortis commodum cum damno pensarent, & maturè ad regiam remigrarent, Thorismundum inauguraturi, ne fratrum æmulatione prosperè inchoatum regnum dissiparetur. quippè cum Theodericus quinque præterea liberos reliquisset, Theodericum, Fridericum, Turicum, Rotemerum & Himmeritum, rebus gerendis idoneos. Atqui Aëtius Imperatori Romano longè fidelissimus, metuens ne Gothi Franciæ nimia victoria elati postmodum rem Romanam affligerent, studiosissimè curabat, ut in suum quique larem sedulò remearent, ne fortè in suos durius quàm in alios dimicaret. Insuper Thorismundum muneribus ingentibus cum aureo scriniolo cumulatam dimisit: quæ ad Dagobertum Francorum Regem demum peruenire beneficio Sisenandi Hispani Ducis, qui è thesauris Gothorum eadem per manus accepta serua-

Iornand.
lib. rerum
Getic.Annon.
lib. 4. cap.
25. de ge-
stis Fran-
corum.Procop. li.
3. de bello
Vandalico.

pellexit ignaram doli, tanquam Eudoxiam Imperatricem salutatura accerferetur. Sed vim passa, moerens ac flebilis viro flagitium detulit. Qui indignans, & nihil non moliens, quò Valentinianum vicisceretur, Aëtium præcipuum eius columen & munimentum elidere tentauit, superato nuper Attila excelsum, atque suspectum Imperio, & perduellioni incumbentem. Calumniatori facillè assensus est Valentinianus propter secundos successus Aëtij: cuius vitæ struxit insidias, tanquam sibimet sinistra manu dextram incisurus: & Occidentis pariter euersurus Imperium, fatumque proprium festinaturus: quoniam paulò post ipse à Trasila Aëtij centurione occiditur, exactis Imperij xxv. annis cum Theodosio, & cum Martiano v. non modò ridente Maximo, sed etiam Eudoxiæ inuitæ complexibus fruente, & tyrannidem arripiente: quæ vicissim illi exitialis extitit, Eudoxia viragine clàm procurante, vt Gizerichus Vandalus ex Africa Romam veniret vltum Cæsaris Manes. Quod cum exorasset, Romani Maximum (vt à Procopio scriptum est) lapidibus obruerunt, & dilaniarunt. At Gizerichus lecta ingèti præda Eudoxiam cum Eudocia & Placidia Valentiniani filiabus in Africam detulit, memorque Reginas eas potius quàm captiuas esse, Eudociam Honorico filio, Placidiam Olybrio Senatori Romano locauit. Mox hanc cum Eudoxia matre Constantino-polim misit, rogatus à Leone Imperatore post Martianum regnante. adeò magnos motus excitauit

P. Diaconus, lib. 15.

Nicophorus, lib. 15. hystoriae Eclesiasticæ, c. 11.

vnius Aëtij mors, quem in multa luce versantem inuidia deprefferat, vnicum Rom. Reipublicæ propugnaculum, & Attilæ terrorem. Quantum omninò ipsum Attila formidavit à conflictu, extincto iam Meroueo, ex eo colligitur, quò desperatis rebus manus sibi inferre voluit, ac pyra constructa sese in flammis conuicere, ne tantarum gentium dominus in potestatem hostis veniret: nobiliter ducens propria virtute quàm aliena mori, vel aliena venia vivere: ac iactans se impetraturum à gladio suo, ne hostibus prædæ & gaudio foret. Obstetit Ardarichus fide erga ipsum & consilio spectatus, & demonstra-uit stultum esse Ducem præclarum animam proicere, pro qua multi sæpè pugnarunt, & mortis incertæ metu vitam certam prærumpere, quasi nauem mergere, ne tempestate frangatur. Dicturos imposteriorum homines, Attilæ plus animi ad moriendum, quàm ad pugnandum fuisse, ac exercitum suum molli-ter deseruisse, & ferè simul iugulasse, imitarique crudelitatem Magnentij, qui Constantium Imperatorem fugitans, in Galliam Lugdunum peruenit, vbi Desiderium fratrem per beneuolentiæ speciem, tanquam hosti eriperet, deinde matrem & propinquos, seipsum denique confodit: nihil admodum virile faciens, cum Dido fœmina amoris impatientia se peremerit, vt Lucretia pudicitiae respectu. His auditis Attila impetum in semet coërcuit: eò magis, quòd & aduersarij ad insequendum iam tepidiores videbantur suadente Aëtio, non ignaro quantum

P. Diaconus, & Jornandes.

Nicophorus, lib. 9. hystoriae, c. 32.

virium miseris adhibeat difficultas euadendi. Tum Ardaricho omnes gratias egere, perinde ac si eius hortatui ducem saluum deberent. Contrà verò Gaïlenus eques Francus postea cunctis odiosus fuit, quia Meroueam posteriorem Chilperici Suefionum Regis filium è cœnobio, in quem coniectus fuerat, elapsum, inuito patre, ac mortis cupidum gladio iussus traiecisset. vnde longa morte post disperiit truncis manibus ac pedibus, & naribus fœdissimo vulnere. Laudatur autem etiamnum Philocrates C. Gracchi seruus, qui incisa ceruice domini, & obsequio præbito iubenti, ne hostibus dederetur, gladium cruore madentem in sua protinus egit præcordia: atque ita speciosius iacens quàm dominus, quem insultaturis inimicis subtraxerat. Atila itaque perspecta Francorum & Gothorum solutione, & Aëtij consilio, celerius utcunque solito, atque in tenui fuga instar Libyci leonis rugiens, & minarum plenus, generosique animi reliquias ostendens, in Pannonias remigrauit, nouum delectum habiturus, & potioribus copiis ingressurus Italiam. In cuius limine Aquileiam Venetum metropolim expugnauit, atque expertus est mortem consciscere sibi mulierem etiam audere. Dum enim ciuitas diripitur, Dugna matrona, nò minus casta quàm lepida, ex sùma arce in præterlabentè amnè obuoluto capite præincta, quò honestius caderet, se dedit præcipitem, & amittendæ pudicitiaë timorem honestissimo exitio terminauit. Inde Atila mouit aduersus Patauium, Veronam,

Annos.
lib. 3. cap.
23. anno
582.

Val. Max.
lib. 6. c. 8.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 341
Veronam, Brixiam, Bergomum deditione capiens, Hunnorum nomine iam pro telis abundè belligerrante, & Mediolanum Ticinùmque spoliante. Cùmque per Æmiliam eò venisset, vbi fluuius Mincius in Padum confluit, statua habuit, deliberans num Romam debellatum iret victoribus infaustam: pauens interim repetita Alarici Gothorum Regis memoria, qui paulò post victoriam interciderat. Dum animo incerto fluctuaret, obuius ei factus est Leo Rom. Pontifex demisso vultu ad genua concidens, vt patriam, quam armis tutari non poterat, supplici deprecatione eriperet: demonstrarètque fortunæ imputari posse quòd vinceret: quòd autem miseretur, virtuti & benignitati, præsertim Romano Imperio afflicto, & fermè deplorato: Romam iam anù rugosas in cœlum manus complosuram, & vota facturam pro cœptis melioribus Principis, qui experi-ri deserit, quantum sibi in proiectos & tristes ciues liceat, & potentiæ aciem benignitatis solius præmio hebetet, ac temperet. Adstantes mirati sunt Atilã, ^{*Platinam*} qui se Flagellum Dei nimium veraci titulo appellabat, ^{*vita Leonis, & P. Diaconus*} & indomito, sacerdotis orationi annuisse, & affatu ^{*lib. 15.*} blando suscepisse, ac dimisisse lætantem. Mox Atila dixisse fertur Hunnis attonitis, non sacram Leonis infulam præcè me tantum habuisse ponderis, vt se armatum & victorem flecteret, sed alium illius comitem, canum & grauem, gestu ac habitu sanctimoniam indicante venerandum, gladio comminantem,

R. R.

si non postulata concederet. Nam & Genzericum Vandalum Roma potitum idem Episcopus permulfit, vt saltem à cæde & flammis abstineret. In tantum religionis sancta persuasio apud immanes & barbaros, & diuerso numini addictos, ad leniendam feritatem pertinet. An non etiam Gothi sacerdotes Philippi Macedonis valida manu Mœsiam aggressi, iram mitigarunt, patefactis opidi portis, cum citharis & candido ornatu, inermes ac modulantes, & paternos Deos obtestati, vt Macedonas armatos pacarent, & ab vrbis excidio, vt contigit, educerent, & absterrent? Sunt enim boni quidam genij impetum animorum sedantes, & si quid perperam faciendum occurrit, inhibentes. qualis fuit demon ille Socratis, qui nihil vnquam ipsum facere impulit, sed si quid minus rectè facturus videretur, voce vaticinatrice præpediuit. Recessit itaque Attila ad Danubiũ, sed rediturus, vt quidem minabatur, nisi Honoriam Valentiniani Principis sororem, & Placidix Augustæ filiam ad se quamprimũ Romani mitteret, pro dignitate dotatam. Iornandes adiicit, Attilam tedio quietis in Alanos mouisse procinctum inani conatu, propter Thorismundum Tolosæ Regem Alanis propitium, & Attilæ formidolosum. Ad extremum Attila dum præter alias vxores Ildicam puellam formæ gratia spectatam solempni epulo duceret, hilaritate ac crapula resolutus, vino & somno distentus, crumpente de naribus sanguine, postquàm tantum alieni sanguinis effuderat, sine vulnere occubuit.

*Iornand.
lib. rerum
Getic.*

*Plato in
Apologia
socratis.*

Priscus Historicus notat, eadem nocte Martiano Imperatori Orientis de tam feroci hoste vehementer sollicito, diuinitus Attilæ effractum arcum sopito apparuisse. Cui Hunni parentantes ritu ambizioso, inter victoriarum titulos inscripsere, mortuum Regem inter epulas lætum, sine sensu vlllo doloris: læctum funeris misto gaudio explicantes, additis ornamentis regiis gemmatis, auro argentoque fulgentibus, & insignibus mirificis, quibus colitur aulicum decus. Planè vespillones cunctos operi incumbentes supremo, Hunni detestabili mercede trucidarunt, vt humana curiositas & auaritia à tantis opibus arceretur. Postmodum mouere de successore præficiendo implacabilem controuersiam, & dum singuli imperare cupiunt, Imperium luculentum perdere. Nam Attilæ filij æqua portione diuidi ipsum flagitarunt: nec natu maximum Ellacum, quem pater peramauerat, sceptrum tenere permisere. Quapropter Ardaricus Rex Gepidarum occasionem nactus, turbatis in rebus, regnandi, ostendit proculdubio verissimum esse quod inquit Accius:

Mulii iniqui atque infideles regno: pauci boni sunt.

Qui enim Attilæ videbatur amicissimus, suos Gepidas, id est, pigros & tardioris ingenij Gothos excitaui: Alanos præterea, & Herulos, & commissa in Pannonia pugna Ellacum occidit cum Hunnis & diuersarum gentium auxiliis ad triginta, plus minus, milia. Tunc Hunni alienum solum promiscuè occupare soliti, vix permittentibus Romanis, tranquil-

lè in inferiore Pannonia sedes statuerunt, eique Hù-
gariæ nomen dederunt. Sunt qui putent Budæ me-
tropolì à Bleda Attilæ fratre inditam nuncupatio-
nem: alij à Budinis populis, qui antea fertiles tan-
tùm pabulo campos ad Mæotim coluerant. Zonaras
notat, Turcos, quos Vngros vocatos quoque ait,
Duce Bologude à bellis quieuisse, & Constantinum
Leonis filium Cæsarem Orientis conuenisse, ac po-
stulasse imbui arcanis Christianæ sanctitatis: ablu-
tum & initiatum sacris, Patritij dignitate decoratum
domum reuertisse, adducto Pontifice rudem popu-
lum instituturo, simul cum Gyla Vngro Principe,
qui turpiter religionem deferens, & Francos armis
laceffens, ab ipsis in crucem actus sit. Cæterùm Her-
nacus & Dinzio Attilæ superstites liberi inglorij,
fortunæ sese credentes, in minore Scythia, & quo-
cunque fatum vocauit, larem fixerunt. Ita magnis
euecti auspiciis, tenui exitu maiestatem toti mundo
formidabilem obscurarunt. Mirarer ego vel maxi-
mè, nisi mentem meam subiret Alexandri Macedo-
nis posteritas, qui mundum vniuersum paruum pu-
tabat, cùm ipse mundo Magnus crederetur. Profus
enim illa disperiit successorum partim imbecillita-
te, partim fallacia, & regnandi scelerata libidine: cu-
ius sortem miserari potius decet, quàm Attilæ, pro-
pter singularem ipsius humanitatem, fidem, & præ-
stantiam, & in bonas quilibet artes ardens & velox
ingenium. Quotusquisque enim est, qui nesciat di-
cere ipsum consueuisse Iliadem & Odyssæam Ho-

Pomp. Me-
la lib. 1.
cap. 21.

lib. 3. An-
nal. 185
& 1785
circa an-
nũ 1013.

Plutarch.
lib. de vir-
tute &
fortuna
Alex. 1.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 343
meri se vsquequaque secutum instar optimi viatici,
nempè pro laborum solatio & imitamento? Cùm-
que inter spolia Darij Persarum Regis vnguento-
rum scrinium cepisset, odorem aspernatus, sordens
militia, librorum Homeri custodię dicauit, vt pre-
tiosissimi ingenij humani operi. Taceo fortitudinẽ
non inter Reges modò excellentem, sed etiam inter
illos, quorum hæc vnica virtus fuit. Liberalitatem
ipsius & clementiam testantur tot regna bene me-
rentibus dono data, tot reddita superatis, & consi-
lium par magnitudini animi, & maiorem ætate so-
lertiam. Quid mortis contemptionem, gloriæ lau-
disque cupidini æquabilem? non in tantum fauente
fortuna, quantum vulgò iactatur. Nam in Illyriis ca-
put illi saxo penè contusum, discissum ense barbaro
ad Granicum flumen: ad Issum, femur: traiectus In-
dica sagitta humerus, crus in Gandridis, & telis va-
riis apud Mallos, cùm admotis scalis primus murum
ascendit, & in medium defiluit, Lemnæo tantùm &
Peucesta sequentibus. Vulnerati mox ambo, ille etiã
tandem necatus, sequente vindicta Alexandri mani-
bus hostem interimentis, & iugiter pugnantis, ac
saucij ad animi vsque deliquium, quoad Macedones
mœnia subeuntes facerent, ne vicus ignobilis Ale-
xandri Magni fieret monumentum. Tacere nequeo
Veneris in iuuenta intra moderatum desiderium v-
sum, nec vllam nisi ex concessio voluptatem. Proin-
de ille, qui vxorem Darij victi, qui duas filias virgi-
nes, quibus forma pauçę comparari poterant, haud

Plin. li. 7.
cap. 29.

1000. Mo-
nachus in
vita A-
lexandri.

alio quàm parentis animo aspexerat, Roxanem Cohortani Satrapę filiam ignobilem, si regię stirpi cõferatur, dilexit, sed vxoris iustę loco, causatus ad stabiliendum regnum pertinere Persas & Macedones connubiis iungi. Hoc pacto pudorem victis, victoribus detraxit superbiam. Cũque Iollas Antipatri filius pocillator, qui Regi prębiberere consueuerat, Babylone venenum miscuisset: vix annum agebat Rex xxxiii. qui decimo octauo regnare cœperat, forma pollens, industria & laborum tolerantia pari: cũ viuo adhuc patre vixdum egressus annum xvi. Megarenfes subegisset suis armis atque auspiciis. Cæterũ Roxanem mortuo Alexandro vterum semestrem gerere constitit. Proinde inter Duces deliberatum est, num posthumus expectaretur, an magis Hercules Barfine genitus Imperium sumeret, vt Rege nato potius quàm nascituro pareretur. Alij præoptabant Arideum fratrem, vel patris Philippi nomine acceptissimum. Nam & Rex moriens rogatus quem sibi hæredem deligeret, Dignissimum responderat: tanta illi æquanimitas & fortitudo fuit. Qua voce velut bellicum inter aulicos cecinisset, discordia & æmulatione omnes turbauit, vt prętextu quęsito tutores eligendi tantisperdum infans in lucem veniret, fortitõ Principes prouincias capesserent Perdicca suggerente, cui Rex morti proximus anulum tradiderat. Ita Phrygia maior Antigono obtigit, Lycia & Pamphilia Learcho, Caria Cassandro, Phrygia minor Leonato: summus castrorum

suidas & Plutarch.

Q. Curt. lib. 10.

xviii. li.

13.

tribunatus Seleuco, & alię aliis regiones regnaque administranda obuenerunt, Ptolemæo Lagi filio Ægyptum, Africam & Arabiam tenente, quem ex gregario milite Alexander prouexerat virtutis nomine: eam namque in quouis valde admirabatur. Postmodũ omnes Ægypti Reges se Ptolemęos nuncupari voluere ab hoc primo tantoperẽ laudato, quem re vera Philippo Amyntę filio progeneratum Macedones rebantur, vt notauit Pausanias: quia illius mater iam grauida à Philippo data Lago fuisset. Certẽ Alexandro in Oxydracis periclitanti præ cunctis Regis amicis subuenerat. Mortui eiũdem corpus Perdiccæ ablatum, qui id è Babylone deferebat, in Memphi condidit. Perdicam simulatẽ forsan, liberis fratrique ipsius Alexandri studentem in insula inclusit, dum Sarissa à militibus occideretur. Syriam & Phœnicem Imperio suo adiunxit: quas Antigonus illi mox extorsit, & diuturni belli cum filio Demetrio summę spei adolescente causam dedit. adeo mors Alexandri aulicis ducibusque suis magna beligerandi ansa extitit, & perfidiam detegendi corũ, qui Regibus blandiuntur, quandiu aura vehuntur fortunę, atque ipsius fruuntur obsequio: reflante illa, aliorũ velificantur: vt Cassander Antipatri filius, frater Iollę, qui venenum Alexandro concinnauerat, vt statim diximus, declarauit scelesto facinore. Nam cũ Olympias Regis mater Pictuam urbem concessisset cum nuru Roxane & Hercule nepote tanquam ad tenue perfugium, ipsam celerrimẽ

in Atticis, sueli. I. strabo li.

17.

& nefariè obfedit, atque vt pacta incolumitate se dederet, perfecit. Deinde crudelitatis infimulatam Macedonibus iam oblitis, quòd per virum eius filiúmque & vitam inter finitimos tutam habuiffent, & tantas opes orbisq̃ Imperium quæfuiífent, occidendam tradidit, non refugientem gladium, nec muliebriter vociferantem, fed viriliter pro gloria veteris maiestatis & generis, morti succumbentem: interim dum à Caffandro filius Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendus mitteretur. Ita cum Alexander trementem sub fe orbem iam duodecim annos ferro preffiffet, fucceffores eius vt opimam prædam à magno Leone prostratam avidiffimè difcerperunt: feque ipfos præde æmulatione rixantes inuicem irritarunt, & fregerunt, latente in paruo farcophago & puluere Rege, cuius cupiditati vnus mundus non fuffecerat, & per Oceanum infulas fparfás & inaccessás mendicarat, & Babylonem contra Chaldeorum vatium monita & prædictiones subierat, vbi triginta circiter dies sine fepultura vel egenis communi relinquebatur: donec Iouis, fcilicet, filij cafum miseratus Ariftander, diuino fe percitum inftinctu fimulans, prædixerit fore beatam regionem, quacunq̃ Alexander fepulchro donaretur. Quocirca Ptolemæus non pietatis, fed vtilitatis ftudio, illum in Ægyptum fedulo portari iuffit, Perdicca incaffum renitente: vbi Rex Alexandriæ, quam condiderat, quieuit, relicta Babylonem, in qua tantoperè fe admirandum præbuerat trium-

Justin. li. 14. Orof. lib. 3. cap. 13.

Alian. li. 12. var. hift. c. 64.

triumphis fatiatus: atque auditorus Legatos variarum gentium vndique confluentes, quæ velut destinato omnibus Regi adulabantur in publico totius mundi conuentu: à quo benignè accepti, domúmque remiffi fuerunt, teste Q. Curtio. Strabo fretus *lib. 7. Geograph.* autore præstantiffimo Ptolemæo Lagi, retulit Gallos Adriæ vicinos hospitalitatis & amicitia gratia ad Alexandrum veniffe: quoniam exploratum cuique est Celticos Gallos accolos Adriatici maris fuiífent, quod ab Adria Hetrufcorum opido appellationem acceperat, teste M. Catone. Inde Gallia Flaminia à Rauenna, inquit, ad Ariminum: ab eo, inquit, ad Anconam Senogallia à Senonibus, qui Hetrufcos pepulerunt. Longè enim antequàm nasceretur Alexander, Galli Senones Romam dempto Capitolio inuaserant: * deinde aliò fedes victoriásque suas * *Decem Olympiadibus, aut circiter. Euseb. in Chron. lib. varia. hift. 12. cap. 23.* transtulerant: necdum patrios ritus, & inuictum animi robur videri poterant immutaffe solo Italico. Ælianus tradit, Celtis vsque ad cò ignominiofum habitum fugere, vt ne à ruentibus incenífiffe ædibus trepidè effugerent: vt inundans mare fuffinerent. Strabo subiunxit, in conuiuio percunctatum à Gallis Alexandrum, quidnam ipfi maximè timerent: refponfuros enim rebatur fe Regem eximium. Illos verò refpondiffe, *ἔδρα, εἰ μὴ ἄρα ὁ ἕγενός αὐτοῖς ἑπιπέσοι.* Nihil, inquit, quàm ne fupra nos cœlum ruat. Addidere fe nihilominus Regis amicitiam plurimifacere. Adhęc comperio munera ad eundem miffiffe, & amicitiam quam expetebant interriti Galli & fim-

plices, conciliaſſe. In quo neſcio, vtrum plus ipſorum laudem in loquēdo fiduciam & ingenuitatem, an Regis humanitatem, qui ſe potius coli ac diligere, quàm timeri gauiſus eſt. Nicetas deſcribens Conſtanti-
 * lib. de reb. poſt excidium geſſit. Anno Chriſti, 1200. nopolis vrbis cladem à Venetis & Balduino Flandro maxima crudelitate illatam, cuius ipſe teſtis mœſtiſſimus fuit, tradidit fe ereptum cuiuſdam Veneti mercatoris beneficio & prudentia: qui veſte militari ſumpta, ſermonis commercio audacter finxerit ſe Nicetæ ædes præoccupaſſe, atque ita autorem toti familiæ fuiſſe diſcedendi & euadendi, cum irruptibus non poſſet diu reſiſtere: potiſſimum Francis, inquit, qui cæteris ingenio, & corporibus diſſimiles, id vnum ſe vereri iactant, ne cœlum ruat.

μῶνον δὲ τοῦ ἕγγυθον δεδιέναι κομπάζοντα, μὴ εἰν σφίσι τ' ἄπειρον.
 Sed hæc Gallorum ſecuritas eò laudabilior fuit, quòd coram Rege liberrimo & clariffimo edita eſt, nec reſuſa vlllo illius diſterio. Ediuerſo Lyſimachus Alexandri militiæ & ſpoliorum particeps, quippè cui Thracia & regiones Pontici maris obueniſſent, propter inſolentiam ex tempore deriſus perbellè di-
 * Plutarch. in lib. de fortuna et virtute Alex. gnoſcitur, cum diceret, Nunc demum Byzantij ad me veniunt, dum lancea cœlum attigi. Appropere-
 mus, inquit, qui tum fortè aderat, Byzantius Paſiades, ne acie mucronis iſte medium cœlum pertundat.

Cum verò omnes populi certatim ab vltimis orbis oris properarent Babylonem Alexandro gratulaturi, non tamen Romanos eò veniſſe comperio, tametſi catempſtate non fuerat quòd ſibi nimium place-

rent, ſæpius tunc victi quàm victores, & dubio Marte fluctuantes. Sanè quemadmodum Timæus in hiſtoria eleganter, vt multa, dixit, qua nocte natus eſſet Alexander, eadem Dianæ Ephēſæ templum cō-
 * Reſert M. Tull. lib. 2. de nat. deor. flagraſſe: minimè id eſſe mirandum, quòd Diana cum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abuiſſet domo. Sic ego arbitror, bellante in Aſia & Africa, genium illum martium tam procul ab Europa abuiſſe, vel refrixiſſe quidem, nempè occupatum magnoperè, & Alexandro ſtudentem, ſi non Iouis filio, ſaltem ſupra humanę virtutis ſaſtigiū ſeſe exerenti. Nam quod illi toties exprobratur, quòd ſe Deum videri voluit, lenitur apertè, reſponſo eiuiſdem longè veriſſimo: vt qui in Ægypto Iouis filius ab Am-
 * Plutarch. in Apoph. Alexand. monis ſacerdote appellatus. Nihil, inquit, mirandum. Nam Iupiter omnium naturà pater eſt, & optimum quemque ſibi adoptat. Quod quidem Apoſtolo
 * Act. 17. perplacuit, Aratum vatem imitanti de Ioue loquentem. Ipſius enim, inquit, genus ſumus. Poſtea cum aſſentator quidam illi diuinitatem tribuiſſet valde tunc faucio; Rex protinus digito oſtendens: Hoc, inquit, ſanguis eſt, non autem

ὁ γὰρ τοῦ τε πέδ' μακρότερος θεοῖσι. id eſt,

Ille cruor, diuis qualis ſolet eſſe beatis.

Hoc perperam æmuli Anaxarchum potius dixiſſe prædicauere, vt Regi modeſtiam ſuam eripiant: potiſſimum Romani, qui Romulo ſuo opiloni Martem parentem aſſignare non erubescunt, ſicut Iulio Cæſari Imperatori primo perp. Venerè: & profectò
 * Laërt. lib. 9. in Anaxarcha.

huius folius testimonio, qui statum Reipublicæ Rom. immutavit, quique Pompeium Magnum, & fortissimos quosque Romanorum perdomuit. Certè liquet vnam Alexandri imaginem Cæsari tantum virium incutiisse spectanti, vt propter eam nihil non magnificum & gloriosum postea gesserit. Cùm enim Quæstori eidem vltior Hispania obuenerit, & iure dicundo prouincias circumiret, animaduersa Gadibus in templo Herculis Magni Alexandri imagine, ingemuit, & seipsum ignauitæ accusauit, quod nihil dum à se memorabile actum esset ea ætate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset. Quare missionem continuò efflagitauit ad captandas quamprimùm maiorum rerum occasiones. Qua tempestate alter Alexander, cui cognomentum Molosso fuit, Italiam inuasit, bellum populo Rom. factururus: iactitans se quidem aduersus Romanos ire tanquam in *ἑσπερίῃ*, Macedonem verò tanquam in *γυπαριῃ*, in Persas iuisse. id est, in cœtum aulæ muliebrem, præ loco, in quo viri seorsum degunt. Sed hunc ducem mors illic subduxit, & ei extorsit fiduciam: cùm interim Macedoni fortuna nusquam non obsecundaret, demirata virtutem annis xi. Itaque non video, cur Titus Liuius extenuare res ab Alexandro gestas conetur, & dubitare audeat, an bene cum Romanis actum sit, quia ille priùs in Asiam suppeditandam, quàm in Europam deflexerit: ac quærere, quinam euentus Romanis rebus fuisset, si cum Alexandro pugnam oport-

*Sueton. in
Iulio, cap.
7.
A. Gell.
lib. 17.
cap. 24.*

*Decad. 1.
lib. 9.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 347
tuisset committere. Plurimum namque in bello pol-
lent militum copia, virtus & ingenia Imperatorum,
fortuna vbique, maximè in bello potens, quæ tunc
vtique Romæ impensè fauit, cùm Alexandrum ar-
mis fulminantem procul amouit. Tunc sanè filo Ro-
mana pependit felicitas, aut labes pro certo non de-
futura, nisi præmatura mors Regem orbe toto, quem
anhelabat ampliorem, sustulisset, anno ætatis vix-
dum trigésimo secundo* decurso: adeò ille adole-
scentulus grauissimis bellis animum & corpus in-
defessum applicuerat. Quid quæso insigne tantisper
fecere Romani duces? quosnam hostes magni no-
minis incruento bello superauere? Non sum nescius
Manlium Torquatum & Decium Murenæ Coss. *Flor. lib. 1.
Epitom.
cap. 14. et
15.*
bello Latino nominis aliquid sibi comparasse: quia
alter solum filium suum, licet victorem, quòd iniuf-
sus, imò contrà quàm imperatum, pugnauerat, oc-
cidisset: alter capite velato, Diis Manibus ante aciem
se deuouisset, & in hostes medios irruens, iter san-
guinis sui semita aperuisset. Secutum est mox bel-
lum Samniticum pro sociis Campanis cœptum, non
admodum magnis aduersariis, sed illustribus ob cla-
dem illatam apud Caudinas furcas, clauso intra eum
saltum prærupti loci opportunitate Romano exer-
citu, & armis exuto à Pontio Samnite duce: qui si
perimere vnà cum Veturio Posthumio quæ Consulibus
maluisset quàm nudare circumuentos, extaret
proculdubio Samnium, nec hodie vbinam fuerit re-
quireretur. Verùm sustinuit manū fortuna, ne fun-

* *Euseb.
in Chron.
Olymp.
114.
Flor. lib. 1.
Epitom.
cap. 14. et
15.
Val. Max.
de vitro-
que De-
cio, lib. 5.
cap. 6.*

ditus Romanos perderet, sed respirare permetteret, quoad de exiguo populo demum triumpharet: interim dum Alexander, non facili filij sanguine ut Torquatus, nec diris consecrato capite ut Decius, nec cum pertinaci magis quam copioso hoste belligerans ut reliqui, sed suo ipsius pectore, manuque ac consilio Reges & nationes immanes & opulentas subigeret, Imperium mundi finibus, & famam cœlo terminaturus: & quidem breuiore temporis spatio, quam Romani vnum Samniticum bellum confecerunt, in annum XLIX. protractum, ac paulò post rediuium Dolobella & Domitio Coss. cum Lucani, Samnites, Hetrusci, Senones Galli, facta societate Romanos lacesterunt, eosque vsque adeò perpulerunt, ut Gallos per legatos obsecrarent ne essent in partibus. Legatis necatis, Cæcilius Prætor vlturus id sceleris, simul iusto prælio cum Gallis & Hetruscis commisso occubuit cum septem militum Tribunis, & Romanorum milibus tredecim desideratis. Quod si quæ vitia in Alexandro deprehendi potuerunt, ut sine aliquibus nemo nascitur, & ille optimus est, qui minimis tenetur: certè illa virtutum cumulo profusus obruta & obliterata sunt. Traditur quidem à Babylonio Diogene, Leonidem Alexandri pædagogum, quibusdam ipsum vitiis imbuisse, quæ robustum quoque & iam maximum Regem ab institutione puerili sunt profecuta: ut fortè temulentia, & inde cædes Clyti non satis itidem sobrij, & in conuiuio Regi malignè conuiciantis, & ea exprobrant-

*Paul. 0-
ref. lib. 3.
cap. 22.
Anno ab
urbe con-
dita 463.*

*Quintil.
lib. 1. c. 1.*

tis, quæ sapientissimo cuique auditu molestissima forent. Regum enim mansuetudo partim in eorum qui parent, ingeniis & obsequio versatur. Vnde fit, ut nihil sit Reipublicæ salutaris, quam regiam benè informatam à natura indolem assecis & comitibus probitate & prudentia conspicuis foueri, & in dies propagari. Quod apertissimè CHILDERICVS Rex Merouei filius declarauit, qui ad patris latus à monitore edoctus, peritùsque aciem extruere, castris locum eligere, ab insidiis præcauere, insidias interdum parare, tempus pugnæ idoneum agnoscere, literas mediocriter attingere: ab his paulisper luxauit, assentatoribus pernitiùm auscultans ac morem gerens, qui è Rege præclaro libidinis abiectæ mancipium fecerunt: tanquam Itale Circes fascino in feram obscœnam virum transformarent, nõ verborum modò lenociniis, sed etiam rerum: ita ut non iam Martis filius ut antea, sed Veneris appellaretur. Neque cuiquam magis comparandus venit, quam Regi Babylonio cœlitùs destinato, ut septem annis immutatus cum brutis pabularetur, & rore cœli cõspergeretur, ac fœnum ut bos comederet, quoad resipisceret, ac Regem cœlestem cognosceret omniũ excellentissimum: tum demum denuò pristinam faciem & autoritatem reciperet, sicuti à Daniele illi prædictum legimus. Iosephus existimat Regi nihil accidisse præter septennem Imperij priuatione, quæ illum ab augusto maiestatis gradu deiectum ac miserum bruto exæquarit. Vbi enim quis potentum non

*Quint.
Curtius
lib. 8.*

Daniel. 4.

Lib. 10.

*Antiquit.
cap. 11.*

fit, qui fuerit, quiduis potius quàm homo vitalis haberi solet. Alij re vera feram factum malunt, quorum est Dorotheus Tyri Episcopus, qui capite bubulo Nabughodonoforem effingit, posteriore parte corporis leonina, tum ob voracitatem, tum ob violentiam, quibus expiatis formæ suæ redderetur. Sa-

In synopsis de Prophetis.

In Arcadibus, seu li.

8.

P. Mela, lib. 2. cap.

1. in fi.

nè Pausanias non putat omninò fabulosum, quod aiunt, Lycaonem in lupum versum: quinetiam fuisse alios ex hominibus lupos factos in Iouis Lycei sacris, qui decimo tandem anno, si humana carne abstinuissent interim, figuram hominis recuperarēt: alioquin vescentes ea lupi perpetuò futuri. quod D. Augustinum referre non puidit, nescio an credere. Marcum enim Varronem laudat autorem, huiusmo-

Lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 17. et 18.

di præstigias de Arcadibus scribentem. Nam & nos, inquit, cum essemus in Italia, audiebamus mulieres quasdam imbutas malis artibus in caseo dare solere non nihil videlicet maleficum, quo viatores illicò in iumenta verterentur, seruata mente humana, & sarcinas portarent, rursus ad se redirent opera perfuncti. Quænam verò venefica Childericu regno priùs dignum vulgò habitum, nisi postea regnasset, tanto perè deprauarit: quænam Dalila voluptatis nouacula comam temperantiæ illi totonderit, dubitatur.

Greg. Turonens. li. 2. §. 12.

Constat quidem cum merso secundis rebus animo comessabundum coquos, qui peritissimè cenfum regium degluberent, pluris fecisse quàm veteranos, quibuscum aliquando dux militarat. Deinde, vt fit, Veneri præter modum indulgisse, multorum ciuium

vxores

vxores ac filias contra fas & pudorem contrectasse: Segulinam consulari viro nuptam vsque ad infantiã peramasse, eiùsque nutu magni momèti negotia explicasse, eiùsque quodammodo regnum administrandum præbuisse. Nihil namque interest, vtrum mulieres ipsæ regant, an Reges ipsi à mulieribus gubernetur. Certè Childericus, ne à maiorum suorum ritu cultuque prorsus videretur desiscere, comam suam speciosè fouit, summos capillos flectens in annulos curiosa admodum serie: ad quam Martialis alludit,

Vnus de toto peccauerat orbe comarum.

Anulus, incerta vix bene fixus acu.

Rumor erat Segulinam poculo amatorio inter epulas & sermonis illecebras porrecto Regem peruertisse. Sic quondam Cesonia irretisse C. Caligulam Cæsarem fertur, nec facie insigni, nec ætate integra, sed astutiæ & lasciuiæ perditæ foeminã, quæ adu-
rum adeò obcæcarat, vt sæpè chlamyde, pelta & ga-
leam ornatam, & iuxtà adequantem militibus ostenderit, amicis etiam nudam: feliciùs tamen quàm Cæ-
daules Rex Lydius, qui cum vxorem suam specie venustissimam Gygi satelliti nudam ostētasset, mulieris conspiratione ab eodem in thalamo pugione ictus periit, vt scripsit Herodotus: & ita vitam cum

sueton. in Caligula, cap. 25. et 33.

Lib. 1. Imperio demens amisit. Mœrebant Galli ob Childericum mulierculæ arbitrio iura & dignitates datem: præsertim quòd ementita illius pulchritudo videretur lorica fucis exquisitis. Nec enim illa, vt est in

T T

prouerbio, de alieno corio ludebat, sed de suo magis, sæpius colorem mutans pigmentis quàm Libycus Chamæleon: nisi quòd hic quotquot colores at-
Plin. lib. 8. cap. 33. tingerit, reddit, præter rubrum & candidum illa candorem genarum adscitum purpurissabat diligentissimè magno Regis gaudio, maiore quæstu mariti, nec non parafiti, qui beatum supra omnes mortales Childericum prædicabat, quòd se dignam Deam nactus esset, atque ex animi sui sententia, ei quæ amantissimè obsecundaret per omnia, atque seruiret. Nec mirum id esse, cum Hercules Mæoniùm, qui post Lydi appellati, Reginæ Omphalæ virgunculæ seruiisset. Tacebat interim veterator, necessitate adactum Herculem, postquam in morbum deformem incidisset (Comitalem interpretatur Aristoteles, ex affectu melancholico claris ingenio viris familiari manantem, quem Sacrum quoque nominat) post Iphitum occisum. Quare oraculo Apollinis certior factus exorari tabem non posse, nisi iusto pretio venditus pecuniam Iphiti liberis ad luendum scelus traderet, vltro se passus est venundari Reginæ, cuius gratia Syleum & alios latrones regioni infestissimos mactans, gloriam & libertatem recuperavit. Quòd si ex patritiis quispiam comiter & candidè Childericum pecunias publicas non ærario, sed amicæ folli includentem hortabatur, vti à subditis caueret, quos iam nimium tederet morum istorum, protinus is curia mouebatur: quæ paulatim exhausta selectis & bonis viris, mox infausta permutatione turpiter assen-

*in Proble-
mar. scilicet.
30. §. 7.*

*Diod. sic.
lib. 5. de
antiquor.
gest.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 350
 tatoribus replebatur iudicio Consularis illius, cuius nomen vetustas facilius quàm facinora aboleuit. Nã quia vxoris Regi gratissimæ probro suspiciebatur, & se arrogantius æquo efferebat, fumusque in aula venditabat: factum est, vt Galli eos, qui malitia degenerare, vel incuria suas coniuges adulterari sinant, cornua ferre dixerint, eiusmodi opprobrio ac vitio in multas gentes manante. Nec defuere Franci præcæteris vrbani, qui Consularem in dies ditescentem largitione regia, cornu Amaltheæ copia rerum fecundum circumferre dicerent. Nam cum putaret dedecus domesticum occultius fore dextro ceruorum cornu, propalam in dies etiam atque etiam manifestabatur. Cornibus autem hæere autoritatis & excellentiæ notam liquidò constitit, cum Moses Tabulas duas Legum sacrarum è monte Sinai retulit: quia tunc ex diuino colloquio cornuta eius facies *Exod. 34.* apparuit, emissis radiis magno terrore spectantium, ita vt velamine iniecto populum alloqueretur. Alibi David excussus à manu Saulis & aliorum inimicorum, pæna canit Deo, eumque vocat clypeum & asylum suum, & cornu salutis. Et alibi: Cornu eius *Psal. III.* exaltabitur in gloria. Proinde Liber Pater corniger ab antiquis fingebatur ob victorias, & propter incitantibus *Athenæus lib. II. c. 8.* tabulum ingeniorum vino ascriptum: & taurina facie conspiciebatur. Cumque in capite Genitij Cippi *Val. Max. lib. 5. c. 6.* Prætoris subito veluti cornua emerfissent, respondere vates Romani eum Regem fore, si in vrbem reuertisset. Quare sponte exulauit, & requiem suam a-

mori patrię postposuit. M. Crassus, propter impotentiam & opes, fœnum in cornu habere vulgò dictus est: nempè se insolenter gerens, & dignus iudicio fœni bobus cornu ferientibus assuetus: donec Cæsar potior id detraxit, & simul audacię cornua comminuit. Nicetas refert, Andronicum Constantinopolis Imperatorem luxu & libidine perditum, ceruorum, quos venando cepisset, cornua in fori porticibus suspendisse: Re vera, inquit, ciuitatis mores notans, & lasciuiam vxorum alienarum, quas corrupisset: *καὶ ἀφ' αὐτῶν εἰς ἀπειρίαν τὴν γαμετῶν.*

CÆTERVM postquàm Segulinæ frons arari crebrioribus rugis incœpit, Childericus contempta vxore, quam habebat castissimam & honestissimam, pellices innumerabiles coëgit: quantas nec Persarum Reges, nec Salomon, vt hac vtar hyperbole, aluisse feruntur: nec Dagobertus quidem à Childerico REX Franciæ septimus, effrænatae libidinis, & in multiplices concubinas procliuis, vbi fecit cum Gomatrude coniuge pudica diuortium, causatus ipsius sterilitatem, vt Sp. Carbilius nobilis Romanus, qui ab vrbe condita quingentis ferè annis ab vxore primus diuertit, ac post gratia morum charissimam habuit, liberorum quærendorum causa tantùm dimittens, vt coram Censoribus iurare coactus est. Atqui Dagobertus prolis desiderio flagrans, non nihil interim detexit turpis suauitatis, dum protinus vestalem virginem sibi abduxit forma quàm moribus gratiorem. Nam cum Rex addictus esset templis

lib. 2. de imperio Andronici Comneni.

Annon. lib. 4. cap. 19. & 20

A. Gell. lib. 4. c. 3.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 351
cœnobiisq̄ue frequentandis, iniecit in eam oculos, & proluxiore colloquio ab ea audiuit illud: Si libet, licet: &, Regem leges dare, non accipere: vt Iulia Antonini Caracallæ nouerca dixisse fertur cunctanti & deliberanti, num fas esset patris supersitem vxorem sibi ducere, quæ velut per negligentiam aliquãdo magna se corporis parte nudarat. Virgini autem Nantildi nomen fuisse Annonius scriptum reliquit, compertumque habeo eam in aula quàm in cœnobio, & inter nuptiarum sacra quàm inter sacrorum ritus chorósque modestiorem fuisse, ac Regi enixam Clodoucum II. filium successorem. Nam Sigibertus maior natu sponte Austriacam elegit ditionem. Cæterum constat Dagobertum, qui quandoque ædes Diuorum spoliatur, præsertim Hilarij Pietauensis ære fusili valuas fabrefactas prætextu Dionysium exorandi, & alia sacra profanáque sine delectu legerat, iam senescentem ita ad templa extruenda & ditanda animum conuertisse, & diuinis ceremoniis augendis incubuisse, vt duos in vno homine Dagobertos fuisse quis crediderit: aliter atque Salomon, qui bona iuuentæ infami senectæ exhaustit inter mulierum greges, diis reprobis thura adolens & immolans, ac colens Astarthen Deam Sidoniorum, quæ non alia fuit quàm Venus. Nam M. Tullius quatuor Veneres recensens, Quarta, inquit, Syria, Cyroque concepta, quæ Astarthe vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Fabulantur antiqui, vt ait Hyginus, è celo ouum in Euphratem fluuium cecidisse, à quo ge-

Alius part. in Caracall.

Annon. lib. 4. cap. 20. & 30

3. Reg. 11. quem locum alij male vertere.

Lib. 3. de nat. deor.

Lib. 1. Fabular. ca. 197.

minis columbis incubantibus Venus exclusa sit, quæ iustitia excelluerit, Dea Syria nuncupata. Melius itaque accidit Franco Regi, qui impietatis priorem maculam sequente sanctitatis decore eluerit, & impuræ voluptatis sordes speciosis rebus gestis purgari: Vt & Childericus ille, de quo sermonem institueram, quo nihil vnquam odiosius habuere Franci, quandiu immerfit se spurcis voluptatibus, nec charius, dum emerisset. Tum enim maiore longè cupiditate reuocarunt, quàm expulerant, persuasi à Finacro equite Neustrio, ad omne præclarum facinus audaci, qui pro concione proceres populùmque Fræcorum aduersus Childericum extimularat. Quid quæso, inquit, tam sæpè diuque de Rege vestro querimini? aut quorsum Regem illum appellatis, qui vos vxorésque vestras inquinat, & infamia ac dedecore respersit? spuriaque sobole veriùs quàm iustis ac certis legibus ac moribus ciuitates replet? Ne pollute posthac sanctum Regis nomen, iustitiæ militarique gloriæ dedicatum, & hunc lixam potius existimate venerei exercitus, seruùmque mediastinum turpissimarum deliciarum, pro licito capientem quicquid collibuit, nec circumspicientem quàm potentes nationes hoc regnum non ita pridem excitatum, & sine tam væcordi duce abundè clarum ac felix, ægris oculis aspiciant. Propediem futurum existimate, nisi tempestiuè prouideatis, vt (quod abominor) ipsum inuadant, & vnà cum imbelli mœcho Diones columbulo dissipent ac destruant. His

ego plausibilia quibusdam dici posse & audiri scio, quibus ignauia Regis quæstui est: sed me vera pro gratis loqui necessitas impellit. Vellem vtique omnibus placere. Malim tamen vos cum regno saluos esse, qualicumque animo futuros experiar. Finacro audientem multitudinem Vuinomadus cõtempans, se vnà mirificè gaudere simulauit, amicus Regis certissimus, vt quidem incertis in rebus post demonstrauit. Mox Regi in aurem dixit, fugam breuem plerunque magnorum malorum esse lenimentum: & in Thoringiam abeunti dimidiati aurei numismatis partem dedit pro tessera sempiternæ amicitia, & reditus significandi, si quando contingeret Francorum infensa pectora mulcere & flectere: qui quidem Romanum hominem, à quo non semel dâ-^{Greg. Tinn.} na plurima acceperant, sceptro donauerunt, Egidium magistrum militum, posteaquàm illis persuasum fuit alienigenas Reges populis maximis salubriter præfuisse: vt Pelopem peregrinum ex Asia in Græciam venientem, & magna vi pecuniarum sibi inter inopes potentiam parantem, vt ait Thucydides, & regioni nomen relinquentem. Romanum quoque Imperium non exterum tantum, sed etiam exulem autorem respicere non erubescit, quem profugum capta patria exiguas reliquias trahentem, victoris metu longinqua quærentem in Italiam fortuna adduxit. vt taceamus Romæ simul cum Romulo regnasse Tatium Sabinum, & accersitum Numam à Curibus: & L. Tarquinius Priscum Demarathi

^{Greg. Tinn.}
^{romens. li.}
^{2. §. 11. et}
^{12.}

^{Armon. li.}
^{1. cap. 7.}

^{lib. 1. belli}
^{Peloponnes.}

Corinthij filium Romæ acceptum nouo populo, vbi frequenter ex virtute nobilitas fit. Proinde Egidius homo vafer ex Suefionibus, quibus præfectus fuerat, Lutetiam migrans, coacto similior quàm ambientem, fortunam suauiter colloquio, beneficiis quos poterat ciues conciliando, & in iustis iudiciis demerendo, cotidie adiuuabat, & inuidiam in Childericum conflatam libenter augebat: commemorans Carinum Imperatoris Cari, quamuis Galli Narbonensis, filium è Gallia, cui tutandæ præerat, communi voto exactum: quia intemperantissimè viueret, stuprorum & libidinum conscios dignitatibus eximius remuneraret: ac denique auxilio destitutum à Diocletiano, facili pugna cæsum. Quis enim, inquit, succurrisset pudicitie corruptori, & matrimoniorum violatori procacissimo? Rectè profectò Achilles Homericus animaduertit, non solos Atridas præreptæ coniugis iniuria affici, sed omnes homines ex æquo dolere, *παι ὅπῃσιν ἀνὴρ ἀγὰρ δὲσ: καὶ ἐγέρων*
τιδὲ αὐτῷ φίλῃ.

Sic exorsus Egidius à castimonie & æquitatis ostentatione Rex vulgò consalutatur, ex legum præscripto se imperaturum professus, nobilissimo cuique ciuium honores & præmia impertiens. Multa seuerè constituit, nec minus coërcuit, vt alius à Childerico videretur: donec paulatim seueritatem in apertam vertit sæuitiam, & avaritiam, ærarij tenuitatem incusans. Vectigalia non auxit tantum, sed etiam noua excogitauit ex portoriis rebusque venalibus,

vt

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 353
 vt breuicopiosius rem faceret: & cum omnia sub Childerico licuissent, austeritate huius licebat nihil: quam tamen firmabat accitis diligentè compluribus Romanis, quos data opera illustribus Gallorum familiis inferebat, vt ita per mutua connubia deuinceret, & suum arctius firmaret Imperium, cuius iam multos rædere incipiebat. Multus iam super ea re variusque rumor, & diuersa studia dicentium, non ita ægram esse Galliam, quin viros ad sobolem suppeditare posset, vt quæ indigenas olim quocunque misisset cum coloniis, & cuius duces post deuictam Romam in Asiam victores penetrassent, & Galatas populosos ibidem reliquissent. His sermonibus claculum permotus Egidius, dicere tunc solidam domi quietem fore, cum aliarum gentium primores & quasi delicia in ciuitatem reciperentur: coalitos Francos Gallis hoc probare, moribus, affinitatibus, artibus prosperè mixtos, continua & fida pæce manere posteros eorum, nec amore in patriam cuiquam cedere. Gliscente nihilominus Francorum odio eos consuluit, quos sibi fidos arbitratur, quam arte viros nutantes confirmare posset, ac proteruos & reluctantes flectere, vel perdere. Cui Vuinomadus, quem sibi deuinctum aliquot beneficiis putabat, qui que tam verus Childerici amicus, quàm fictus Egidij persisterat, Miror, inquit, ô Egidi, te Romanum hominem dignatione & ingenio præstantem, nescire quid facere expediat, quò magis rebellantes compefcas, & tibi obsequentes efficias. Reminisce-

VV

re, obsecro, Regis Tarquinij consilium & facinus, qui Gabios sæpe ac frustra vi adortus, lepido tandem commento perdomuit, misso ad ipsos Sexto filio trium minimo, velut transfuga de intolerabili patris seuitia conquerente, poscenteque perfugium: quod apud credulos inuenit, mirari desinere iubentes, si in omnes asper, ad vltimum liberos Tarquinius affligeret: in seipsum postremò seuiturum, si alij desint. Ita benignè exceptus dictis factisque ad fallendum instructus, Dux belli legitur, leuibus aliquot præliis Romanos laceffens, & excomposito fugans, dono Deum missus ab inscia multitudine creditus. Demùm è suis vnum suscitatum Romam ad patrem misit, quidnam se facere vellet, quandoquidem vnus omnia Gabiis posset. Huic nuncio, quia fortè dubiæ fidei videbatur, nihil voce responsum est. Rex enim tanquam deliberans, in hortum palatio contiguum sequente nuncio summa papauerum capita dicitur à Tito Liuiο decussisse baculo, ab Ouidio, liliorum.

lib. 2. Fa-
stor.

Nuncius vt rediit, decussa que lilia dixit,

Filius, agnosco iussa parentis, ait.

Nec mora principibus castis ex vrbe Gabina,

Traduntur ducibus mœnia nuda suis.

Ecce (nefas visū) mediis altaribus anguis

Exit, & extinctū ignibus exta rapit.

Credidit facilè Vuinomado Egidius in superbiam & vindictam pronus: & clarissimos quoque Francorū imminutæ maiestatis delatos partim occidit, partim

publicatis bonis deportauit, dolente interim Vuinomado, & ciuū innocentum fortunam miserante: sed tamen paulisper gaudente, quòd intelligeret mox fore, vt eiecto Egidio cuncta feriente, dum cuncta metuit, Childericus amissum malis moribus regnum, bonis reciperet: præsertim cùm portendi videret ostentis exitium Egidio vel expulsionem, qualem Tarquiniis anguis ille raptor significauerat: vt Gallinaceus quadrupes natus, armenta in rabiem concitata, fulmen regias ædes peruagatum, & Tolosæ riuus sanguinis in vrbe media diurno fluxu perstrepsens. Quod prodigium, vt ait Annonius, plures Lib. 7. de
gest. Franc.
cap. 9. ad Gothorum imminentem ruinam detorsere. Aliquantò post Genuæ Ligurum fons sanguinis scaturiens vastitatem vrbs & regionis à Libycis inferendam prænunciauit. Sanè cùm Annibal traiectis Alpibus primo vere magno Gallorum comitatu, quos populationum spe conciuerat, in Hetruriam descenderet, Flaminium Consulem inauspicatum ad Thrasymentum lacum superaturus, in opido Cæreteaque sanguinolentè fluxerunt, & fons Herculis maculis cruentis manauit, & Antij metentibus cruentæ r. Liuius
Dec. 3. li.
2. in orbem spicæ ceciderunt: & Octauio Augusto Sextum Pompeium bellum ciente è cælo sanguis defluxit, eumque aues in varia loca distulere, vt tradit Dion: & anno Guntrani Regis & Chilperici vi-
Lib. 48. cesimo in Parisiensi agro triplici loco uero pluit sanguine, & vestes hominum ita inquinauit, vt ipsi suas horrent, & bella ciuilia fratrum non obscure præ-

sentirent. Certè non incassum cœlestes iræ Egidio minate sunt, & independentia mala experimento ipso demùm patefecerunt, versis retrò à Childerico in eum Francorum animis, & eadem leuitatis aura incensis, spirante iugiter Vuinomado: qui quamprimùm & secretò ad Childericum in Thoringia hospitio Bissini Regis vtentem, nuncium misit cum dimidio nummi aurei, & epistola euentus secundos rerum sigillatim explicante. Qua perlecta mirum in modum recreatus est Childericus iam prudentior. Nec enim tot ærumnas perdidit, sed exilio didicerat vltro miser esse, ac nouisse probitatem non minus pollere quàm robur & opes ad regna continenda & seruanda. Aduentanti illi optimates Francorum obuiam processere ad Barrense opidum vsque, festis vocibus gratulantes, maiore quidem beneuolentia, quàm antea ingenti fastidio expulerant. Quibus ipse vicissim in fidem receptis gratias egit, sermone gestuque corporis tantum modestiæ & benignitatis specimen præ se ferens, quantum luxuriæ exemplum priùs extiterat: ita vt omnes demirarentur, maximè experti postmodum seriò & constanter eum in qua cœperat virtutis via ambulare, in quam iam pridem mollitus, callum vetustatis induxerat: indeoque in Francia honoratus vixit: secus atque Ptolemeus vltimus, cognomento Auletes, Cleopatraz pater, effœminatus, qui propter flagitia Ægyptio regno excidit, exclusus ab Alexandrinis: de quo reduciendo egit Pompeius in Senatu Rom. atque im-

strabo li
17. Geo-
graph.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 355
petrauit. Sed reducto nõ concessit fortuna id quod Childerico, vt rebus nouè gestis præteritam demeret ignominiam. Nam paucis post diebus morbo interii: hic verò Egidium iusta acie fugauit, adeò vt occidendi finem inopia hostium fecerit, & vix Egidius ad Suesiones incolumis redierit: vbi etiam cõfenuit, Siagrii filio relicto. Deinde Adouagrium Saxorum Regem adortus Childericus, Andegauos vsque persequens, opido potitus est, quando hoste nõ licuit: vbi tamen Paulum Romanum in conflictu peremit, atque ita regni metas & famæ amplificauit, vbique sobrius & moderatus, præterquam in bello. Ibi enim in medios hostes irruens, furere videbatur, tam fortis dux quàm mollis amator olim fuerat, vt de L. Sylla proditum est, qui vsque ad quæsturæ suæ comitia vino, amoris, & ludicris artibus indulgit. Quare C. Marius Consul moleste tulit, quòd sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæstor obtigisset. Idem tamen velut ruptis nequitiæ claustris, catenas Iugurthæ manibus iniicit, Mithridatem compefcuit, Cinnæ dominationem fregit: ipsum Marium, à quo fastiditus fuerat, in Africam proscriptum profugere coëgit, mirabili rerum humanarum vicissitudine & morum. Proinde cum fama vbique vulgasset Childericum tanquam longo veterno excussum, boni Regis munia bellissimè implere, amicis mitem, hostibus terribilem euasisse, & ad vitæ honestissimæ frugem se laudabiliter recepisse: Basina Bissini Regis Thoringiæ vxor mariti obli-

Anon.
lib. 1. c. 2.
et 3. vbi
de Basina

Val. Max.
lib. 6. c. 9.

ta, ad illum celerrimè properavit, fassa quodammodo stupri consuetudinem, quia hospitem viro prætulisset. Obiurgata leuiter postea ab amante Rege, vulgi suspicionem formidante, ac sciscitante ab ea, cur ad se tam sedulo venisset, illico respōdit se quocunque gentium, & quidem trans mare iruram, si virum Childerico digniorem fortiri confideret. Quo responso ex tempore dato oblectatus, ex amica uxorem fecit: non immemor Augustum Cæsarem in magna fortunæ indulgentia, & pari virtutis ornatu, non aliam magis adsciuisse sibi coniugio, quàm Liuiam Tyberio Neroni nuptam, etiam vterum semestrem ferentem, eamque constanter & vnicè dilexisset, ac puerum natum Claudium Dru sum patri misisset, & in commentaria sua retulisse Principem, cui ioci ac sales subiti saluo maiestatis respectu perplacere: præsertim in muliere nobili Iulia filia, quæ interdum licentiore habitu oculos paternos offenderat, postridie exhilararat seueriore, sed magis scite dicto: Hodie, inquit, me patris oculis ornaui, heri viri. Ita enim gaudio effusus fertur optimus pater, vt diceret inter amicos, duas habere se filias delicatas, quas necesse haberet ferre, Iuliam & Rempublicam. Sic Basinæ plurimum gratiæ apud Regem conciliabat ingenitus lepos, ac festiuus sermo grauitate aliqua temperatus. Melius enim fuit excusatione culpæ à virtute viri charissimi accipere, quàm mariti derelicti mores incufare, aut culpam impudenter inficiari, imitarique Stefichorum poetam & Musi-

Dion lib.
48.

Macrob.
lib. 2. Saturnal.
cap. 5.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. V. 356
cum, qui captus erat oculis ob Helenam vituperatam, fortè quòd diceret eam crueti belli causam fuisse, raptorem secutam Paridem Menelao neglecto: quodque Polyxo Argiua Tlepolemi coniunx, Rhodi Regina, ad quam confugerat, ipsam in balneo lauantem submissis ancillis Furiarum habitu suspensio necari mandarit, teste Pausania. Nescio enim quo pacto mihi displicet illa Stefichori recantatio, propter quam visum amissum recuperavit, & quæ Socrati grata apparet.

IN LACONICIS, li. 3.

Plato in Phædro.

*Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis
Existi fugiens, nec adisti pergama Troiæ.*

Sine rubore etenim negari non poterat id, quod per omnes mundi partes propter bellum memorabile & cladem insignem fuerat decantatum. Satius itaque putarem sexus fragilitati, amoris raptorisve violentiæ, tot mala accepta tulisse. Cæterum Basina Regina est Clodoucum filium, visa sibi in somnis Vnicornem, animal aduersus venenata salubre. Nondum pacata erat res Gallica Britannis irrupentibus, nec in sula sua satis contentis. Turonensis scripsit, ad Bituriges vsque populabundos venisse, sed à Gothicis oppressos. Constat autem Britannos ægre coërcitos, fretos Arturo Rege, multum quidem, sed vix pro meritis laudato, & Christiana religione imbuto: quam quoque suboluisse Chilpericum iam senem nonnulli tradidere. Idque verisimile satis est, cum Gallia passim scateret Ecclesiis benè institutis, habuissetque Præsules sanctissimos, doctrina & ex-

Lib. 2. historiæ.
§. 18.

Æmilium in Childerico.

* *Hunc ci-
tat idem
Turon. li.
2. §. 13.* plo conspicuos, vt Paulinus presbyter * refert. Vi-
deas, inquit, dignos domino sacerdotes ordinatos:
Venerandum antè senatorem, mox Episcopum Ar-
uernum mortuo Artemio: Exuperium Tolosæ, Sim-
plicium Viennæ, Amandum Burdigalæ, Diogenia-
num Albigeæ, Dynamium Engolismæ, Alithium Ca-
durcis, Pegasium Petragoriis, dignissimos totius fi-
dei religionisque custodes. Accepi ego defuisse
Chilpericum amplius scrutari, quidnam continere-
tur Christi dogmate, audito implacabili dissidio,
quod duos Pontifices Romanos, vrbisque ipsius sta-
tum vehementer excogitauit. Electi enim à diuer-
sæ factionis hominibus, & neutro cedente alteri, ci-
ues docuere rixari, quos indignantes sedare debue-
rant. Dum Anastasio. II. defuncto sacerdotum pars
Symmacho Sardo suffragaretur, * altera pars Lau-
rentio competitori, qui visus deterior arbitrio
Theoderici Gothi Regis, à Symmacho specie hu-
manitatis Nucerinæ Ecclesiæ præfectus est. Nec
defuit Germanus Capuanus Antistes, qui assereret
Paschasium Diaconum Laurentio studentem, alio-
quin minimè malum, obiisse, ac postliminio re-
uersum renunciaffe, perperam se restitisse Sym-
macho, idque piaculum flammis luere: adeò non vi-
ui solùm, sed etiam mortui potioribus fauent, quod
vtinam vltimum fuisset, ne rem Christianam ambitu
& dulcedine diuitiarum Pontificatui quæsitaram Pa-
pæ multiplices vario schismate turbassent, & lace-
rassent, Regibus ac populis in partes vocatis: post-
quam

* Anno
domini
497.
Platina in
eius vita.

annon. li.
1. cap. 11.

quàm pro sanctimonix mercede non supplicia &
cælum, vt D. Petrus & Alexander *, sed opum af-
fluentiam expectarunt, & regium decus. Pudet re-
ferre sacerdotum controuersias letales Reip. pacatas
censura illorum, qui à religione sacra abhorrerent,
ac mirarentur Christianæ pietatis summos professo-
res nihil minus colere, quàm pacem & concor-
diam. vt dum Paulus Samosatenus Antiochenæ præ-
sideret Ecclesiæ, & arroganter degenerasset à recepta
disciplina, ac nonnullos iam contagio infecisset mi-
ra peruicacia, dicens Christum diuinitatis expertem,
Dei filium velut domicilio excepisse, deinde dimi-
sisse. Cui Aurelianus Cæsar de demonum cultui super-
stitiosè addictus silentium imperauit, pertæsus eius
audaciam, & alij Episcopatum iniungi coëgit arbi-
trio Præfulum Italicorum. Post fastidita dissensione
Felicem Romanum Pontificem mactari iussit in son-
tem, sepulturæ iure seruato. Ediuerso Hadrianus
Imperator postquàm abundè in Christianos sæuie-
rat, perspecta ipsorum sanctitate, & innocua viuen-
di ratione, pœnituit, & necatum Alexandrum Pon-
tif. eluxit: & cùm Hierosolyma euertisset, indito
Æliæ Capitolinæ nomine, pulsus Iudæis, à Chri-
stianis habitari permisit. Tradit Lampridius, Ha-
drianum cogitasse aliquando Christo templum fa-
cere, ipsumque inter Deos recipere, & in multis ci-
uitatibus templa sine simulachris posuisse: tamen
pergere vetitum ab iis, qui sacra consulentes repe-
rerant, si id optatò euenisset, omnes futuros Chri-
-

* *Hic sub
Hadriano
imper.
martyr
fuit.
vide Pla-
tinam.*

*Nicoph.
li. 6. hist.
cap. 29.*

*in Alex.
Seuero.*

stianos. Addit idem scriptor, Alexandrum Seuerum matutinis horis, si non cum vxore cubuisset in lario suo, in quo Diuos, principes optimos & sanctiores animas habebat, Christum, Abrahamum, Orpheum collocasse, & rem diuinam fecisse: & cum aliquem emendaret, per præconem dici iussisse Christianum illud, Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Quam sententiam mirificè dilexit, & in Palatio ac publicis operibus præscribi curauit. Ita potuit Chilpericus nonnihil Christianæ institutionis sensisse, & libasse, magis quàm hausisse. hunc enim honorem Deus excellentissimus rerum arbiter filio eius Clodoueo seruabat.

Libri quinti finis.



STEPHANI FORCA-
TVLI IVRISCONSULTI, DE GALLO-
rum Imperio & Philosophia,

LIBER SEXTVS.



LODOVEVS igitur regno inauguratus hoc ipsum mirificè amplificauit, & illustrauit: perfecitque vt nullus hominum vni tam gratus esse queat, quàm ipse multis extitit, maximè postquàm Christi militiæ nomendedit, & litura veritatis priscae superstitionis errores aboleuit, Gallorùmque commutauit insignia in melius, tametsi olim nonnihil sanctitatis speciosè referrent. Aiunt verò in clypeo Gallico tres Bufones pingi solitos antiquitùs: quod quidem, licet fabulosum prorsus, plerique auidissimè crediderunt. quod mox ipse confutabo, & liliorum nobilitatem ac originem verè subiungam, nihil veritus obstrepentium voces & virus linguæ subditum, præcipuè quòd Physici tradunt radicibus lilij erutis ser-

Pallad. li. 1. de reru. sic. ca 35.

XX ij

aur alij modestius, sed æquè falsum, tradidere gentilitium insigne Gallis triplicis lunæ in cornua sinuate usurpatum. Alius tria appinxit diademata, pro auctore habens si quid sibi soli collibuit, non sine veracundix testimonio. Pudebat enim Bufonem clarissimæ genti ascribere, animal veneno & pigritiæ tantummodò natum, cuius naturam parentem puidisse suspicor propter fœditatem: ideòque in cauis terræ abdidisse, vt perenni carcere lateret, & virus sugeret. Quanto satius fuisset ranam saltem elegisse, quæ decocta venenis serpentium omnium resistit, & cuius lingua palpitanti mulieris dormientis cordi imposta, vera responsum interroganti efficit, teste Democrito: ac denique cuius imaginem in anulo Mæcenas habuit, cum tabulas & rescripta Augusti signaret, aliquando cum terrore populi ranam detestantis indictis tributis. Præstitisset etiam Salamandram eligere, veneno quicquid contigerit inficientem, sed pollentem vi medica, dum iuuat exedere vlcus, & frigida facultate flammam & rogos extinguentem, & quam consultissimus Rex Franciscus I. nostra memoria peculiari symbolo sibi accepit, sicut antea Carolus V I. Cerui volantis effigie delectabatur: * quia venanti occurrisset ipsi in vasta sylua ingens ceruus vinctus monili, ac torque æreo bellissimè inaurato, & inscripto: vel quia animal simplex & velox, serpentibus inimicum, narium spiritu è lateribus extrahit renitentes, ac febribus aduersatur. At fortè dicet quispiam: Benè meritus fuit de Gallia

*remilins,
or Nic.
Cillius in
Closuuo.*

*Dioscor.
lib. 2. cap.
24. Plin.
lib. 32. c. 5.*

*Ælian.
lib. de a-
nimal.
nat. 2. ca.
31.*

*Anno
1582. Nic.
Cillius.*

Bufo, ideò charus. Nam Delphi Lupum coluere, quoniam aurum sacrum è sano lectum ablatumque, & in monte Parnasso defossam, indicio suo detexerat, vt ait Polemon, dum fortè terra vesceretur. quod illi crebrò accidit in summa fame, præsertim Lupo ceruario, qualem è Gallia deductum Pompeius Magnus in arena plausibiliter exhibuit, ardua feram & Marti consecratam, nec imbellem, qualis est Bufo noxius, & dirus magis quàm strenuus, nullo obsequio antiquis Gallis officiosus, aut amandus presentibus: eò minus, quòd Diodorus scripsit, Gallos olim in scutis prælongis formas animalium prominentes æreas gestasse, non ad tutelam solum, sed etiam ad ornamentum: quod quidem à lurido Bufone nemo caperet, à Gallo aue potius expectaretur, quem in scuto circumtulit Idomeneus Minois nepos, à Pasiphæ Solis filia oriundus. Nam præterquàm quòd Soli gallinaceus sacer est, eiúsque reditum prænunciat, pugnx amore nulli cedit: in ea plerumque commoritur. Ideòque Lacones dum vi aperta hostes superassent, Marti gallum sacrificabant: dum Imperatoris arte, bouem: assuefacientes ita duces, vt bellicosi & astuti euaderent. Et haud scio, an his aludens Atticus Socrates apud Platonem, cicuta epota moriturus, post apertum certamen contra vitæ illecebras & iudicum malignitatem, mandet Critoni vt gallum Æsculapio debitum reddat: perinde ac si victorem se innuat, ac prædicet, cælo vitam redintegraturum. Cæterum Galli bouem publico regni

*Ælia. lib.
de anima-
lib. 12. c.*

*40.
Plin. lib.
8. cap. 22.
Arist. lib.
8. animal.
cap. 5.*

*Lib. 6. de
antiquor.
gest.*

*Pausan.
in Eliacis
prioribus.*

*Plutarch.
in institutis
Laco-
nic.*

*in Phæ-
done, in fi.*

clypeo præ cæteris animalium figuris assignarunt, quia præ cæteris quoque nationibus religionibus dediti fuerunt, ut Cæsar asserit. Itaque boue faciebant, ut lautissima Deorum placatione, & bellicosis viris maximè congrua, propter animalis ingenium dimicationem amplectens, sparsa in altum arena: eoque stimulo ardescens de imperio certat, cornibus in procinctu manentibus, dum aduersarius accingitur duello. Proinde antiquissimum Gallorum insigne habuit aram, cum duobus tauris candidis sacrificio paratis, ac eorundem rutilis auro cornibus, & querna fronde ac vario flore reuinctis, non sine conuoluo per ætatem liliis simili, ut rudimèto quodam naturæ lilium facere addiscentis, idque iam Gallorum decori præparantis. Non est omittenda, inquit ^{lib. 16. cap. 44.} Plinius, Galliarum admiratio: nihil habent Druides magi quercu & visco sacratius. Roborum eligunt lucos, nullum sacrum sine ea fronde faciunt. Inde suam appellationem * traxerunt. Viscum arbori innatum è cælo missum putant, & magna religione petunt sexta luna, quæ principia mensium annorumque his facit, sacrificio epulisque ritè sub arbore paratis. Duos, inquit, admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primùm vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit, falce aurea demetit: candido id excipit sago. Tunc demùm immolant victimas, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat. Sterilitatem & venena arceri eo remedio arbitrantur. Sanè quia eiusmodi sacrum

lib. 6. de bello ciuili.


lib. 16. cap. 44.

* *δρῦς enim quercus est. A. libi dictum est de Gal. lib. Græcè locuris, lib. 1.*

Græca voce & vulgari vocarent Buphonia, à bobus maectatis, factum est, ut postea inoluerit error, existimantium insignia Gallica Bufones continuisse. ^{Lib. var. hist. 8. c. 3}Ælianus memorat Atticis in more fuisse, ut cæso boue omnia reliqua à cæde libera pronunciarent, & enfem velut cædis reum ac autorem condemnarent, & diem festum appellarent *διπώλιω & βεφόνια*. Et Paulianias: In Poliei, inquit, Iouis ara hordeum tritico ^{in Atticis, sine lib. 1.} permittum apponunt. Bos ad sacrum comparatus, dum ad aram accedit, eas fruges attingit ex sacerdotibus is, quem Buphonum, id est, bouis percussorem nuncupant: securim iaculatus fugiens abire: quæ rea in iudicium peragitur, ac absoluitur annuo more, instituto cum Erechtheus Athenis regnaret. Hostias verò maiores inaurata prætulisse cornua ostendit Nestor Homericus, Mineræ rem diuinam facturus, iubens accersiri Laercem aurificem, ut bouis cornibus aurum circumfunderet, priusquam solene ad epulum iretur. hinc Virgilius similiter:

Et statnam ante aras aurata fronte iuuenicum.

Observatum namque fuit sacrificantibus, ut hostia ducta susteretur nihil reluctans: alioquin amouenda, tanquam inuito quoque Deo offerretur. ^{Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 5.}Quare Christus optimè litauit, sponte immolatus ad expianda hominum scelera ad crucis aram: & ut Propheta ^{Esai. c. 53} loquitur, oblatum est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Sicut ovis ad maectationem ducetur; & quasi agnus coram tondente obmutescet. Generationem eius quis enarrabit percussi, & Patri maximo



dicaui propter scelus populare? Suauissima utique
 extitit hostia, Solem ipsum potestate summa inau-
 rans, & Lunæ candorem longè excellens, tantum
 abest ut à Gallicis Buphoniis æquari poterit: quæ
 paulò post ipse antiquauit flore candido bobus can-
 didis suffecto. Quorum nomine libenter utor, cum
 videam Romanos non ab simili errore, ac supra Bu-
 fonum allusionem ridiculo, septem stellas, quæ in
 capite Tauri sunt, Suculas nominasse, quòd ipsas
 Græci Hyades dicerent, quibus *Deæ* suæ sunt. Atta-
 men *υάδες*, non appellantur *υάδες*, sed ab eo
 quod est *υεω*, id est, pluere. Nam & cum oriuntur, &
 cum occidunt, tempestates & largos imbres cient, ut
 animaduertit Tullius Tyro, Ciceronis libertus, in
 Pandectis. Postquam telum hoc dedecoris ex cor-
 pore Gallix reuulsum est, Bufonibus eiectis, & sua
 cauernula oculi iussis, lilia promenda sunt: licet
 potuissem sustinuisse, donec Clodoueum Christi le-
 gem edoctum commemorassem. Sed quia proximè
 de bobus albis ad aram statutis egimus, & quia Chri-
 sto Flamine plus quàm Diali sese immolante anti-
 qua sacrificia exoleuerunt, ne Galli destituerentur
 insignibus, lilia cœlitùs demissa sunt natiuo colore
 destituta, & auro tincta, non quale ingenio meo ex-
 primi potest, sed quale labente scuto ab ipsis stellis,
 Solisve fulgore contigit accipi. Nam & cœli color
 aureis liliis sparsis variè suberat. Ut enim tria tantùm
 lilia pingerentur pro multis, edixit Carolus VI. Rex
 victis Anglis in Armoricis campis, dum per otium
 ternarij

J. Gill.
lib. 13. ca.
9. Cic.
lib. 2. de
nat. deor.

Nic. Gill.
1381. an-
201.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 361
 ternarij numeri dignitatem meditatur.

Tria numerus super omnia, ter Deus vnus,
 & reliqua quæ congerit Aufonius de triplici Philo-
 sophia, de tribus Parcis, totidem Gorgonibus, &
 Syrenis. Accedit ius XII. Tabularum,

Sacrum, priuatum, & populi commune.

necnon tres virtutes Theologis commendatæ: &
 quod præcipuè animaduertendum, tria pignora de
 cœlo missa Imperij Gallici sempiterna: scutum li-
 liatum, phiala odorata, & vexillum splendidum, pur-
 puram ætheream confitens pro certo. Nihil verò
 moramur incredulos & securos, qui sorte humana,
 non diuino consilio regna institui arbitrantur, & lu-
 bentius amplectuntur Numæ Romani cæremonias,

& lapsa ancylia cœlo.

deinde Palladium ab Illo translatum: nam

Crèditur armiferæ signum cœlestè Minervæ

Vrbis in Iliacæ desiluisse iugæ.

tametsi Suidas Troi regi urbem condenti datum à
 Philosopho, cui Asio nomen esset, scripserit, & ab
 eodem Asia nomen serpsisse, quæ antè Epirus voca-
 retur: Palladium verò ab Antenoris vxore Theano
 templi sacerdote proditum ad Diomedem peruenisse.
 De quo quid statuam aduersus famam pertinacem,
 non inuenio: nec facillè scio an Deus permisit
 mira quædam tribui religionis læuæ cultoribus,
 ne non humanum genus Deo autori curæ esse suspi-
 carentur: ut dum Tucia Vestalis virgo incesti postu-
 lata, synceritatis suæ conscia, spem salutis ancipitè

virgil. 8.
lib. æ-
neid.
Ouid. lib.
6. Fañtor.

val. Max.
lib. 8. c. 1.
l. digna.
c. de ll.

argumento probavit, aquam cribro hauriens ex Tyberi, & in templum perferens, cedente natura. Diuinitus autem Liliū Francorum ornamento assignatum videtur: quoniam cum sit flos supra modum excelsus, & striatus in modum calathi, se tamen submittit inflexo collo: innuens Regem eminentissimum nullis legum vinculis alligatum, sponte legibus pariturum capite coronato atque aureo, posteaquam Deo placuit candorem Liliij penicillo cœlesti inaurari, non sine omine regni firmiter constituti. Callicrates Tyrius doctissimus scripsit Aureliano nascenti, qui tandem Romanus Cæsar euasit, & Gallias afflictas asseruit, hoc maximè portendisse Imperium, quia in matris eius, quæ in templo Solis sacerdos erat, chorte, rosæ odoris grati, floris aurei, existent. Non igitur est quod poeniteat Francos coloris aurei & pretiosissimi, quamuis Mercurius apud Homerum Moly herbam Vlyssi ostenderit nigra radice, lacteo flore, effossu difficilem mortalibus, veneficiisque Circes maleficæ restitutam: vim meram virtutis significans, primordio molestant, postea suauem & amœnam, cuiusmodi sunt omnes eximiæ disciplinæ. Cæterum quod aureum est, id longè est pulcherrimum, & candido præferendum, exemplo Solis & syderum. Cum itaque Christusmet Liliorum pulchritudinem considerandam, reliquis floribus posthabitis, nobis reliquerit, eamque prætulerit gloriæ & ornatui regis Salomonis, aureus fulgor ab eodem tanti floris opifrice additus, mirabilem quan-

*Fl. vapi-
fers in vi-
ra. Cwe-
liani.*

*odys. 10.
Plin. lib.
25. cap. 4.
lutei etiã
floris me-
minis.*

Matth. 6.

dam vim meritò attulisse creditur. Nec me mouet, quod Plinius obiicit, argentum esse clarioris coloris, ^{Lib. 33. c. 3} magisque diei similis: quia planum est, & ipsa diei luce magis perspicuum: Solem ipsum diei causam vnicam esse, & lucis fontem, & cuiusuis luminis moderatorem. Sanè vbinam Lilia cœlestia deciderint, & per quem genium, quæve in valle Clotildi <sup>vide Gil-
lium lib.
I. Annal.</sup> Reginæ indicata primùm fuerint, ab aliis scriptum esse malo, quàm dubia pro compertis afferre. Præ-<sup>in Clodo-
ueo.</sup>mittere autem nequeo bellum à Clodoueo feliciter confectum nondum perceptis Liliis, ex quibus iam apiculæ in morem mel elicuisse mihi videor dulcissimum. Nam ab intima Gallia Romanos exterminauit, quorum dux Syagrius Suefionum vrbe pro regia sede potiebatur. Vbi enim Valentinianus Cæsar Aëtium optimum ducem insidiis occidi curauit, pessum ire cœpit in Galliis Romana autoritas, & crebra Principum cæde ac mutatione vacillare, quoad prorsus intercideret, Valentiniano occiso à Maximo audaciæ incredibilis homine, non diu tamen super futuro, ne incomitatus Cæsar inferos peteret. Cui succedens Auitus Senatorij ordinis vir, summoperè studuit Gallos sibi deuincire amicitia & necessitudine. Itaque generum asciuit Apollinarem Sidonium clarissimæ familiæ, Episcopum quidem Aruernum, sed qui se patria Lugdunensem innuit, Candidiano <sup>lib. 1. Epi-
solar. c. 8.</sup> scribens: Morari me, inquit, Romæ congratularis: ais enim gaudere te, quòd aliquando necessarius tuus videam Solem, quem vtique rarò poter Araricus

inspexerim. Nebulas enim mihi meorum Lugdunensium exprobras. Alibi Auitum focerum suum Aëtij comitem prædicat, & mox Maximi.

Lib. 3. c. 1.
Lib. car-
minum,
cap. 7.

*Orbis, Auite, salus, cui non noua gloria nunc est,
Quod rogat Aëtius voluisti, & non nocet hostis.*

Et paulò post: - princeps iam Maximus, vnum

*Quod fuit in rebus peditemque equitumque magistrum
Te sibi, Auite, legit.*

Li. histor.
Ecclef. 15,
cap. 11.

Cæterum, inquit Nicephorus, post Maximum Romæ Auitus rerum potitus est mensibus octo, qui vbi fame vitam finiuit, Maiorianus biennio Imperium

tenuit, cæsus dolo Ricimeri militiæ magistri. Gregorius verò Turonensis Auitum Senatorem, ciuem Aruernum, Sidonij Præfecti, deinde Episcopi amabilis focerum, ab Imperio ad Episcopatum Placentiæ vrbis declinasse tradit, Martiano successore dato, in Galliis autem Egidio Romano equitum magi-

Li. 2. hist.
Franc. 5.
xi. & 18.
21.

stro, quem à Childerico acie superatum ostendimus: & cui Syagrius filius successerat, iam non vt Proconsul Romanus, sed vt Gallorum Rex, ditione fruens: nempè tantisper dum Romæ & Constanti-

nopoli alij aleam Imperij ludebant, Leone Magno hic imperante Asparis Patricij beneficio, aut certè maleficio. Nam Martianum veneno substulerat.

Zonaras
lib. 3. An-
nal. in
Martiano,
& tornæ
des in Ge-
tici.

Romæ Anthemius senator principem egerat, donec à Ricimere genero necaretur, Olibrio suffecto. Quare agitato huiusmodi fluctibus Imperio crebra & cruenta dominorum mutatione Syagrius, tanquam è littore spectans aliorum naufragium, apud Suc-

fiones securus morabatur angusto iam limite, & à Francis vehementer presso. Proinde valde æstuabat animo futuri fati nescius. Quantum enim ille de recuperandis agris opidisque à patre amissis, tantum prorsus de ampliando imperio cotidie angebatur Francus Clodoueus. Erupit demum belligerandi cupidus: atque indicto bello Syagrius magnanimus magis quàm felix, acriter pugnans, à suo destitutus exercitu fugæ se credidit: & penates Romanos secum quodammodò asportabat, vix equidem reuersuros, coactus faciem sanguine oblinere, ne agnosceretur: hominum miserrimus, neque retinere vitam volens, neque sua manu amittere: multos quos fugeret respiciens, neminem ad quem confugeret, præter Alaricum Regem Gothorum Tolosæ degentem, à quo benignè receptus, perfidè deceptus, Clodoueo reposcenti redditus, lucis & regni vsum amisit. Alaricus enim præ Francorum potentia diffusus viribus suis, alienæ cladis accessionem se fieri metuens, amicitia & fœderis pretium Syagrium ipsum fecit: vt Bocchus Mauritanie Rex Iugurtham, pro quo aduersus Romanos steterat, deseruit: & specie ineundæ pacis & colloquij inermem circumuenit, comitibusque eiusdem obruncatis vinctum Syllæ tradidit, mutata fortunæ exemplo voluntate. Inter tot fortunæ obsequia Clodoueus parumper otio indulgens, de vxore ducenda posteritatis iuste causâ cogitabat. Cui Aurelianus cubiculo præfectus: Si te dignam queris, optime Rex, Clotildem Burgundam

Turonensis
ait, clodo-
uicum pro-
uocator:
Amilius
contra.

tibi habeto: alioquin cœlibem te manere oportet. Illa enim sanguinem & mores planè regios habet: quinetiam dote regia subfulta est, Burgundi regni hæres lege vocante: sed dolo patruï Gundebaldi parentibus & opibus orbata mœret: Ideoque futura modestior, quod dolore pio impedita aulicum luxum minus senferit. Hæsit meditabundus Clodoveus, sperans quidem fore, vt simul cum puella regno potiretur. Sed verebatur ne suos Deos irritaret, siquidem Christo addictam duxisset. Sciendum ete-

*Hierony.
in chro-
nicis, an-
no christi*

377.

Plin. li. 4.

cap. 14.

Adonis

Viennens-

is in 6. a-

rate, &

Turonens.

lib. 2. §. 9.

Lib. 7.

cap. 32.

idem sen-

tit vido-

rus, lib.

Elymo-

log. 9. c. 4

nim est, Burgundiones gentem Germanicã ad Rhenum descendisse ad milia circiter octoginta, antequam Franci in Gallias migrassent, & paulò antè quã Pharamon rem Francam aufpicaretur, Rhenũ transgressos, gustatis Galliæ fructibus, vberimas Rhodani ripas etiam occupasse: religionem Christianam didicisse, sed fæce Arriana contaminatam: mox resipuisse melioribus imbutos præceptis, & synceram complexos. Sic enim de ipsis loquitur P. Orosius, Burgundionum nouorum hostium nouum nomen, qui plus quàm octoginta milia (vt ferunt) armorum ripæ Rheni fluminis insederunt. Hos quondam subacta interiore Germania à Druso & Tiberio adoptiuis filiis Cæsaris per castra dispositos aiunt in magnam coaluisse gentem, atque etiam ita nomen ex opere præsumplisse: quia crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgò vocant, eorùmque esse præualidam & perniciosam manum. Galliæ, inquit, hodieque testes sunt, in quibus præsumpta

possessione consistunt: quamuis prouidentia Dei omnes Christiani modò facti Catholica fide, nostris clericis quibus obedirent receptis, blandè, mansuetè, innocentèrque viuant, non quasi cum subiectis Gallis, sed verè cum fratribus Christianis. Ex quo liquet, religione sancta Burgundiones mansuefactos, sicut eadem multè aliæ seuæ & agrestes gentes, in queis Gallos & Gothos Nicephorus adnumerat, se ad humanitatem composuerunt. quandoquidè nihil præcipit Christi lex quàm vnus Dei cultum merum, & mutuam hominum concordiam bonorum omnium largitricem. Eam verò in Gallia pridem docuerat Crescens ad eam missus à Paulo Apostolo, qui diligenter morem gerens mandatori multas diuini sermonis scintillas huc atque illuc sparserat, & Viennè ecclesiam solidè fundarat, cuius radiis Deus Burgundiones illuminauit. Quinimò grauis autor Epiphanius Cyprius Episcopus Diuum Lucam similiter in Italia & Gallia Euangelium, cui conscribendo incubuerat, prædicasse Pauli Apostoli hortatu tradidit, vehementer refellens eos, qui Galatiam Bithyniæ pro Europea explicuerunt, veràque Gallia. Addunt Dionysium illum Atheniensis Areopagi primum decus ab Apostolo Paulo eruditum, ac mirantem suas Athenas à Gallis eloquio exequari: quorum aliqui Dionysium velut *διδσνουδσ*, id est, Iouis mentem, benignè interpretabantur. Insuper refert Socrates, Consulatu Theodosij tertio decimo, & Valentiniani tertio, Burgundiones vltro venientes in

*lib. 8. hi-
storiar.*

cap. 33.

*Euseb. in
hist. Euã.*

lib. 3. c. 4.

*Adonis in
6. a. rate.*

*Turonens.
is, lib. 2.*

*Tom. 1. li.
2. contra
heres. ca.*

*lib. 7. hi-
storiar, ca.*

ciuitatem Gallicam baptisma efflagitasse, eò tantùm quòd ab Hunnis bello molestarentur, & humanæ opis indigentes ad diuinam confugerent. Nèc frustra. Nam extemplò contigit Vptaronem Hunnorum Regem crapula distentum suffocari, ac deinde eius exercitum duce destitutum prelio superari: ac si infausta omnia baptisate eluerentur, & felicitas rigata viresceret. Idem fermè Clodoueo accidit inclinata iam acie Christum imploranti, cuius doctrinam primoribus labris Clotilde regina docente libauerat: vsque ad eò illi profuit fœminam fortiri prudentem, & vera religione informatam è Burgundia. Nam, vt prædixerat Apostolus, per fidelem mulierem maritus à fide recta abhorrens, sanctificatus est & ex politus. Difficiliter tamen Clotildem indeptus est Clodoueus iugi patruī custodia seruata, velut alteram Danaën olim in turri edita inclusam, mox aureo imbre eripiendam, vt est in fabulis. Nam semper est mens hominis post scelus patratum meticulousa, secum vnà ferens testem, vltorémque assiduam: quoniam Gundebaldus Gundericho rege genitus, Godegisilo, Chilperico, ac Godemaro fratribus munitus ac ferox, multa magni momenti bella susceperat, multa confecerat: Liguriam magnis copiis ingressus, in Gallias infinitam captiuorū multitudinem abduxerat. Cui redimendæ præstinatus à Theoderico Gotho Epiphanius Episcopus, sanctitatis suæ reuerentia sex milia reduxit. Si tam pius in suos fuisset Gundebaldus, famam ingentem quæ-

1. ad Cor.
viii. 7.

Gregor.
Turonens.
lib. 2. §.
28.

Paul. Dia.
conus lib.
16. in fin.

fuisset, quemadmodum sibi quæsiit ærumnam & tristitiam. Posteaquàm Chilpericum fratrem trucidauit, vxorem eius nequicquam cœli auxilium implorantem profluente submersit: maiorem natu filiam Mucur unam virginem sacrari coëgit. Clotildem subtraxit furori prospera absentia, & innocens ætas: vel veriùs Dei benignitas puellam, indole, forma, animoquæ singulari præditam custodientis, vt quandoque Francum regem sanctissimis & dulcissimis colloquiis ad veritatis notitiam traduceret. Proinde Burgundio, qui neque si puellam tolleret, iustè se facturum intelligebat, neque tutò, si adolescere permitteret, varia cura frangebatur: donec accidit Aurelianum nuncium à Clodoueo mitti in aulam Burgundam, captaturum occasionem opperendi Clotildem & alloquendi, ne fortè præter fas inuita ^{Annou. li.} ^{lib. 1. c. 13.} nuberet: Ideoque instar Vlysis Homericī, Regi fidelissimus detritam mendici penulam accepit: & quia, vt inquit poëta,

αἰδώς δ' ἐκ ἀγαθῆ κερενηιδύρι ἀνδρὶ παρῆναι,

Odyss. 17.

id est, pudor bonus non est viro indigenti adesse, in templi vestibulo manum porrexit egredientibus, ὡς εἰς πτωχὸς πάλαι εἶναι, expectans Clotildem stipem viritum dare solitam poscentibus. Nam à reliquis nihil dum acceperat: quia videretur palàm vegetior quàm vt dignus pauperum præmio esset, ac quodammodo laborare ne laboraret, vt Diogenes dixerat de medicante valido. Sed Clotildis singulis sine delectu donans, Aurelianum, à quo salutabatur, non præ-

ZZ

termisit: qui dextram eius exosculans, & suam vili de penula exerens, detexit interiùs vestem auro trillicem, & conuenientem Oratori regio: Ita vt Clotildis domum reuerfa, nihil prius habuerit, quàm per ancillam ipsum accerere, & legationis finem intelligere: interim pudenter respondens, suum non esse quicquam de nuptiis statuere, sed patrum de his consulendum: Sibi quidem Clodoueam regem mirificè gratum fore, si modò sacra Christiana non respueret. Confestim Aurelianus de sacculo munera regia deprompsit: inter quæ anulum aureum, quo medium manus albentis digitum impediuit, iuxta priscum Gallia ac Britannia morem. Nam Romani digitum minimo vicinum potius cingebat, propter neruum quendam è corde natum, qui ad illum sinistrae manus digitum pergat, consultis anatomicis libris. Hoc pignore affectam obstrictamque domino suo virginem Aurelianus deseruit: in Galliam abiit, sedulo reuersurus vt Gundebaldo Regis Clodouei desiderium aperiret. Qui conscius facinorum, & regni violenter ac nefariè occupati expalluit: tamen composito ad lætitiã vultu, probè sciens longas esse Regis Francorum manus, ditionemque latissimam, annuit Aureliano, ei que puellam credidit comitatu splendido & ornatu egregio stipatam. quam Clodoueus in Successionum palatio lautissimè exceptam nuptiis magnificis sibi sociavit: Aureliano legatione feliciter defuncto, Miliduni opidi Ducatum iure clientela impertitus, *ne à quoquam beneficiis,

Plin. lib. 33. cap. 1.

Macrobius lib. 7. Saturnal. cap. 13.

* *Anno 498. Nic. Gillim.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 366
nedum armis vinceretur. quæ virtus maximè pupugerat Clotildem ad amorem mariti, & ad vicem ipsius dolendam, quòd alienior à Christi pietate cederetur, & diis vanissimis victimas sepe caderet, nonnunquam etiam eo nomine obiurgaretur, sed comiter. Quid prodest, inquit illa, ô Rex, boues infontes Ioui Martive mactare aratro magis vtilis: Iam tales dij præ nimio fumo collacrymant, imò nihil vident, nec te in periculis aspicient, nec eripient: sicut paulò post euenit, vt fatidico ore pronunciatum. Sed nondum Regi error altissimè impressus poterat extrorqueri. Quin potius etiam atque etiam obduruir, vbi filium ex Clotilde substulit, quem lotum lauacro sanctissimo mors subtraxit indignante Clodoueo, & Christianæ religionis auspiciã puero infasta insimulante, cum sua potius incusare debuisset: vt potè qui (vt comperi) pertinax in superstitione maneret. Procopius vtique est autor, Francos, cum Christum quoque venerari cœpissent, pleraque antiquæ opinionis retinuisse, & Gothorum bello domitorum corpora pro belli primitiis in Padum proiecisse, vaticiniis etiamnum studuisse. Itaque Rex Francus post baptisma flammis puerum rursus ostēderat anili lustramento: quemadmodum Manasses Rex extruens aras in duobus atriis ædis diuinæ, & traducens filium suum per ignem, vacans auguriis, & ariolis pessimis auscultans, confestim mortuus propter offensionem, quia ritus alienos æmularetur, quos in Parilibus festis Romani seruauerunt. Vnde

lib. 2. de bello Gothor.

4. Reg. 21.

Lib. 2. E. Tibullus:

legiar. 6.

Ouid.

4. Fastor.

At madidus Baccho sua festa Parilia pastor

Concinet, à stabulis tunc procul este lupi.

Ille leuis stipulae solemnes potus acervos

Accendet, flammam transilietque sacras.

Sed & combussere liberos Diis immanibus antiqui,
& diro scelere flagitia sua aboleri autumarunt. Vnde

Deuter. verus Deus apud Mosem queritur, sicut de scelestis
11. in fin. traductione raptim ignem attingente. Cum verò al-
18. ter filius, cui Clodomiro in baptisate inditum no-

men, natus esset, nihil huiusmodi fecit Rex: nec in-
fans interiit, licet ægritudine fuerit aliquantisper
vexatus, obsecrante Christum matre puerpera, ut
qui totum hominem Deus induerat, totum æquè
liberaturus, specimen misericordiæ Règi præbere
vitali prole dignaretur. Ita sospes euasit magna pa-
rentum delectatione. Paucis post diebus Clodoueus
quiete fastidita expeditionem in Alemanos suscepit,
Gallis nimis infestos, ob quos arcendos meminerat

sozomen. Gratianum quondam Cæsarem adactum consortem
lib. 7. c. 4. Imperij facere Theodosium Magnum Hispanum,
Orientis ditione concessa. Mouit itaque contra eos
Francus, sed non impunè. Nam Andocus Alemani-
cus Dux tanta ira exarserat in Francos prouocatores,
ut vndiquaque auxilia eliceret, & Clodoueam ince-
pti pœnitere cogeret, plûsque iam in cohibendo
quàm in excitando milite poneret operæ: adeò illi
fortuna obsecundabat, ut Gallorum in fines trans-
grederetur, & suos longè à tergo relinqueret: ta-

meti Francus tum pugnando, tum precando, acer-
rimi ducis munis fungeretur. Precabatur obnixè Io-
uem, prædæque participem fore pollicebatur, prisco
& absurdo more: de quo Virgilius,

ipsumque vocamus

In prædam partemque Iouem.

Debuerat prius vincere, & ex præda lecta manubias
impertiri Deo amicisve, exemplo Abrahami deci-
mas eorum, quæ ab hostibus extorserat, Melchise-
deci Regi Salem & sacerdoti largientis. Atqui tunc
vouente Clodoueo fortè Iupiter non erat domi, aut
sopitus sub papauere stertebat, nihil auditorus, etiã si
quis illi templum voueret tanquam Statori, ut fecit
Romulus contra Metium Curtium Sabinum pu-
gnans, à quo trepidè fugatos suos videbat Hostio
Hostilio interfecto, qui rem Romanam iniquo loco
ad prima signa sustinuerat. Quocirca Clodoueus
memor numinis, quod à coniuge Clotilde toties
laudari, coli, diligi senserat, arma manusque ad cœ-
lum tollens, Christe, inquit, qui, ut accepit credo-
que, dæmonem antea imperiosum & terrificum be-
nignus & inermis superasti, qui que regni Fræcorum
primordia amplius quàm pro meritis hæctenus pro-
uexisti, deme terrorem meis, imò tuis imposterum
futuris militibus, & fugam ignominiosam siste. Da
resistere hostibus non longè me melioribus, & pu-
gnam baptisimo abluendis integrare. Protinus inter
primos ipse præuolat, dissipatos contrahit, & velut
cœlesti voce iussos extimulat, ac ferocissimorum

Lib. 3. Æ-
neid. ubi
seruus de
templo ro-
mæ præ-
datoris.
Genes. 14.

T. Linius
Decad. 1.
lib. 1.

globo vallatus, in Alemanos preproperè glorientes impetum facit: turbat, truditque ipsos iam aciei sue statum præposterum agnoscentes, ac Panico metu perculos, quoad Andocus dux sequentes Francos equi velocis beneficio effugeret, in syluam opacam se coniiciens, atque ita euadens forte sibi molesta, victori magnifica. Non puto Deo maiores egisse

10. gratias Iosiam tunc cum porrecta luce quinque Reges superauit, dum sol & luna steterunt, donec se de hostibus vlcisceretur. Extat apud Cassiodorū Theodorici Magni Gothorum Regis epistola, plaudentis Clodouco, quem Luduinum vocat, ob victoriam in Alemanos partam. Memorabilis, inquit, triumphus est, Alemanum acerrimum sic expauisse, vt tibi eum cogas de vitæ munere supplicare. Sufficiat illum Regem cum gentis suæ superbia cecidisse. Nemo autem maiore gaudio perfusus legitur quàm Regina, postquàm rescivit mariti victoriam, & votum sacræ legis amplectendę. Gaudebant similiter Christiani omnes, potissimùm antistites, Regi obuij gratulantesque: è quorum numero itineris comitem facundum & pietate insignem, ipsūque iter facturum breuius, Rex asciiuit Vedastum Atrebatensem Episcopum: atque ita festiua hilarique pompa Remos est ingressus, Clotildi suæ iucundissimus. Quæ mira sedulitate Remigium præfulem accersiri iubet, vt Regem colloquio sancto ac baptifmate Christo initiaretur. Cuius verò doctrinæ Remigius fuerit, ostēdit Apollinaris Sidonius ad eum scribens, testatus

Lib. v. a-
riar. le-
tionum
3. c. vlt.

Annon. li.
1. cap. 16.

pauca posse dictari similia declamationibus Remigij, <sup>lib. 9. E-
pistol. cap.
7. ad Re-
migium
Papam.</sup> habentibus proprietatem in epithetis, vrbانيتatem in figuris, pondus in sensibus, flumen in verbis, fulmen in claufulis, oratione liquida, & veluti in crustas crystallinas ductili, sine rima vel obice, addito conscientiæ bono ornatui dictionis. Nouerat antea Remigius Clodoueam à syncera religione alienum, vt tamē nihil acerbum aut malignum aduersus moliretur. Quinetiam de Remigio ipso benè meritus prædicabatur tunc, cum victo Syagrio Romano Frāci palantes agerent prædas Remos vsque profecti, nec fanis aut profanis parcētes. Remigius enim per legatos repetiit vrceum aureum ex ædícula asportatum, fore pollicitus, vt si vasa sacrata Deo agrōsque immunes relinqueret, cœli latiore spatio frueretur, & terræ quoque. Adiecit Hannibalem, cum columnam auream in templo Iunonis Laciniæ perterebraffet, explorans an esset solida, secūdum quietem admonitum, ne tolleret, nisi oculum etiam illum, quo bene videret, vellet amittere. quod quidem non neglexit dux, alioquin sæuus, & numinis securus. Tum Clodoueus Rex exorabilis congeri prædam cunctam in Suefsionum opido mandauit, & sibi vrceum selegit magno clementiæ & prudentiæ testimonio. Nam à quodam militum impeditus, qui nisi sortitò nihil Regem sibi præcipere pateretur, nec videret proteruus nebulo iniustè inter impares æquabiles portiones constitui, Rex vrceo prius optimatum consensu restituto, iram tantisper sustinuit,

Cic. lib. 1.
de Diuina-
nat.

quoad exercitus tempestiuè recenseretur. Tum increpuit militem arrogantiam pro industria habentem, quòd armis parum expoliis & parum se dignis muniretur, hastamque ipsius inspectoris specieprehendens proiecit in terram, ac mox incuruum & tollere conantem dominum securi percussit, vt ex capite temerario v̄cordia cum anima exiret. Huius egregij facinoris memor Remigius vltro in regiam venit, ad multam noctem de re Christiana, de preceptis, de Christi perpeffione sermonem trahens longa explicatione, sed quæ cum magnitudine vtilitatis comparata, breuior videri poterat. Lenibat verò Regis animum sensim, ita vt veritatem ob oculos proponeret ex obsoletis ritibus mediocriter roboratâ: cum & prisca Romani diem illum, quo infantibus nomen indebât, Lustricum vocarent, non sine sacrificio & solenni expiatione. Cur autem nonus dies maribus, octauus sceminis præscriberetur, tanquam citius pubentibus, Plutarcho discutiendum dimitto: quia moram omnem lotionis lustricæ & nominis merito Christiani respuunt, non minus quàm ad cœlestes delicias scandendi, vt quidem consummatæ doctrinæ Pontifex ostendebat, exemplo itineris per sedatas aquas nauigatione prospera celeriter obeundi. Interim autem Rex lætitia imminentis boni perfusus, confitebatur palàm dolere se, quòd non in id temporis incidisset, quo posset illatam Christo iniuriam vindicare, iamque auente baptismo tingi, de quo pluscula Remigius eloquebatur Euangelio cō-

scentanea,

sentanea, nec non exteris scriptoribus. Thaletem Milesium aquam initium rerum asseruisse, Deumque eâ esse mētē, quæ ex aqua cuncta gigneret: & quòd creato cœlo terraque spiritus Dei ferretur superaquas, id est, incubaret aquis formâdis, Syria phrasi, si quid Babilio Magno credimus. Fortè enim deliberabat de aqua creanda, per quam futurum præfoiret, vt homines absterfi, animis niterent: & quæ elementorum principatum tenet, vt aurum inter ea quæ possidetur. Sic enim ait Pindarus: εἰδ' ἀριστέϊ μέν ἕδωκεν ἰδέσθαι δὲ χρυσὸς αἰδοῦσα. *In Olymp. o. d. 3.* Ecquid pretiosius anima immortalisquam inuenitur? Eam verò in humido versari D. Augustinus prædicat. Mundum præterea aqua prorsus obrutum, ita vt cœlum mari littus faceret, meritò aqua seruadum & purgandum, quæ adultis æquè ac pueris salutaris sit, qui aliena fide, id est, parentum & propinquorum tyrocinium religionis edunt, & lustrari incipiunt, sicuti alieno peccato laborarunt. Sed nec viros natu gratia pudeat sacris vndis lauari exemplo Christi, qui natura mundus alioquin & inuiolatus à Ioanne baptizari voluit, vt saltem contactu suo eas sacrarer, & ipsum Iordanem fluuium puriorem solito redderet. Nam Ioannes, vt ipse de se testatur, nihil debebat sceleris, aqua duntaxat fretus futuram portendēte; quæ Spiritu sancto & igni niteretur, & animos hominum ad pristinum innocentie nitorem reduceret, qui fuit cum nondum primus omnium parens aberrasset: vt in Epiro ad Louis Dodonei fanum fons ideò sacripuratur, quòd frigidus quidem; extinctas faces & ad-

AAa

motas rursus accendere valeat, non sine miraculo. Postridiè quàm hæc à Remigio attète Rex audierat, baptifino lotus est, lætus exuens paludamentum, & intempestiuum pudorem, templo velis albertibus ac versicoloribus renidente, collucentibus cereis, & cinnamea fragrantia resperfo, cœleste prorfus gaudium affimilante. Nam & Apostolorum prisca canones oleum offerri altari ob sacras lucernas hortatur, *ὁ θυμίαμα καὶ τῆς λαμπάδος*, id est, & thymiamata tempore oblationis: cuius loco thura adoleri solent, cum olim Ægyptij sacerdotes thymiamati concinnando varios odores contribuerent. Huiusmodi ornatus Gallos admodum exhilarabat in æde, faustis populi acclamationibus mugitu quodam respondente, ac Remigio inter iubilas voces & hymnos demirante Regis mansuetudinem: ita vt repentè versiculos honoris gratia emisit, quorum ille extat,

Hoc bene sit, mitis submittis colla Sicamber.

lib. 2. §. 31. de gest. Franc. Addit Turonensis, Adora quod incendiisti, incende quod adorasti. Verendum tamen ne id minus ad Clodoueam spectet, quàm ad eius exercitum, sacrilegas manus templis quandoque per lasciuam inferentem. Nam Rex ipse, vt idem autor non diffitetur, ab expilatione sacrorum, quæ minimè nouerat, æquissimè abstinuit: vt Vitellius, Imperator demum Romanus, antè à Tiberio Syriæ præses constitutus, in apparatu belli Arabici per Iudæam exercitum ducturus, à Iudæis rogatus, aliò transire fecit, ne ritus alienos violaret, illatis vexillorum imaginibus, & ipse

cum Herode tetrarcha Hierosolyma instante die festo ascendit. Præterea iam liquidò patuit superius *lib. 18. Anti-quit. cap.* Clodoueam curasse restitui Remigio vrceum rei diuinæ dedicatum, ideòque prædam cumulari iussisse. 7. quod tum ex Regis benignitate factum arbitror, tum inueterata consuetudine Gallorum, de qua Iulius Cæsar, de iis quæ bello caperentur loquens. Post animalia immolata reliquis, inquit, res in vnum locum *lib. 6. de bello Gall.* conferunt: multis in ciuitatibus harum rerum extructos cumulos locis consecratis conspici licet. Neque sæpè accidit, vt neglecta quispiam religione, aut capta apud se occultare, aut posita tollere auderet: grauisimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est. Sed vt ad rem institutam reuertamur, cõpositi ad Regis exemplum viri Fræci eodem die loti aqua spiritali ad tria milia obsoletæ religionis notâ deleuerunt, præter foeminas Albofredem Regis sororem Christianum quiduis spiritem secutas: quam paulò post defunctam inferis ritu nouo factis eluxerunt. Atqui Lanthieldis minor natu soror, altum nimis sapere studens, Arrianis fallaciis circumuenta, *Greg. Turon. lib. 2. §. 31.* mox respuit, & sese expediuit. Initiata enim inconsultè prius fuerat baptismate, non ex solemniformula concepta, sed in nomine Patris per filium in Spiritu sancto: atque ita perperam & insidiosè, ne Patri Deo Filius æqualis putaretur. Ideòque cum Deuterius aliquando Constantinopoli Barbam quendam baptizans, eiusmodi formulam impiè prouulisset, a qua repentè de lauacro euauit, tam vtique spurco *Nicoph. lib. 16. cap. 35. Theodor. Lectar. lib. 2. col. lectan.*

ob impietatem Arriani, ut quæri posset vbinam la-
uarentur, qui in eo seipfos lauarent. At Remigius ex
præscripto diuino ritè operatus: O Rex, inquit, re-
cordaris ne Vlyssèm reducem ab Eurynome domi
sux primùm lotum, deinde oleo vnctū fuisse, prius-
quàm perpulchrè vestiretur? Sic enim ait poëta:

Odyss. 23.

Εὐρυνόμῃ ταμίῃ λείπον ἐχρίσεν ἐλάφι.

Nam χρίσεν, id est, vnxit. vnde & Chrisma deduxere
veteres, soliti à lotionè salutifera Reges vn gere, &
tanquam stellarum rore caput linire, sapientiæ sedè
oleo dignam, quod Mineræ iidem consecrarunt.
Deinde quia Regem decet pugnare, non modò ad-
uersus hostes, sed etiam domi contra scelera & infi-
dias, oleo linitur, velut athleta in sacris prisorum lu-
dis obluens & arduus, qui Ioui vel alij cuiuspiam nu-
mini, aut Manibus per inferias edebatur. Vnde apud
Virgilium:

Lib. 3.
Æneid.

Exercent patrias oleo labente palastras

Nudati socij.

Cæterum interim dū
accingeretur vnctiōni Remigius, & Diaconus ex sa-
crario oleum tardiùs promeret, non duæ columbæ

Lib. 6.
Æneid.

Ipsa sub ora viri caelo venere volantes,

quales indicarunt ramum aureum Æneæ, aut quales
è Thebis Ægyptiis prodeutes in sylua Dodonea E-
piri, & Libya in media ad Hammonis delubrum o-
racula reddidere, vt describit Silius:

Lib. 3. de
bell. Pæ-
nico.

Nam cui dona Iouis non diuulgata per orbem,

In gremio Thebes geminas sedisse columbas?

sed vnica ex improuiso displosis alis aduolauit, in

phiala odoratum chrisma perferens, mox candida
subuolans, non minore turbæ lætitiæ quàm admira-
tione. Non fuit hac alite cœlesti pulchrior Iupiter, ^{Athenens}
cùm Phthiam puellam adamans, se in columbam ^{lib. 9.}
transformauit, nec amorem exæquauit Christi, qui ^{cap. 16.}
propter gentis cuiuslibet scelera eluenda lauari se à
Ioanne non erubuit. Nihil mirandum, cum aperto
cœlo Spiritus Dei instar columbæ super eum descē-
derit, voce interim clamante, Hic est filius meus di- ^{Matth. 3.}
lectus, in quo mihi complacui. ad eò auis hæc boni
est auspicij, charitatis eximiæ, & castitatis intemera-
tæ. Et quamuis suspicio sit adulterij in mare, & fre-
quens rostro ictus, atque querela pleni gutturis: con-
festim tamen sequitur satisfactio ex osculationis er-
ga in fontem, & pacis indicium atque tranquillitatis,
cuius columba peculiariter nuncia præsumitur: vel
ex eo, quòd diluuij terminum prædixit, & reuirescē-
tis nemoris principium lætissimum, oleaginis foliis
pacis diuinæ argumento ostentatis vulgavit. Non si-
lebo Eduardum III. Anglorum Regem, qui aduer-
sus Ludouicum XI. Francorum, Duci Burgundo in- ^{Philipp.}
genti apparatu belli suppetias tulerat, nulla magis re ^{luminus}
ad pacem cum Franco pangendam in opido Pique- ^{in tud.}
nio Ambianorum adductum, quàm sidente colum- ^{xi. cap.}
bulo in tentorij culmine, perquam fausto omine, & ^{Rosarium}
in religionem vtrique Regum verso, sed Bretallo ^{cuiusdem}
Vascone equite, qui Anglo fidem obstrinxerat, pa- ^{Ludouici,}
cem detestante post partam sæpè Galliæ damno vi- ^{1475.}
ctoriam. Nec prepeti auiculæ in re tam serua fidè dum

arbitrabatur imprudens, ac parum respiciens auri septuaginta quinque milia à Franco adnumerata augurium redemptæ pacis sexcentis columbis foelicibus præbuisse, & prosperius quàm duas columbas, quæ apud Virgilium Æneæ ramum aureum indicarunt, ut impunè inferos penetraret. Ceterùm postquàm columba reuolans è cœli fastigio eodem odore & gaudio impleffet, Réxque delibutus liquore cœlesti trabeam auro textili mirabilem induisset, nemini dubium fuit, quin regnum Francorum Deo admodum curæ esset. Iussit confestim Rex ab ædituis id oleum diligenter Remis custodiri, ut eo impofterum inter auspicia cæteri Reges inungerentur, amplexantes Christum non sanctitatis tantum imitamento, sed etiam nominis regij. Qui enim Iesus vocabatur, Christus insuper vocari voluit, quia Græci antiquitùs

Nic. Gill.
in Clodoueo, l. 1.

Ioann. 4.
Lactantius
lib. 4. sine
de ver.
sapientia
cap. 7.

1. Reg. 10.
c. 16.

lib. 2. Hist.
storiar.

Χριστός dixere, vngi. Hebraicè dixeris Messiam propriè Christum: quoniam nulli non est cognitum Reges Israëlitas à sacerdote seu Propheta vngi oleo solitos exemplo Saülis, & deinde Dauidis, quos Samuel consecrauit. At Romani licet vnctionem principum minimè vsurparent in primordiis, tamen rem diuinam fecisse eos patefit, ex Herodiano scribente, post Pertinacem à militibus immeritò interfectum ab eisdem Imperium Romanum auctioni expositum empturientibus, & licitanti Iuliano addictum, viro consulari, vitis & opibus abundanti, quarum spe erecti milites ei Commodi nomen imposuere. Tum sublati signis, illiusque imaginibus suffectis, sacrificio in

castris de more peracto: Exiit, inquit, maiore militū comitatu quàm reliqui consueuerant: si quidem per vim & dedecus, contraque populi voluntatem Imperium mercatus impetum multitudinis metuebat. At Clodoueus ad eò fuit populo Gallico iucundus, ut vulgus, & proceres, præsertim sacrorum antistites, sese vltro illi dederent: quorum fuit Volusianus Turonum septimus Episcopus, à Gothis propterea Turonens. Tolosam exulare iussus; quòd in Francos videretur lib. 10. histor. Francor. propensior, vir generis Senatorij & prædiues, successorem sacre functionis & exilij habiturus Virium si- vbidem de eius vistoria. militer Francis studetem: Hoc itaque pacto Gothos sæpe fregit Clodoueus, regnum à maioribus suis per manus accipiens, Deique secuta approbatione omnibus plausibilis: tunc præsertim, cum bellandi solito ardore percitus equites & tribunos alloquens, Vincti, inquit, sumus, quod benè Deus fortunet. Imitemur ergo palestritas Olympici certaminis, qui illicò postquàm oleo labente nudi se perunxerant, alacres in pugnam prosiliebant: & vbi humanis viribus accessit diuinum præsidium, hostes nostros validiùs & animosiùs aggrediamur. Placuit itaque Parisios proficisci de ratione belli deliberatum. Itur quidem magna caterua sequente, & Remigio antistite comitante: qui opidum penitus ingressus, valde letabatur precipuam ciuium partem Regis exemplo nihil non Christianum redolere: & oblitteratis derassisque antiquis Gallorum insignibus, Lilia iam incisa pictaque auro fulgere in ianuarum columnarumque episty-

liis, & passim crucis notam pro Martis thorace pharetrave cerni:quam Ægyptij inter *ισεραπικα*s longè ante Christum natum, nescij quorsum, recepere, hanc esse ipsius interpretatione prædicantes, VITAVE NT VRA: vt tunc liquidò detectum est, cum Theodosio Magno imperante Alexandrini præstigijs veteribus fastiditis crucem liminibus superis appinxerunt. Demum Franci aras diis dedicatas deiecerunt, ac cōfregerunt, præter vnā quæ inscribatur, BONI DÆMONIS: qua inspecta Remigius nactus differendi opportunitatem, aperuit dæmonis, sicut & angeli, nomen medium extitisse, in bonum plerunque vsurpatum. Hinc Plato in Cratylo. dæmonem, *δαίμονα*, id est, sapientem vocat atque interpretatur: & qui felix est, *εὐδαίμων* dicitur. Sapientiæ autem ac felicitatis fontem esse vnicum Deum antiquissimum, cœli principem, & autorem: cuius ignoratione ipsius opus plerique venerati sint, ipsiusque ministros dæmones præpostera religione, inquiebat Remigius, magnete eloquij sui ferrea pectora ad Christi cognitionem alliciens, qui tot mala, tot labores, tot contumelias, perpeti vltro voluerat, vt homines prosperaret, & veræ scientiæ luce illustraret: docebatque animam hominis immortalem partem, portionem multam diuinitatis esse, sicut de angelis melioribus Apollo Colophonius respondit, *μικροὶ δὲ θεοὶ μέγιστοι ἄγγελοι ἡμεῖς*. propterea Christum patri maximo coæternum, præfatiorem fuisse ad eruendum hominem à fauce pessimi dæmonis deglutitum, qui longè latèque dominabatur,

Citat Lactantius lib. 1. cap. 7. lib. 4. cap. 7.

nabatur, & boni genij splendorem densissimis tenebris obscurauerat, & falsam ac fallacem doctrinam pro vera tradiderat. Putasses in summā loquēte Remigio reuixisse Paulum Apostolum, qui Athenis stans in medio Arcopagi videbatur alter Pericles oratorum vehementissimus: de quo Comicus, *ἡγεστῆς ἰσθράνα, ἔσωκεύχε τιὸ ἰλλάδα*. id est, fulgurabat, tonabat, conturbabat Græciam. Relinquebat etiam aculeum in animis audientium, quos non pungebat, sed cogebat mista delectatione Christianæ facundiæ: tum præsertim, cum inuenit aram inscriptam IGNOTO DEO, quæ instituta fuerat Olympiade xxvii. Epimenide Cretensi monente: quem Athenienses dum peste valde laborarent, responso Pythici oraculi vrbem expiaturi, vt Deo charissimum, accersuerant. Profectus ad eos sumpsit oues nigro & candido vellere, duxitque in Arium pagum, atque inde quò vellet, abire permisit, mandans vt qui sequerentur eas, peculiari cuiquam Deo mactarent. Ex eo per Atheniensium vicos aræ sine nomine extiterunt, teste Lærtio: eratque re vera ignotus Atheniensibus post vanum Iouem & Palladem in sanientibus ille Deus, quem Paulus clara voce prædicabat, illiciens dulci veritatis melle plerosque homines ad pietatem, præsertim Damarin matronam, & Dionysium Senatorem, designatum in cœlesti consilio Parisiorum Episcopum, auidè auscultantem Paulo extollenti Deum illum, per quem viuimus, mouemur, & sumus: qui est vbique, & nusquam coercetur, & iudicaturus est.

Plin. lib. 1. Epistolar. cornel. 1. 4. cito scribens.

Lib. 1. in vita Epimenidis. Act. 17.

Gregor. Turonens. lib. 1.

omnes demum homines qui viuent, quique fuscitabuntur: & cuius nomen ore humano exprimi nequit. Nam sic dixit Hermes: θ πὸ ὄνομα θ̄ δὲ διαταί ἀνθρώπων φέματα

lib. 4.
Thebaid.

λαλῆσθαι. Inde Staius Papinius:

Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum:

Illum sed taceo.

vbi Placidius interpres refert ex Misi & Esaide Hetruscis antistitibus Nympham, vt persuaderet pollutos vulgò mortales maximi Dei nomen sine scelere nefario non audire, id palàm ad tauri aurem protulisse, summissa voce: qui illicò furore correptus, & turbine nimio actus

Lib. 3. An
nal. in Im-
perio Con-
stantini
Magni.

periiit. Cæterùm scripsit Zonaras, Iudæorum doctissimum descendisse in certamen religionis cum Syluestro Rom. Pontifice, Constantini Imperatoris assensione, delectisque è Senatu disceptationis arbitris: cùmque victoria in Syluestrum inclinaret, ad signa & prodigia ventum esse, Zambre Iudæo bouem adduci iubente, ad cuius aurem Dei sui nomen insurravit. Eiusdem potentiam demonstraturus bos terribili mugitu edito longa vertigine cōcidit mortuus. Mox Syluester Christi nomine inuocato, inquit, bouem denuò fuscitavit. Sed & Iudæi semineces præ animæ ægritudine salutem cum fide susceperunt: non secus ac Galli Burdegalenses, quando

Ita Au-
relianus
Temoisio
Episcopus
antiquus
in vita D.
Martialis.

Martialis (qui cœnanti Christo ministrasse proditur, ac præstò fuisse, cùm Apostolorum pedes lauit, & cùm partem piscis assi comedit, ac fauum mellis, reuersus ab inferis victor augustissimus) Burdegalæ inter delubra, Iouis, Mercurij, Dianæ, Vene-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 374
ris, templum Dei ignoti conspexit, Sigiberto sacerdote præstituto, à quo detectus fuit dæmonum expulsor, veri & summi Dei famulus, confluyente vndiquaque populo, vt sacra salubrique aqua expiaretur, illecto Martialis concionantis suauissimis cohortationibus. Sed & templa sacrilega funditùs diruere ciues, præterquàm ignoti Dei, quem tunc primum tanquam ab Epimenidis somno excitati videre & cognoscere incœperant, & quem nomine carentem meminimus. Nihil mirum: nam quia vnicus est, non eget peculiari demonstratione. Nec est quòd pudeat, ignotum Deum aliter quàm veteres ad Christum transferre, cùm Apostolus eidem accommodet idem, quod Aratus Ioui tribuerat. Quidam, inquit, ^{in Phans} vestrorum poëtarum dixerunt, Ipsius enim genus su- ^{menis, in-}
mus. Sic autem poëta nos Ioue omnes egere, proge- ^{principio.}
niémque eiusdem esse cecinit, à quo orsus fuerat,

ἐκ Διὸς ἀρχόμεθα. - - τῶ γὰρ καὶ γένος ἐομεν.

N I H I L omninò Francos iam pietatis studiosos magis inflammavit, quàm vexillum cœleste purpureum aureo licio variatum. Parcarum manu textum putares, ad terrorem hostium nominis Christiani Francique, sparsis liliis, similiter lectis ex hortis cœlestibus, albicante circa medium cruce, non modò propter argenteum colorem, signis militaribus familiarem præ cæteris: quoniam, vt putat Plinius, longis- ^{lib. 33.}
simè fulget, sed peculiariter à Gallis receptum in sa- ^{cap. 3. &}
cris & cæremoniis. Polybius verò scripsit, Gallos in ^{lib. 16.}
magnis expeditionibus signis aureis, quæ immobilia ^{cap. 44.}
vocarent, è templo Mineruæ acceptis pugnasse, vt ^{lib. 2. hi-}
^{stor. Rom.}

accidit P. Furio & C. Flamini consulibus, forte ambigua non procul ab eo loco, quo Adua fluuius in Padū influit: tametsi parum tunc prosperum illis signum Mineræ extiterit. At è diuerso vexillum Gal-
 Nic. Gill. in Philip-
 po. August.
 1490. &
 1269. in
 D. Ludo-
 uico. & in
 carolo 6.
 lib. 3. de
 re milit.
 cap. 5.
 lib. 1. hi-
 stor. Eccle-
 siast. cap.
 3. & 4.
 Niseph.
 lib. 7. cap.
 29.
 lis cœlitus missum secundos bellorum euentus vel præstitit, vel ornauit, maximè contra Turcas & Saracenos: nec vllō libentiùs vsus narratur Carolus Magnus in sacris bellis, non vllō feliciùs. Illud quoque præferri iussit Philippus Augustus Hierosolyma debellatum tendens cum Richardo Anglorum Rege, fumpsitque ex æde Dionysia: sicut postea D. Ludouicus Libyam petens. Planè Carolus vi. etiam aduersus Anglos sibi profuturum putauit idem vexillum Vido Trimollio creditum, quod Aurisflammeum nūcupabatur, nimirum à colore. Vegetius certè inter multa militiæ signa ponit Aquilas, Dracones, vexilla, flammulas rufas. Sed & Labarum fuisse signum Romanis præcipuum, præcedens Imperatorem, & à militibus adorari consuetum, Sozomenus est autor: id-
 que Constantini Magni iussu gemmis ad crucis effigiem decoratum, simul atque ipsi contra Maxentium bellaturo in somnis de cælo crucis signum affulsisset, voce simul audita victoriam pollicente. Addit Eusebius se audisse à Constantino deicrante, paulò post meridiem visum sibi idem trophæum in cælo latè splendore circumdatum: eo fretum cūctationem exuisse, & cum Maxentio Herculij filio conflixisse ad pontem Miluium, quo, Deo permittente, repente soluto, mergus toto flumine, eodémque sepultus, seuus

DE GAL IMP. ET PHIL. LIB. VI. 375
 iustitiæ & pij Cæsaris hostis intercidit. Sanè vexillū Francis demissum cœlitus rubro calore fulsisse maiore ex parte, nemo miretur. Quantæ enim maiestatis ille color sit, vel Regum trabæ, vel sanguis omnium animantium, declarant, præter vsitatum in bellis olim Draconis signum, de quo Marcellinus, de Iuliano Cæsare contra Alemanos configente loquens: *lib. 16. re-
 rū gestar.*
 Purpureum, inquit, Draconis signū summitati hastæ longioris aptatum velut senectutis pèdentis exuias stetit vnus turmæ tribunus, & pallore timoris percussus ad aciem redintegrandam recurrit. Dracones etenim picti velis ferebantur, Aquilis longè dissimiles solidè stantibus in hastæ fastigio, passis alis. Claudianus eò respicit:

*Hi volucres tollunt Aquilas, hi picta Draconum
 Colla leuant: multūque tumet per nubila serpens
 Iratus stimulante Noto.*

*in Pane-
 gyric. III.
 Consular.
 Honorij.
 lib. 40.
 Rom. hi-
 stor. vbi
 vè 100000
 id est, ser-
 culum,
 seu sacra-
 riolum.*

Aquila, inquit Dion Cassius, exigua quedam est fa-
 celli effigies, inque ea Aquila aurea est collocata, quam hastæ impositam vir vnus portat: infima haste parte præcuta, vt solo defigi possit. Ideoque malum omen fuit Crasso Euphratem transituro in Parthos: quo tempore quoque Gallia nouis motibus agitabatur, dum refigi vix humo potuit, quasi inuita comitaretur: & vexillum magnum velo simile puniceis literis inscriptum violentia ventorum à ponte decidit in flumen. Constituitur, inquit, Aquila in omnibus legionibus Romanis. Multo tamen aliter vsurpauit Carolus Magnus Occidentis sortitus im-

perium: nam vnicam auream bicipitem circumtulit, cum illi pro numero legionum Aquilas haberent. Vnde manauit Ciceronis iocus post pugnam Pharfalicam, cum iam Pompeius fugisset, Nonio quodam dicente, adhuc Aquilas septem superesse, hortantéque vt bono animo esset: Bene, inquit, Cicero, moneres, si nobis bellum foret cum graculis. Puto Aquile castrensis inuentum Cyro Persarum Regi tribuendum, vtpotè qui pro signo potissimo eam auream in longa hasta extensam habuit: & sua ætate in Perside talem à se visam in magnis expeditionibus Xenophon commemorat.

Plutarch. in Problematibus.

At Portius Latro in declamatione contra Catilinam, Aquilam, inquit, argenteam proferri continuo iussisti, præclaram auspicem ac gubernatricem furoris tui. Aquilam legionibus solam animalium dicauit primus C. Marius in secundo Consulatu. Antea cum eadè Minotaurus, Equus & Lupus, Apérque singulos anteibant ordines. Ita Aquila & Draco implacabili aliàs odio inimici, & sepe in ipso aère dimicantes, aciem aliorum gubernarunt.

lib. 7. de Cyri perdia.

Plin. lib. 10. ca. 4.

SE D IÀ opportunum est redire ad Clodoicū templis edificandis impensè deditū, tum Deo, tum Apostolo, super cuius petrā Christus se ecclesiæ suæ fundamenta iacturum sponderat, in cuius fano tandem Rex humatus est: deinde Clotildis Regina, & virum, & Genouesam, sepulturæ honore imitata: Ad quam quidem fani primæuum titulum vulgus tanta consensione transcripsit, vt D. Petrus frustra extor-

Greg. Turonens. li. 4. c. 1.

quere interdicto aliquo prætorio conetur. Sed meū non est requie cœlesti simul fruētes iurgiis forensibus committere: Imò Clodoueam Lutetiæ regiam sedem constituentem, posthabitis aliis vtriusque Galliæ opidis recitare: vbi etiam religionis & iustitiæ vigor plurimus enituit: quanquam antea Parisienses Francis Regibus officiosissimi extitissent, maxime Clodioni in Belgica aduersus Romanos belligeranti, & eos fuga sibi ipsis consulere adigenti. Sed equum visum est Deo maximo urbem totius Europæ, nedum Galliæ, amplissimam cum Christi pietate capere incrementum, mediocribus deductam initiis. Lutetiam namque fundauere Galli, qui Brennum ducem sequuti post expugnatam dempto Capitolio Romam Delphos profecti, maiore vi numinis quàm hominis deturbati, in Thraciam, Græciamve, aut Asiam extorres profugerant, partim retrò domum aliorumve, quò fatū impelleret, sedes quæsituri iuerant, vt de Tectofagis iam docuimus & de Scordiscis: quorum illi antiquos lares, hi Pannonicos petierunt. Tum P A R I S I ingenito omnibus mortalibus patriæ desiderio, alienis opibus onusti, alienæ etiam regionis agnomine accito, in Galliam suam remeare decreuerunt. Gallorum autem exercitum ex Europa in Asiam transmissurum Phaënnis fatidicæ tate vna antequàm resgereretur, prædixerat:

Annal. lib. 1. cap. 16. & 17. in fin.

Platina in vita Symmachii.

Nic. Gilius lib. 1. Annal. an. 431.

Tuflin. lib. 2.

Passan. in Phocis.

Livius Dec. 4. lib. 8.

*Hostilis Gallorum acies tunc milite multo
Littora complebit: transmissis fluitibus Helles
Vastabit populans Asiam. -*

Ceterum dum secessione facta diuersas vias capeferent, iam terre marisque periculis affueti, complures Ægeum ingressi pelagus ad Cycladas insulas in orbem sitas, vnde nomen traxerunt, peruenere, diuissimè his postea immorati propter fecunditatem earum & amoenitatem: quarum quidem excellentissima Delos prædicatur, Apolline & Diana ciuibus Latona editis: sed & ortu suo censetur emersa subitò è fluctibus marinis, sub quibus semper latuerat.

Attamen Galli ne iram Apollinis amplius experirentur, à quo Delphis deiecti & profligati fuerant, Paron insulam lectissimam incoluerunt, pulchritudine Cycladum nulli secundam, marmore candido fertilem. Quare Virgilius laudat Olearon, niueamque Paron.

Et alibi:

- Pariusve lapis circumdatur auro.

Verum gliscente in dies finitimorum Romanorumque offensa, nec non patriæ amore, satietatem Parie delicie pepererunt. Parata sedulitate incredibili classis Gallos post casus varios in Tyrrenum, deinde in Massiliense mare, portumque peruenit. Qui lætantes salutato limite Gallico in Celticam vsque magno agmine processere, abundè farti auro, gaudio, & gloria: seque amicis pariter ac incognitis Parisios seu Parisios nominauere, à Paro insula amabili. Sed & in ipsius dulcem memoriam urbem moliti sunt, vbi Sequana fluiuis diuisus insulam frondente nemore lætam premebat, mox sibi commixtus: & quam diis charam, miraculum terrarum immobile,

&

& stellam terrestrem lucidissimam, iustius nominauero, quàm Delon Pindarus. Urbem verò Lucoteciam Strabo & Ptolomeus appellatam tradunt. Subiis, inquit hic (de Cenabo, Genaboue, id est, Aureliano opido, & Autrico scribens) Parisij, & ciuitas

παρισίων, λεκοτελια: sumpto nomine à luco siue nemore sacro, in quo Gallorum sacerdotes operabantur diuis. Hinc Lucanus ad Dryidas loquens:

- nemora alta remotis

Incolitis lucis.

Et Græcè Ptolemæo

λῦκος φοιρανίας, Lucus Fœroniæ, opidum in Tuscia, & in Gallia Vocontiorum, ciuitatis fœderatæ duo capita, inquit Plinius, Vasco & Lucus Augusti. Proinde Galli quantulacunque industria Pariam magnificentiam æmulari curabant, pertinaci animo erga Pariam seu Parisiam appellationem, vt idem Strabo

ostendit, commemorans à Parisi Paron ædificatam, quæ postea Pharos dicta in mari Adriatico, nõ procul à Tragurio: Illinc oriundum Demetrium, Pharium ciuem, nobili ingenio, & planè Gallico. Galli itaque Pari vsque quaque memores, potissimum in Gallia, marmoris luxum gypso albarium opus ædificiorum poliente sigillis & coronis gratissimo referebāt: ex quo hominis imaginem è facie ipsa primaus expressit Lysistratus Lysippi frater antiquiore sciētia quàm fundendi æris. Seruius Virgilij interpres notat cōsuetudinem eam olim fuisse aduenis, vt extruēdo noua mœnia, patriæ relictæ effigiem sibi redderent. Hinc idem vates sic loquentem inducit

C C c

lib. 3. Æneid. lib. seruius.

strabo li. 4. Ptolom. lib. 2. in Europa et Gallia.

lib. 1. Pharsal.

lib. 3. c. 4. histor. natural. lib. 16. in fin.

lib. 7. de pharo urbe.

Glossa lib. 10. Æneid. vers. 11. que solū.

neam, cùm Helenum conuenisset in Epiro:

lib. 3.

*Procedo, & paruam Troiam, simulataque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scaeaq; amplector limina portæ.*

Porrò re vera apud Troiam super hanc portam Laomedontis Regis cineres conditi fuerant. Planè constat Gallos reduces tanti fecisse suam in Cycladas insulas expeditionem, & Pari incolatum, vt non tantùm fluuiatilem insulam marinæ assimilare contenderint, sed etiam in publicis Lutetiæ insignibus nauem appinxerint. Quam quidem ego subductam è mari in cælum lubentiùs extulero, quàm illam Argonautarum, quæ à puppi ad malum stellata splendet tantummodò. Nam

- qua debet reddere proram,

Intercepta perit. -

Puppi demisso stat tantùm lucida clauo,
vt scribit Cæsar Germanicus. At Parisiensis instar astri validioris vndique nitet: ideoque plausu ciuium etiamnum retinetur. Similiter Romani in moneta ærea ex vna parte Ianum geminum notarunt, ex altera rostrum nauis: quoniam Saturnus Iouis arma fugiens, per Tyberim in Latium ad Ianum venisset nauigio: ideoque grata posteritas

- puppim formauit in ære,

Hospitis aduentum testificata Dei,

Lib. 1. F. 4.
for.

vt scripsit Ouidius. Plena fuit boni auspicii nauigij nota, quia diuitiæ affatim nauigatione comparantur, & gentes regionésque, ad quas natura accf-

sum negauit, arte permeantur. Ominari igitur licuit Lutetiam amplificatam iri, atque, vt euentu liquet, opibus affluentissimam fore, necnon literarum & disciplinarum cognitione, & doctorum hominum concursu frequentissimo, & vbiq; terrarum celeberrimo: qui cùm Sequanam semel gustauerint, non minus diferti & periti euadunt, quàm si se toto Helicone fonte Musis consecrato proluissent. Ne ipsæ quidem Athenæ tam Atticæ fuerint, si Græcos enarratores quæras: si Latinos, Ciceronis reddunt eloquentiam, vel ille habuit horum: si Hebræos, Dauidis audire te putes citharam: si Gallicos, Tusci te miserebit idiomatis, quod tantoperè inter vulgatiora laudabatur. Parisios verò ciues non obscuro quidam autores scribere maluerunt Parrhisios, perinde ac confidentes: quia Græcis *παρρησία* sit fiducia. Sed nos rerum originem inuestigatam proferimus, non cuiusque similes vero allusiones: tamen eorum fiducia & securitatis indices sint serò admodum positi muri per ambitum vrbs vastissimæ, audaciam incolementium & contemptum hostium pro mœnibus habentis, instar Lacedæmonis: cuius dux Agis Archidami filius cùm aliquando Corinthiorum muros præteriret, altos & operosè munitos cernens: *Quænam, inquit, mulieres hunc locum habitant? Proinde maxima pars murorum Lutetiæ, flumen, arcemque Louream versus, recens penè res est, Ioanne Rege Francorum ab Anglis capto fundata, Duce Nor-*

Plutarch. in A-
pophtheg-
mat.
muris Pa-
risiis ex-
tructi an-
no salutis
1358. vt
in An-
nal. Nic-
Gillij.

tibus: vt veluti inuolucro exquisitas opes & delicias cluderent. Taceo pretiosæ mercis crebra commercia, priuatorum ædes propè dignas Regibus, aut Regum palatia optanda diis: ac pontes, qui indignantem fluuium velut iugo premunt, quorum maximus D. Mariæ nuncupatus, ruinam passus, * multorum ciuium vitam ac fortunas hausit, & funesta clade cōtriuuit, simul præpedito fluuio penè ipso murmure luctum fatente, qui illa ruina factus est ditior, quàm si se Rex Midas in eodem lauisset, semper antea Parisiis prosperrimus & ferax inuecta annonæ ciuilibus copia. Pontem verò Parisienses impendio refecere Ludouici XII. Regis edicto, qui ad nouam molem adhibuit Iucundum Veronensem architectum nobilem, de quo Sannazarius:

*Iucundus geminos fecit tibi, Sequana, pontes:
Iure tuum potes hunc dicere Pontificem.*

Ferunt Decuriones, eorūque præfectum à Senatu propterea multatos, quia non vlla vi maiore pons cecidisse censeretur, sed incuria illorum qui factum rectum tenere debuerant: atque ab insignibus Navigij admoneri, vt qui clauum Reipub. tenent, peruigili solitudine non scopulos & procellas sequentes effugiant solū, sed etiam præsentiant futuras: maximè Lutetiæ, vbi propter amplissimum ordinem & varia tribunalia, eaque tum propter singulare equi & boni studium, tū propter Regis (quod caput est) vicinitatem illustria, id agitur, vt Lutetia domiciliū iustitiæ præcipuum existimetur: sicut est cor Gallici

Imperij, facinorum venena amolians Reipub. mortifera: sicut Iudæi testari possunt, ex quorum multitia pecunia Pons, qui paruus dicitur, ædificatus legitur, Carolo VI. regnante. Iudæi enim clam primò, Gillius in Annalib. Anno 1393. & Resarium Ludouici xi. deinde etiam palàm Christianos laceffiuerant, in quorum sinu, serpentis instar languidi, nimis indulgenter fouebantur. Tandem ipsi vt sorices suo detecti insolentiæ indicio, variè pro grauitate audaciæ pœnas dederunt, præter milia XVIII. aureæ monetæ in piam Pontis molitionem, & Curie Castellicæ erogata: ne in ipso iustitiæ Francæ propugnaculo Lutetia ius deficeret. Nam & olim de arduis rebus deliberandi sedem fuisse ibidem Cæsar patefecit: Confilio Gallia, inquit, primo vere (vt instituerat) indicto, cum reliqui præter Senones, Carnutes, Treuirōsque venissent, initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, vt omnia postponere videretur, consilium in Lutetiam Parisiorum transfert. Quo magis miror non defuisse, qui Lutetiam à Julio Cæsare Baptista Pius apud Munsteriō lib. 2. Cosmograph. fundatam prodiderint. Quinimò Cæsar ipse fatetur Parisios Senonibus aduersis coniunctissimos, Romanis ægrè paruiffe. Alij æquè infulsi nescio cui Pariridi primordia clarissimæ vrbs tribuunt, eò quòd Manethon scripserit Paridem apud Celtas regnasse, Manethō in Bevesi supplemento. rō. ubi Annius. æqualem Teste Libyo Celtiberis imperanti. qua opinione nihil nugacius. Nec verò solus Cæsarum Iulius Parisios fecit plurimi. Accedit Iulianus, defertor quidem pietatis Christianæ impius, sed bello bonus, & Gallia princeps salutaris, non alibi Augustus

* Anno 1499, sub Ludouico xij.

Lib. I. Epigramm.

Lib. 20. re-
rum gest.
c. 21.

cōclamatus quàm Parisiorum in vrbe, vt refert Am-
mianus, non alibi propinquē mortis omen accepit.
Cùm, inquit, apud Parisios adhuc Cæsar Iulianus
quatiens scutum variis motibus exerceretur in cam-
po, axiculis, quibus orbis erat compaginatus, in va-
num excusis, ansa remanserat sola, quam retinens
valida manu stringebat: territisque, vt omine diro,
præsentibus cunctis: Nemo, inquit, vereatur, habeo
firmiter quod tenebam. Hunc campum puto intelli-
gi ab Annonio, memorante Clodoueu generali e-
dicto milites armatos in campum, qui Martius dice-
retur, venire iussisse, vultu hilarem seueritatem præ-
se ferente, vt probi mulcerentur territis improbis.
Romę verò campus Martius inter vrbe & Tybe-
rim ager fuit Regis Tarquinij expulsi direptis ac pu-
blicatis bonis, Marti dedicatus, matura messi segete
in flumen fusa & proiecta: adeò superbo & pessimo
Regi, plebi ac proceribus odiofo malè contigit, vt
piaculum existimarent farre regio vesci. Atqui Clo-
doueus nihil eiusmodi metuebat propter iustitiam,
quam domi colebat, & foris arma, vtrobique con-
stantiam: dicere solitus optare se bonos habere sub-
ditos, & vicinos malos, vt nimirum iustiore colore
hos posset extrudere, & regnum magis ac magis pro-
latare. Famam vtique longissimè extenderat, ac no-
minis sui terrorem, maximè post subactos Alemanos,
& Gundobaldum Burgundionem Clotildis suæ
patruum, vt diximus, immanem & asperum. Is ne-
minem amans à nemine amabatur. Godegisilum al-

Lib. 1. hi-
stor. Fræc.
cap. 13. c.
à Greg.
Turonens.
lib. 2.

T. Lilius
lib. 2. Dec.
1.

terum fratrem Viennæ obsessum, tandem per aquæ-
ductum in vrbe irrumpens peremit. Non enim iis
cancellis, quibus hodie, Burgundię regnum conti-
nebatur, sed Massiliensem vsque prouinciam mana-
uerat. Tamen Clodoueo tributum pendere cogeba-
tur, vir aliàs implacatus, imò implacabilis. Atqui³⁵
Rex Francos, qui Godegisilo opem tulissent, necare
veritus, ad Alaricum Visigothorū Regem Tolosam
misi: qui similiter stupefactus secundis Clodouci
rebus, eius amicitiam breui victuram & simulatum
colloquium efflagitarat, ad insulam Ligeris nō pro-
cul ab Ambasiensi vico, vbi paratum epulum mensa
aureis ferculis onerata, volucris lætitia plenum: mox
recrudescente odio, quod non nisi Alarici morte fi-
nietur, quamuis Theodericus Rex Gothorum Italię
dominans nihil non egerit vt similtates regias com-
poneret, scriptis alternis epistolis, quę apud Cassio-
dorum leguntur. Modò enim flectebat Alaricū ge-
nerum, modò Clodoueu, cuius sororem Andefle-
dam sibi desponderat: interdum Gundebaldū Bur-
gundum, cuius filio Sigismundo filiam minorem
nuptiis designarat. Interim admonens Alaricum (in
quem erat propensior propter necessitudinem Teu-
detusę filię, vt Procopius ait, collocatę) ne subitò a-
leam belli experiatur, mollitis lōga pace Gothorum
animis. Terribilis, inquit, est hominibus confictus,
si non sit assiduus. Nouerat autem ferrum Francum
nulla rubigine obductum, & animum expertem
otij. Quinetiam Clodoueo gratificans, citharœdum,

Greg. Tu-
ronens. li.
2. §. 32.

c. 33. c.

35.

Li. 3. var.

lection.

cap. 1. 2.

c. 4.

Lib. 1. de
bell. Goth.

eximium in Galliam ingentis & optati muneris loco
 misit, qui, ut ipse loquitur, ore manibusque confo-
 na voce cantando gloriam regiae potestatis oblectet.
 Boëtio quoque Patritio de ea re scripsit. Cùm Rex,
 inquit, Francorum conuiuij nostri fama pellectus, à
 nobis citharædum magnis precibus expetisset, sola
 ratione complendum esse promissimus, quod te eru-
 ditionis musicæ peritum esse noueramus. Adiacet
 enim nobis doctum eligere, qui disciplinam ipsam
 in arduo collocatam potuisti attingere. Quid enim
 illa præstantius, quæ cœli machinam sonora dulce-
 dine modulatur? Subdit deinde quamplurima de
 Musicæ facultate & laudibus Gothicus Rex, in me-
 los accensus Clodouei imitamento laudabili: nec
 ignarus Achillem inter arma pulsasse lyram mani-
 bus Hectorem occisuris, atque inter classica horre-
 tia. Et Alexander Magnus Antigenide tibicine mo-
 dulante vsque ad eò velut lymphatico impetu inci-
 tatus exarsit, ut concussis armis proripiens manus
 in astantes intenderet, illectus sono bellico, & ve-
 rum esse ostendens illud Laconum: Urget enim in
 ferrum scitè fidibus canere. Clodoueam itaque plu-
 ris ego fecerò quàm Antæum Scytharum Regem,
 qui iureiurando affirmavit se aliquando suauius e-
 quum hinnientem audisse, quàm Ismeniam tibici-
 nem, ad cuius concentum cæteri plaudebant. adeò
 habebat ille aures à Musis abhorrentes, & animam in
 præsepiis equis, imò asinis, audiendis aptiorem. Re-
 stabat Europæ principum vnus, qui Franco gratula-
 bundus

*Idem Cas-
siodorus
lib. 2. cap.
penult. et
clim.*

*Vs de Mar-
tiano
Capellam
lib. 9.*

*Plutarch.
lib. 2. de
fortuna
Alexandri.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 381
 bundus a micitiam eius mutuam posceret, ut sunt fe-
 licium amici complures: nempe Anastasius, qui post
 Zenonem Constantinopoli imperauit, cognomen-
 to Dicorus, quia oculorum pupillas varias haberet,
 alteram nigriorem, alteram glaucam magis. Is per
 legatos ad Clodoueam multam salutem misit, & ius
 Consulatus Romani, & Senatoriam Patriciamque
 dignitatem. Nam etsi Gothi Italia potirentur, tamē
 antiqua Romanæ vrbs decora Constantinopolim
 translata censebantur, quæ Roma noua dicebatur à
 Cæsaribus Byzantinis: & plusquàm exploratum est
 Imperatores Romanos Consularem dignitatem li-
 benter adeptos post Octauium, qui vndecies illam
 iterauit, postquam primùm egisset studiosissimè, a-
 dolescens ac puer à Senatu appellatus, ut Consul de-
 signaretur: idque Ciceronis opera, quem sibi colle-
 gam assumpturum pollicebatur post Hirtium & Pã-
 sam Coss. mortuos. Nam ille in capiendis Antoni
 castris, hic ex vulneribus decesserat, impacta in O-
 ctauium mortis eorum culpa tanquam succedendi
 auidissimum, uti mox claruit, dum Consulatum pe-
 nē à patribus extortum iniuit cum Q. Pedio, veriùs
 legato quàm honoris conforte. adeò ille solus Rem-
 pub. gerebat cum aliqua regnandi spe, ex eo auctæ,
 quod prima Comitiorum die cum in campum Mar-
 tium venisset, sex illicò vultures, & à concione XII.
 aspexisset, quales Romulo apparuisse feruntur. At
 Senatoria dignitas Clodoueo oblata augustior fortè
 fuit, quàm ut veteribus Romanis visitata cognitave-
 22.

*l. 1. §. pe.
C. de vet.
iure.*

*Dion Cas-
sius lib.
46.*

*Annon.
lib. 1. cap.
22.*

fuerit, sed recenter inducta, nec passim tributa: ut potè quæ non ad plures, sed ad vnum tantum spectaret, qui toti ordini magistratuum Romæ præside-

Nicol. Gil ret, & sententias rogaret, ut concessum est Carolo
l. 1. v. 64.
Platinarum Andegauorum & Prouinciæ Comiti, D. Ludouici
Urbanus germano, ab Urbano III. Pontifice in inuidiam Mafredi Siculi, cui ademptum regnum Andegauo demum cessit. Qualiscunque honor ille fuerit, pro illustri Clodoueo humanissimè acceptus est: atque in

Greg. Turonens. lib. 2. §. 38. eius gratiam congiarium populo datum Romana festiuitate, & aurum in vulgus plausibiliter sparsum, ne Anastasij munusculum neglectum videretur. Sic ferunt Alexandrum Macedonem, cum victor Ori-

seneca li. 1. de beneficiis, cap. 13. tis animos supra humana tolleret, benignè excepisse legatos Corinthiorum, qui ciuitate illum sua donarent, Herculi soli antea datam affirmantes. Cogitauit, opinor, non qui ciuitatem darent, sed cui dedissent: & probauit officij genus, quod prima facie ridens flocci fecerat, ne Hercule durior crederetur. Atqui Adrianus Imperator magnificus, doctus & iustus, Celsi, Iuliani & Neratij Iurisconsultorum amantissimus, minores dignitates in municipiis frequentatas non spreuit, ita ut Neapoli Demarchus esset, inquit Spartianus, puta Tribuni plebis instar populari honore: per Latina opida Duumuir, & Athenis Archon. Sanè Atheniensem sublimis Rex quoque vixit, fuit Codrus Melanthis filius: à quo deinde genitus Medon, primus Archon extitit, dum vixit. Mox Alcæon perennium vltimus: quia tunc cæ-

In vita eiusdem Adriani. De Duumiratu sup. lib. 2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 382
pere in denos annos creari. Qua consuetudine Athenienses totis annis LXX. vsi, post non nisi annuos recepere Archondes, à Creonte incipientes sexta Olympiade. Archondes officium apud Athenienses aliquando illustrissimum fuit, priusquam Romano subiicerentur Imperio. Nam quotannis nouem magistratus Attici rempublicam gerebant, quiquidem Archondes seu Principes vocabantur: sex Thestmothetæ ab utroque parente Athenienses à tertia vsque generatione, qui iurati ad porticum regiam se leges obseruatuos, promittebant munera non capturos, iudicatuos de criminibus & publicis accusationibus, priuatisque actionibus. Septimus, Rex dicebatur, de sacris & cæremoniis cogniturus, & de sacrilegiis. Coronatus processit utique, nisi cum cædis actiones in Areopagum inducebat. Octauus, *vide vul. Pollucem lib. 8. Onomastici. l. Pars. ff. de iudi-* belli imperator. Ad extremum is, qui excellentia præcipua Archon appellatus, annum à se denominabat. ut cum Pausanias in Phocicis notauit, Gallos irrupisse in Græciam parum foeliciter, Principe Athenis Anaxirate, anno altero Olympiadis centesimæ quintæ & vicesimæ, qua de stadio vicit Ladas Ægiensis cursorum celeberrimus: sequenti verò anno, Principe Damocle Gallos in Asiam transmisisse. Planè antequam Clodoueus per nuncios ab Anastasio Imperatore comiter salutatus munera triumphalia acciperet, Alaricum Gothorum Regem prælians occiderat, qui nonus ab altero Alarico Magno, Romanæ vrbis expugnatore, cum nomine felicitatem Re-

gum minimè traduci ostendit. Sed quia totidem Theoderici virtute conspicui, aliquando etiam fortuna, alter Visigothorum, alter Ostrogothorum Princeps, promiscua nuncupatione Lectorem remorantur, pauca de multis ad Gothorum originem & res gestas spectantia subnectam. Iornandes Gothus, qui priusquam Christum agnosceret, gentis suæ notarius celeberrimus fuit, prodidit in extrema plaga maris Oceani Septentrionem versus, Scanziam insulam altricem Gothicæ sobolis: atque ex eius gremio tanquam examen apum erupisse in omnes Europæ partes, & sibi ferro viam fecisse. Scandinaviam insulam vocat Plinius, incomptæ magnitudinis Hilleuionum gente D. pagis incolente, quæ alterum orbem eam appellat. Apud Ptolemæum Scandiæ insulæ meridionales partes tenent *ποσειδων*. Hi itaque egressi magno numero in continentem, Scythiam Germanicis nationibus propinquam subegere, donec ad Mæotim peruenere, & montem Caucasum, audituri fermè Promethei planctus, si verum est in prægelidis rupibus alligatum pœnas pendere, ob furtum ignis cœlestis mortalibus cõmunicati. Quare illi rediuium pectus

Lib. 4.
cap. 13. 116
scandiæ,
cap. 16.

Lib. 2.

Cic. lib. 2.
Tusculan.
ex Æf-
chyl.

Tristi aduolatu, aduncis lacerans vnguibus

Iouis satelles, pastu dilaniat fero.

Cùmque diu agrestem & ferinam egissent vitam, tandem mansueti sunt ut cunquæ Zamolxis legislatoris sanctionibus, qui cùm seruisset Pythagoræ, & cœlestium rerum aliquas ab eo notiones didicisset, &

mox, ab Ægyptiis reuersus in patriam, præfagiens quid signa portenderent, ac Deorum arcana referās, Regi gentique charissimus Dei sacerdos factus, pro Deo denique habitus est, specu consecrato, tanquam è Deorum consilio oracula & edicta proferens Getis consulentibus: qui Zamolxi postea sacrificarunt, Saturnum ipsum appellantes. Non perinde accidit Anacharsi Scythæ, Soloni Atheniensi ob sapientiam charo, & qui exprobranti Attico cuiquam quod Scythia esset, Mihi, inquit, dedecori est patria, tu patriæ. Idem mirari solebat athletas à Græcis honorari, cùm se inuicem feriunt aduersus leges de iis latas, qui se iniuriis lacefferent. Eiusdem inuēto nonnulli tribuunt anchoram & rotam figuli. Reuersus in patriam seuerus magis quàm felix, domestica instituta immutare studens, à fratre venationis prætextu sagitta ictus occubuit, per inuidiam à suis peremptus, quem propter doctrinam exteri coluerant. Quo factum est, ut Getæ in moribus immanibus perstiterint. Eustathius enim explicans illud Dionysij Cosmographi,

- νέμοιαι μακάριδος ἐς φόμα λίμνης

Γερμανοί, σαρμάται τε, γέται θ' ἕμα.

id est,

habitant Mæotidis ad ostium paludis Germani, Sarmatæ, & Getæ simul: refert Getas Romanis terrori fuisse, & Istrum flumen prætereuntes vastasse Illyriam, Thraciam, & Macedoniam. Eorum legem fuisse iugulare vxorem supra maritum mortuum: cithara ludere, cùm præconia nunciant: sagittas excute-

re contra tonitrua & fulgura, minitantes Deo: amicitias inire immisso ex incisis digitis in calicem humano sanguine, & mox intinctis summis gladiis libato. Id est arctissimi foederis exordium. Fuere qui dicerent Catilinam oratione habita, qua populares ad iusiurandum sceleris sui addicebat, atque extimulabat, Scythicum morem renouasse dignum profus nefaria coniuratione, quæ ad Romani sanguinis effusionem spectaret. Non miror itaque permistum vino cruorem conscios atrocissimi facinoris post execrationem pateris circumlatis degustasse: nisi fictum hoc fuerit ab iis, qui Ciceronis inuidiam leniri credebant grauitate flagitij eorum, qui pœnas dederant, summo loco & genere nati, sed meris Getis crudeliores. Fortè etiam Getæ excusandi magis veniunt, quòd ingenia ad similitudinem coeli sui horrentia habeant, & solum lignonibus vexent, Italicæ fecunditati dissimile omninò, farris & vini expers: nec terram quidem ferro vexant, imò asperum territorium, quod sic alloquitur Ouidius:

Lib. 3. de
ponto, e-
leg. 1.

Tu neque ver sentis cinctum florente corona:

Tu neque messorum corpora nuda vides.

Non tibi pampineas autumnus porrigit vnas,

Cuncta sed immodicum tempora frigus habet.

Tristia per vacuos horrent absinthia campos,

Conueniensque suo messis amara loco est.

Adde metus, & quòd murus pulsatur ab hoste:

Tinetaque mortifera tæbe sagitta madet.

Et hæc potissimum causa fuit, cur Getæ aliò fedes

quæsitum armis sæpissimè iuerunt, quòd ingrati agri cultores bellorum tumultibus iugiter pulsabantur, alij ab aliis damna crebra & ingentia accipientes. Erant enim valde bellicosi: quo factum est, vt veteres Martem Getis præstitem assignauerint. Inde Æneas apud Virgilium Nymphas venerabatur agrestes,

Gradiumq; patrem, Geticis qui præsidet armis.

lib. 3. Æ-
neid.

Hunc etiam placabant humana victima bello capta: quiq; humanissimi eorum habiti sunt, supra mare Ponticum incoluere: ac nobilissimi in duas familias deinde discreti, vna Amalorum ab Amala Rege Augis filio in clyto, cui Ostrogothi paruere: altera post Amalos Baltharum, mirificæ originis & virtutis, nomen trahens ab eo, quod Baltha audacem significat, cui Visigothi subiecti. Omnes tamen Gothi siue Getæ nominabantur promiscuè. Quare cum Antoninus Caracallus Seueri Augusti filius Getam fratrem occidisset, & sibi Parthici, Arabici, Alemanici titulos à totidem victoriis vendicaret: adde, si placet, inquit Heluius Pertinax, Getici. notans dièterio scitotum victos tumultuariis præliis Gothos, qui, vt Spartianus narrat, Getæ sunt, tum fratrem in palatio necari iussum, cuius se insidiis circumueniri falso iactauerat placatis stipendio aucto militibus. Getarum verò bellicam laudem non diffitentur Ægyptij, quorum perantiquus Rex Vesosis ad Phasim fluiuium, quem norunt nobilium mensæ propter Phasides aues ob conuiuia genitas, à Taunasi Gotho debella-

romandes
lib. verum
Geticar.
ubi Ostro-
gothæ, et
Vesego-
thas scri-
bit.

in vita.
Caracalli,
in fine.

tus fugit, vix Nilo flumine hostes impediēte tutus, quominus regnum cum vita amitteret. Verū Alexander Magnus in expeditione aduersus Thracēs ultra Æmum montem suscepta, Getas quidem lacesiuit, urbem eorum quandam cepit, & Regis munera: quibus delinitus nec inuitus remeauit ad suos. Post ipsum Lyfimachus Thraciam & Ponticam oram adeptus, cum Dromichete Geta pugnans, in potestatem ipsius venit. Cui victor gentis suæ monstrans inopiam, & contentos re sua homines: Ne talibus, inquit, bellum inferto, sed his potius amicis vtere. ac donatum hospitaliter Lyfimachum, & amicitia deuinctum, humanitate minimè Getica liberauit.

strabo li.
7. Geogr.

SI à Græcis ducibus ad Romanos transeamus, patebit protinus eos Getis longè inferiores fuisse, non modo quia Roma ab Alarico capta direptaque fuit, & rursus expugnata à Theoderico, ac diu possessa, & tertio à Totila, sed etiam quia ab Augusto Cæsare, qui felix propter repetitas vbique gentium victorias habitus est, ad Augustulum, in quo Occidentis defecit Imperium, nihil admodum in sine Romani Imperatores aduersus Getas gesserunt: nec spolia ampla ab eisdem retulerunt, quin cum magna cladis accessione luerentur. Non ignoro quidem M. Crassum, qui sub Augusto militauit, Dapygem Geticum Regem ad necem compulisse: sed Crassus Roletum alterum Regem socium expeditionis habuit, & ita Dapygem in castellum coegit, obseditque, frustra intētus oppugnationi, nisi quidam obsessorum de muro Græce

Dion Cas.
sius lib. 51
in fine.

Græcè salutans prodicionem composuisset: qua perfecta Dapyx & reliqui barbari sese mutuis vulneribus occiderunt. Dapygis fratri ignouit Crassus: mox ad speluncam traduxit exercitum, Ceiram nomine, in quam confugisse Titanas à diis superatos indigenæ fabulabatur, refertam hominibus, gregibus, & rebus pretiosissimis. Extorta deditioe per famē, quædam alia prælia Romani iniuere, quæ Getarum aliquot regiones verius lacerarent, quam subigerent. Quare puto factum, vt Augustus eorum affinitatem sueton. in Octauio, cap. 63. connubiis communicatis petierit. Qui euerē tantisper Getæ, dum Corillum Regem fortiti, in Dacia imperare XL. annis: inde Daci à Romanis dicti, quorum ora montium corona cingitur, trans Danubium Plin. lib. 4. cap. 12. in conspectu Mœsiæ, duobus tantum accessibus peruia. Cūque è Dacia Gothiæ appellationem inuenisset, tandem transit in Gepidiam: eò quòd Principes Gothi in vberiores terras migrare, & Gepidas ibidem destituere, è Gothorum quidem progenie, sed degeneres & obscuriores, tardioris ingenij, & minus agiles. Nam & Gepauta, vt Iornandes lib. rer. Geticarū. tradit, pigrum illis significat. Aduersus Gothos suis finibus minimè contentos, Domitiano Imperium tenente, intraque Romanum limitem irrumpentes, Pompeius Sabinus in armis stetit, & in conflictu captus, capite abscisso Fuscum successorem accepit nihilo feliciorē. Idcirco Gothi spoliatis hostium castris, præda & læritia cumulati, primores suos Anses, id est, semideos vocauerē. At Constantinus Magnus

contra Licinium pugnaturus, Gothorum auxilia imploravit, & fœdus cum illis percussit: & in condenda Constantinopoli ipsorum est usus opera, Ararico & Aorico Regibus florentibus: quibus sedes in Pannonia concessæ, ubi Hunnos sensere hostes accerrimos ac potiores, Ermanarico præsertim Rege defuncto, quo bellante prævaluerant. Tum Visigothi & Ostrogothi quid statuendum deliberarunt. Tale verò nomen domo attulerant: quia hi Orientis plagam, illi Occasui propinquiorem inhabitarent. quod fortuna utrisque postmodum roboravit, Ostrogothis Italiam, Visigothis Galliam Occidentalem nanciscuntibus. Proinde communi consilio placuit Legatos ad Valentem Imperatorem destinari, per quos Thraciæ & Mœsiæ partem assignari sibi postularent, victuri Romanis legibus, & Christi religionem amplexuri, si quidem impetrarent: ut contigit. Existimavit enim Valens Gothos magnū Imperij munimentum fore, & pro muro obiectum iri immanioribus nationibus trans Danubium, Fridigerno & Alatheo Ducibus. Qui offensi à Lupicino Maximoque Romanis, iam non ut aduenæ, sed ut domini, regionem sibi permissam, tenere, tueri, propagare inceperant: quia ferebatur Lupicinus machinatus, ut in conuiuio Fridigernus perimeretur. Itaque Valens expertus est id, quod vulgò dici solet, è malo coruo malum ouum gigni, & mercedem accipit suæ dignam væsanîæ, quam Gothos edoceri curauerat: agnouitque tristi exitu Valentiniani Augu-

sti fratris, à quo sponte in Imperij consortium accitus fuerat, hortationes salubres fuisse. Namque ab illo sæpissimè obiurgatus fuerat, quòd Arianam amentiam sequeretur. Verùm prævaluerat vxoris oratio & delinimentum, quo irretitus in communem erroris foueam collapsus, nihil non moliebatur, ut synceræ pietatis cultores perderet: ita ut ipsius mandato Modestus præfectus octoginta viros & Antistites religiosos, quos palàm occidere verebatur, in exilium mittendos fingens, imponi nauigio fecerit, & cum in medium pelagus itum esset, incendi, erepto scapha magistro nauis tanti sceleris opifrice: ut duobus elementis contrariis cruciarentur in fontes: quorum necem dira fames per Oriëntem expiauit. Proinde quia Gothi Romanis adhuc amici essent ante extructas à Lupicino insidias, adeò ut Fridigerno Valens opem rogatus tulerit aduersus Athanarichum * similiter Gothum insultantem, relaturus gratiam Fridigernus, & pollicitum præstaturus, religionem quam seruaret, communicari sibi efflagitauit, Vlphila Gotho sacerdote procurante: qui inter initia nihil prorsus à Nicæna pietate discrepauit. Primus Gothis literas dedit, & sacra volumina patrio sermone exhibuit, & vana numina explodenda monstrauit: sed postquam Constantinopolim Legatus venit, blandimentis Arianorum illectus, & Valentis obstinatione perspecta, ac fortè ratus Deo pergratum Principis dogma fore, quod impij assererent, Arianis subscripsit, & Gothicam gentem eadem lue

*Theodori
tini histor.
Ecclesiast.
lib. 4. cap.
12.*

*Socrates
lib. 4. cap.
16.*

*Hunc
Iordanes
ait successisse
Fridigerno. vide
de 5070.
menū lib.
6. cap. 37.*

infecit, glifcente mox contra Gothos odio: quoniam ipsi Thraciam omnem vastassent, vicos diriperent, opida obsiderent. Quamobrem Imperator Valens exercitum sedulo contraxit, iniuriam propulsaturus. Tum ei Isaacius monachus prædixit victoriam, si templa Christi veris famulis restitueret: sin minus, perditum iri, nec esse tutum aduersus Deum cõtendere, vt Pindarus ait: *ἄρην δὲ τῶνδ' ἑδὼν ὄντα ἐπέλεξεν*. At Valens toruè hominem aspiciens, custodia asseruari eundem in reditum suum præcepit, & cum totis copiis feruens aduersus Gothos properauit: qui modicum retrò abiere, ita vt Valens Thracia post se relicta Adrianopolim in finibus Macedonię sitam veniret satis incompositis ordinibus, & parum structa acie. Quare hostes equitatus Romani impetum facillè sustinuerunt, & dissiperunt: & grauiorem armaturam impressione facta in fugam veterunt magna cæde edita: adeò vt Imperator saucius ex equo descendens, deploratis rebus fugæ sequeretur exemplum, & se in casam quandam stramentis cõtectam abderet, quæ à barbaris nihil suspicantibus, sed ferro & flamma omnia vastantibus, incensa cum veritatis hoste, qui facem Ariani erroris prætulera, in ciues redacta est, ætatis eius anno quinquagesimo exacto, Imperij cū Valentiniano fratre transacti decimotertio, deinde tribus annis plures regnaturus vtique fuerat, si summo Regi Christo obtemperasset. Atqui Isaacius in carcerem coniectus, spiritu videns quæ contigerant, Valentem incendio periisse, iis qui aderant, protinus

*niceph. di.
hyst. 11. c.
50.*

*Zonaras
lib. 3. in
valente.*

renunciauit: sicut Apollonius Ephesi agens, & in Xysti luco fortè disputans, viderat Domitianum à Stephano & coniuratis Romæ confodi septem vultibus, & colluctari, & laniatis digitis ferrum extorquere conari, ac oculos effodere. Quamobrem Apollonius lymphato similis, pro concione rupto orationis cursu, clamauerat repente, Feri Stephane, tyrannum percute. tanquam in rem præsentem venisset, non tantum è speculo rei gestę imaginem traheret, sed & ferienti opem laturus, donec omnibus attonitis, Confidite, inquit, ô viri, tyrannus namque occisus est: Diis gratias agite, quos ego pro tanto beneficio adoratum proficiscor. Huiusmodi fuit vitæ Valentini finis, de quo tantoperè fuerat sollicitus, cū sibi beatus videretur, ita vt successuro inuideret, & nomen eius inquireret per magos & ariolos, amens, & ignorans, licet quamplurimos occidisset, nunquam successorem occidi posse, vt Seneca dixit Neroni eadem rabie percito. Cūque partim Valenti id reserasset de more vaser & ambiguus, indicio Græcarum quatuor literarum. *θ. ε. ο. δ.* complures Theodoros & Theodotos trucidari iussit, ita vt multi nomina similia periculo exposita occultarent, aut immutarent. Fertur Iamblichus Procli Philosophi magister, adiutor extitisse diuinationis, inscriptis pulueri viginti quatuor literis, ac cuiuslibet earum hordei grano imposito, mox adhibito gallinaceo, & certis carminibus recitatis, quibus ales adigebatur grana ex literis sumere: quæ coniunctæ

*Philostratus lib. 8.
de vita
Apollonij,
cap. 10.*

*xiphili-
niss.*

*socrates
lib. 4. cap.
19. & Zo-
narus in
valente.*

id de quo quæreretur referrent. Proinde lecta fuisse grana ex literis theod. sed non præuidisse fortilegos Theodosium Magnum, quem Gratianus Valentiniani filius turbulento Reip. statu ex Hispania acciuit, eique Imperij iura communicauit. * Iornandes (cui plurimum Gothorum in rebus tribuo) Athanarichum eorum Regem minimè à Fridigernò necatū tradit: sed potius successorem ipsi datum à Gratiano pacatum, ac muneribus eximiis & annona cumulatifsimè donatum: vtpotè cùm Gratianus in Gallias festina-ret obuiam iturus Vandalis incurfantibus, & Gallos longis bellis attritos infestantibus, Theodosio ægrotante. qui cum primùm conualuit, Constantinopolim profectus Athanarichum hospitio excepit, mirantem regalis domus ornamenta, obsequia & ministeria, adeò vt Deum quendam terrestrem Imperatorem diceret, qualem, vti opinor, finxit Lysippus statuarius Alexandrum Magnum resupina facie cælum spectantem, vt solebat, flexa leuiter ceruice, atque quodammodò illud proferentem:

Iuppiter asserui terram mihi, tu asserere cælum.

vt quidem haud illepidè æræ Regis statuxit ille scripsit. Quod quidem Theodosius haudquaquam de seipso sensisset, cuius fuit moderationis & sanctitatis, religionis cultu mirificus & studiosus propagator: quo nemo diligentius Nicænæ Synodi definitionem seruari imperauit, præsertim dum moreretur, Arcadio & Honorio liberis, quos virtutum, nedum regni hæredes esse optauit atque habuit: illi

* Anno Christi, 381. vide Paul. Diaconum in Gratiano, lib. 16. ubi eadè sentit cū Iornande de Athanaricho.

Plutarch. lib. 2. de fortuna Alexandri.

Nicephor. lib. 12. ca. 6. & lib. 13. cap. 1.

Orientis, huic Occidentis ditionem præstituens, & omnia iure & legibus agere cohortans, atque ita pacatè & prudenter, vt exteræ gentes non formidarent tantùm, sed etiam reuerenter colerent: maximè Gothi, qui Athanaricho Rege mortuo Constantinopoli propter vnum Theodosium, cuius singulares virtutes demirabantur, vniuersi se Rom. Imperio dederunt. Tantæ verò fuit humanitatis in omnes homines, vt ad Rufinum præfectum prætorio constitutionem suo & filiorum Cæsarum nomine emiserit, qua ignosceret iis qui Imperatori obrectassent: Quia, inquit, si ex leuitate id processit, contemnendum: si ex infania, miseratione dignum: si ab iniuria, remittendum. Sic Antigonus Asiæ Rex audiens à militibus conuicia in se iactari, qui eum abesse putabant, patefacto virga tentorio: Flebitis, inquit, nisi longius remoti posthac malè nobis dicetis. Antisthenes quoque Philosophus apud Laërtium ait, Regiū esse malè audire, cùm benè feceris. Satis namque præclaris viris est conscientia rectè factorum, cùm & Deum plerique fugillent, interdum etiam nefariè diffiteantur: attamen ipse beatus sempiterno & dulci æuo fruitur, nec pro meritis impios vlcisquitur, aut gigni prohibet. Rufinum genere Gallum magistrum ordinum senatus à Suida accepimus. Is cum Arcadio Orienti administrando præfuit, oculorum motu & orationis extempore ornatè vehementia prudentiam declarans. Stiliconi, qui cum Aureliano Consulatum gessit, Honorius se suumque credidit Im-

Paul. or. ref. lib. 7. cap. 34.

l. unica. C. si quis imperatori maledixerit.

in dict. Theodosius. Nicephor. lib. 13. ca. 1. & c. 4. ubi de Eutropio.

perium, & quidem satis feliciter ad tempus: quia Rufinum tyrannidi studentem prostravit, de quo poeta

Lib. 2. in
Rufinum.

*Interea Stilico iam letior hoste propinquo,
Pugnandi cupidus accendit voce cohortes.
Armenii frons laeva datur, per cornua Gallos
Dexteriores locat. -*

Tandem caput eius resectum in hastæ fastigium sustulerunt milites per urbem circumferentes, stipem petentes viro inexplēbilis auaritiæ: qua ridicula medicitate multum auri collegisse refert Nicephorus.

suas in
verb.
ὑπὸ τῶν.

Moxque Eutropium Rufino suffectum, eumque in fastis Roman. Consulem factum ex eunuchō cubiculario primū didicimus, sellaque per urbem gestari solitum nullo immani scelere prætermisso: & denique qui vilibus liberis procreandis non sufficeret, Patrem principis appellatum: deinde ob immoderatam proteruitatem & rebellionem exulem: postremò Aureliano præfecto & illustribus iudiciis causam agnoscentibus summo supplicio affectum.

P. Diaton.
lib. 13. ca.
1. Paul. O.
ros. lib. 7.
cap. 38.
Zonar. li.
3.

At Gildo nihil hoc melior, Theodosij morte audita, adolescentiam Arcadij & Honorij contemnens, Africam, cui præsidebat, vana spe concipiens morte amisit, Stilicone laudibus in cælum elato, licet Vandalorum mera proles haberetur, tanti factus apud Honorium, ut Mariam illius filiam Augustam conubio faceret: eaque decedente Thermaniam alteram filiam, ne non Stiliconem focerum haberet, Deo ferè reluctante, qui utramque virginem immatura

tura morte subduxit. Interea Stilico, post Cæsarem & Pompeium eadem affinitate coniunctos, ostendens quàm parum necessitudini tribuat dominandi libido, Honorio Imperium extorquere obnixè curabat, atque id Eucherio filio suo transcribere, euocatis & sollicitatis clam ubique barbaris nationibus, Gothis, Vandalis, Alanis, armis rem Romanam turbaturis, ut ita grassandi tutior materia præberetur.

Erupit primus Radagasus Rex Gothorum ducentorum milium coacto exercitu: qua multitudine nec ymbra sui nominis ferre posse Romanos sperans, & totius Italiæ sanguinem diis suis propinare vouēs, intra ipsam in Fesulani montis iugo captus vinculis, & morte multatus, periit. Rursus Gothi tanquam pereundo crescerent, insurrexerunt aded, ut Stiliconem iam poeniteret instituti, quia belli incendia facile restinguere non poterat: & ut vnum puerum purpura indueret, sanguinem virorum, præsertim Romanorum, fundi, miscerique videbat, suum ipse contributurus. Nam postquam Honorio & exercitui doli scena patefacta est, vnà cum Eucherio filio Romæ iugulatur. Sed paulò antè Gothi post Radagasum Alarico è Baltharum familia Visigothorum Duci sceptrum addixerant, regna sibi armis & industria quæsituro libentiùs, quàm per focordiam aliis parituro. Itaque Italiam leui negotio ingressus perfidia Ducum agitatam, Romam obsedit. Interim de pacis conditionibus deliberatum, ac pacto conuen-^{normand.}to actum, ut Galliæ & Hispaniæ, quæ iam Gizericho ^{lib. rerum} ^{Gettcarū.} ^{Paul.} ^{Diaconus.}

Vandalo subiacebant, Gothis permitterentur. Ceterum Stilico pacis odio Gothos iuxta Alpes Coccias copiis extructis laceffens, & insidiosè magis quam ^{Anno} feliciter configens, vt Romam reuerterentur, per-
 412. ^{R^o.} fecit: quam vi captam diripere, exceptis locis sa-
 ma. ^{c. pta.} cris. Quinetiam ciuibus parctum, qui ad D. Petri ædem confluerant. Deinde more æstus marini se paulisper contraxere Gothi, per Campaniam interea, & per Lucaniam populabundi, ac decernentes in Siciliam & Africam traicere. Morte tamen inopina Regis Alarici consternati consilium mutarunt: quem ad Cōsentinam ciuitatem immodico sumptu sepelierunt, flumine aliorsum deriuato, iugi captiuorum opera, ibique effosso tumulo, cum immensis opibus Alaricum sepelierunt: mox in pristinum alueum amnem reducētes barbaro astu, inducto prius à Decebalò Dacorum Rege, quem Traianus Cæsar regione subacta ad spontaneam mortem impulit: thesaurósque regio inuenit subter vada Sargetiæ amnis aliò fluere iussi, necatis conscis, præter vnum Biculum captiuum, qui abditos thesauros indicauit. Suidas scripsit Traianum dicasse Ioui spolia Geticæ victoriæ, crateres argenteos, & cornu bouis maximum inauratum, hoc titulo: Κοίρανος ἀνδράπων κοίρανον ἀθανάτων ἀπέθετο. id est, Dominus hominum domino immortalium dedicauit. Sed titulum D. Hadrianus adiecit postea. Cæterum Alarico Athaulfus sanguine & oris decore simillimus suffectus est: qui Romam rediens, quasi post messem direptionis Alari-

Dion Cæs.
in Nerua
Cæs.

In dict.
Cæs.
mons.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 390
 cinæ, cui ipse interfuerat, spicilegium fecit, & reliquias opum Romanarum asportauit, & simul Galliam Placidiam Theodosij Magni filiam, Honorij sororem, quam sibi vxorem habuit magno Reip. Romanæ bono. Hęc enim incredibili prudentia & sermone miti & blando permulsi virum, ita vt pacem cum Honorio componeret, & ex Italia in Gallias migraret, & ibidem regnum firmaret Heroidis captiuxæ consilio, cuius cōnubium minimè respuerat: sicut nec Telamon Hesionis Laomedōtis filiæ, Priami germanæ, tum abductæ, cum Hercules Telamonis auxilio Troiam expugnasset. Ferunt verò Telamonem ex illa substulisse Aiace[m] illum, qui Hectori sobrino tantoperè formidolosus fuit, quiq[ue] pro armis Achillis contra Vlysssem contendit: quæ Æolenses, qui Ilium secundum euerfionem tenuerunt, post Vlyssis naufragium ad Aiace[m] sepulchrum delata fluctibus & tempestate commemorant. Clatharius quoque Clodouei filius post victum Hermenfredum Thoringiæ Regem, Theoderici fratris auspiciis, ac liberis victi vnà peremptis, Radegundem Bertrario Hermenfredi fratre genitam, formæ & morum gratia sibi despondit, * non diu fruiturus. * ^{Anno} Nam illa sanctimoniæ studiosa maritum exorauit, vt ^{524. Nic.} sibi liceret in mulierum Deo dicatarum cœtu apud ^{Gillius in} ^{Annalib.} Pictones degere, vbi consenuit. Verum variis modis, variæque semita cœlum petere concessit Deus: alix virginitate vel cœlibatu, alix fertili castitate marimonij pietatem colunt, vt Placidia fortunę vim

supra sexus facultatem fortiter ferens : atque animo
 vsquæcedo præstans, vt Athaulsum raptorem mari-
 timumque sedauerit, ita vt iam nihil non Romanum
 exuta barbaric spiraret. Ego, inquit Paulus Orosius,
 virum quendam Narbonensem illustris sub Theo-
 dosio militie, religiosum & grauem, apud Bethleem
 opidum Palestine, beatissimo Hieronymo referen-
 te, audiui, se familiarissimum Athaulfo * apud Nar-
 bonam fuisse, & de eo audisse, aliquando ardentem
 inhiasse, vt obliterato Romano nomine vbiq[ue] Go-
 thia esset : sed vbi multa experientia probauisset, ne-
 que Gothos vilo modo parere legibus posse propter
 mores effrenatos, neque Reipub. interdici legibus
 oportere, elegisse salutem & gloriam Romani no-
 minis augendi Gothicis viribus, vt cum immutator
 esse nequiret, instaurator apud posteros haberetur:
 idque Placidia instigante & obsecrante post partas
 in Gallia sedes, quæ comi & mansuetiore domino
 lætatur. Hic tandem dolens Hispaniam à Vanda-
 lis incurfari, traiecta Pyrene breui temporis curri-
 culo eas eripuit, quoad tertio victoriæ anno in opi-
 do Barcinone agens, insidiosissimè occiditur gladio
 Vernulsi, in cuius staturam sæpè iocari assueuerat,
 successore dato regni & exitij Regerico, dolo suo-
 rum similiter trucidato. Infamis enim fuit gens Go-
 thorum ob Reges proprios temerè & sceleratè in-
 terfectos : adeo vt plerique dominatum peius angue
 refugerent, mortiferum iure existimantes, & iugiter
 meditantés paratas tyrannidi continuo exequias:

lib. 7. ca.
 43. histo-
 ria.

* al. Ath-
 alphus,
 ab aliis
 aut. al-
 phus di-
 ctus vs-
 que.

normand.
 lib. rerum
 Geticarum.

quoniam, vt Satyricus inquit,

*Ad generum Cereis sine cæde & vulnere pauci
 Descendant Reges, & sicca morte tyranni.*

numeral.
 saty. 10.

Propterea Dionysius Syracusius cum maximis opi-
 bus præditam ciuitatem oppressisset, vir alioquin in
 victu temperans, in rebus gerendis acer & indu-
 strius, sed iniustus & maleficus, ex quo plerisque o-
 diosus, Damoclem assentatorem, à quo beatus præ-
 dicabatur, collocauit in aureo lecto pulcherrimo,
 textili stragulo, magnificis operibus picto : ornauit-
 que argenteo, auroque cætrato. Tum ad mensam de-
 lectos pueros iussit consistere, qui ad nutum intuen-
 tis diligenter ministrarent. Aderant coronæ & incensæ
 odores, & mensæ exquisitissimis epulis extractæ.
 Fortunatus sibi Damocles videbatur, nisi in hoc me-
 dio apparatu è lacunari gladius seta equina appensus
 supra ceruicem Damoclis imminuisset : quo perter-
 ritus, nec plenam cupediarum cœnam, nec arte elab-
 oratam supellectilem adamabat : sed obnixè Dio-
 nysium rogabat, sibi vt liceret discedere. Quem a-
 pertè declarasse sentimus, nihil ei iucundum esse, cui
 semper aliquis terror impendat : sicuti Gothorum
 Regibus cædi domesticæ frequentissimè expositis,
 nõ magis ob sæuitiam quàm propter benignitatem,
 quæ in Alexandro Seuero Mammeæ filio Imperato-
 re Romano magis laudata quàm tuta fuit : qui vel
 suopte ingenio, vel amicorum proborum conuictu,
 optimus præsertim Iuriconsultorum, militarem di-
 sciplinam seuerè sine acerbitate exercuit : facinorosus

cic. lib. 5.
 Tusculen.

hominibus, maximè furibus, in quos paratum semper se habere dixit digitum, vt oculos effoderet, tam asper, quàm mitis & munificus bonis & eruditis: Ideoque Senatui charissimus, & populo annonæ auctæ beneficio: deuictisque Persis ac Parthis, aliisque nationibus, ita vt sola Gallia pacanda restaret à Germanis prædas agentibus molestata, in qua periit anno XIII. Imperij & diebus octo castrensi tumultu, opido Mogontiaco, * fraude, vt vulgò traditur, Maximini Thracis successoris, inuito Senatu & inauspicatissimè designati, patre Alano, matre Gothica geniti, & propterea Gothis amicissimi, cum quibus libenter commercia exercuit, è pastore pecorum hominum pastor factus, postquam sub Septimio Seuero prima stipendia fecisset, sensim prouectus propter corporis eximium robur & proceritatem: ita vt in prouerbium venerit caliga Maximini, de longis & ineptioribus hominibus. Sed cum Alexander magnorum meritorum iudex in suam perniciem ipsum extulisset, ac præfecisset exercitui, necem vicissim ab ingrato accepit non diu superfuturo: & qui à Pupieno Aquileiæ maectandus veniebat, æquè à militibus destitutus, vnà cum filio Maximino Principum pulcherrimo, & literis apprimè exulto opera Philemonis Grammatici, Modestini Iurisperiti, & Titiani oratoris, qui, teste Capitolino, dictus est Simia sui temporis, quòd cuncta feliciter imitaretur. Maximinos duos subsecuti tres Imperatores, Pupienus, Balbinus, & Gordianus, solus tandem reliquis

* Anno Christi 237. Euseb. in chronica. Eutrop. li. 8. hist. & Lamprid. in eius vita.

Capitolinus in Maxim. ubi de morte Alexandri alia adiicit.

duobus Romæ interemptis. Cæterum vt ad Reges Visigothorum redeam, quartus ab Alarico post Athaulfum illicò creatur Vallia, eo potissimùm à suis electus, vt pacem cum Honorio initam refringeret, à vero Deo autem, vt firmaret. Sed Honorius dubiis in rebus veritus ne foedus cum Athaulfo percussum negligeret, Constantium militari gloria pollentem exercitui in Hispanias dirigendo præfecit: vt potentia Gothorum imminuta, Placidiam sororem reciperet. Cui Vallia occurrens non minore procinctu, fecit vt renouata pace, Placidiæque reddita, à bello discederetur: ne teterrimis hostibus Gallias Hispaniæque infestantibus ansa grassandi præberetur, dum nescio quis alius Constantinus interim Arelate inuasisset Imperium, mox simul cum Constante filio periturus: & duodecimo Valliæ Regis anno Vandali ex intima Gallia, qua ipsos Athaulfus fugauerat, in Hispanias transierant, à Bonifacio proconsule inuitati, Africam meditantes duce Gizerico, iam Gaditanum fretum traiecturi. quod eo celerius fecere, quia Vallia instabat properantibus: ideoque incruenta victoria potitus Tolosam, inquit Iornandes, reuertitur. Id sensit Sidonius, de Ricimere loquens:

- *reminiscitur illud*

Quod Tartesiæcæ auus huius Vallia terris

Vandalicas turmas, & iuncti Martis Alanos

Strauit, & occiduam texere cadauera Calpen.

Nam Vandali instar procellæ Gallias peruaserant: & præda ingenti cumulati à Pictonibus perucenerant

Paul. Diaconus lib. 13. in fin. & tornades.

Lib. Carmin. 2. ad Anthemium sacerum Sidonij & Ricimeris.

Tolosam, tanta fiducia diripiendi, ut emptores ad-
ducerent, qui rapienda mercarentur: & milites à
tribunis iurciurando adigerentur, non se discessu-
ros, antequam vrbs caperetur. qui tamen inanes ac
periuri discessere vnus Exuperij Tolosani Episco-
pi ductu, hortatu, & sollicitudine, qui absentem Val-
liam propter humanitatem & modestiam valde dili-
gebat, vocare eum solitus nouum Chironem. Nam ut
inter Centauros raptos viuentes, & Thessaliam op-
primentes, solus Chiron Saturni filius, iustus & do-
ctus habitus est, & propterea inter signa cœlestia re-
latus: sic Vallia inter Gothos. Inde Tolosæ ad læuam
ianuæ templi Saturnini occurrit sculptura Gothica
Sagittarij femiferi. Nam & Sagittarium in orbe signi-

*1ul. Hygi-
nus lib. 2.
de signis
cœlestib.
Palaphat.
lib. 1. de
fabulosis
narratio-
nib.*

fero Centaurum esse asseruerunt docti, equinis cru-
ribus, humano ore ac pectore: idè quod Lapithæ
populi Thessali equitandi artem mirificè calluerunt.
Nemo tamen melius quàm Vallia æquitatis & pro-
missi tenacissimus: Ideoque Honorio Placidiam so-
rorem honestissimè tractatam quamprimùm reddi
curauit, & pro pace obsides dedit. Placidia verò Cō-
stantio assertori nubens, Valentinianum mox impe-
raturum peperit, & Honoriadem alterum è liberis,
cum quibus simul expulsam à fratre Constantinopo-
lim profugit ad Theodosium Arcadij filium, Vallia
interim Narbonensem prouinciam & Aquitaniam
tenente, & Hispanias vendicante: quas Vandali latè
inuasent magno agmine, ita partiti copias, ut in
Gallia milia trigintaquinque dimisissent veteranorū,
multis

*Paul. Dis-
con. li. 14
de gest.
Rom. in
princip.
anno 431.*

multis periculis antea, nullo bello, fractorum: quo-
rum violentiam periculosissimam sine periculo Exu-
perius Antistes effugisse ac explicasse fertur, citò
coëuntibus tam ciuium quàm Gothorum animis ac
manibus, communitis muris & aggere firmatis, soli-
citante timore, instante viro prudentissimo, qui
Christianos hortabatur, ut Deum victoriæ autorem
obsecrarent: cuius Angelus in castris Sennacherib.
Regis Assyriorum centena octoginta quinque ho-
minum milia vna nocte peremisset, qui Ezechiam & 4. Reg. 19
Hierosolyma oppugnatum venerant. Meminissent
etiam Christum triumphatorem gnavis piisque simul
opitulari, iuxta veterem parœmiam, quæ vult iuvari
à Deo facientes: id est, ut opinor, sacrificantes. No-
ta enim est significatio verbi Facio, id est, sacrifico:
ut apud Virgilium, *Cum faciam vitula pro frugibus.* - *Ecl. 3.*
Ideo Sequola nomen Pontificis, à Possè & Facere de-
duxit. Nam quod Æschylus ait, *φιλα δὲ τῷ κερμονῆτι συ-
σπείβει θεός:* id est, Amat Deus laboranti cooperari:
nihil impedit quin laboris primordium, exitusque
ad Deum referatur. Ferunt vulgò Tolosates Exupe-
rium pro muris concionantem, lustrali aqua sparsos
Vandalos terruisse, ac fugasse. quod præterire non
potui, etsi seueriores fabulis adnumerent. Planè cō-
stat veteres genere quodam cæremoniæ aquam &
ignem adhibuisse, cum aliquos extrudere aut arcere
volebant à suo confortio. Vnde exulibus aqua &
igni interdicebatur iure ciuili: & hodie vsurpatur in
iis, quibus sacrorum communium vsu ritè verbis

*M. Varro
lib. 1. de re
rust. ca. 1.
- Ecl. 3.*

*l. 2. ff. de
pub. lit.*

Lucid. 12 conceptis interdicitur. Idque adnotavit Seruius:

- alij fontemque ignemque ferebant

Velati lino, & verbena tempora vinciti.

Itaque Antistes inter commilitones non omnino Christi religione imbutos veterem ritum minime noxium ad arcendos hostes pro tempore retinuit: interim telis opponi iubens lanam & tormentum, & tela & saxa retorqueri, atque rapinam & impietatem obfidentibus exprobrari: instar Chalcedonensis Episcopi, qui superiore seculo Byzantij ad muros confidenter stans ac vociferans, Iuliano Cæsari preuaricationem obiecitabat, & turpem à Christi veri Dei lege desertionem. Cumque Iulianus cæcitatibus malum contra regeretur Præsuli, tanquam Christo (quem per ludibrium Galileum nefarius vocitabat) minimum curæ esset: Imò, inquit ille, magnas Christo habeo gratias, quod te nunc scelestum synceri dogmatis transfugam cæculus non videam. Eandem urbem Eunomius Episcopus à Gororane Persa obsessam fuis ad Christum precibus in hostes sagittis saxisque incolumem seruauit: atque ita Exuperio per omnia conferendus, Vandalis discessum fugæ parem facientibus, non minus terribili, quam suis Tolosatibus gratiofo, & Valliæ Regi reduci gratissimo. Qui licet Christianis non perinde assentiretur, non tamen iisdem molestus infensusve vnquam extitit, Getica in sententia manens. Cuiusmodi ea fuerit, nequeo plane expromere in tanta varietate opinionum. Ad mortem paratissimi sunt Getæ, inquit P. Mela. Id

*Ex so7o-
meno lib.
5. histor.
cap. 4.
Theodori-
tus lib. 5.
cap. 37.*

*Lib. 2. de
suis orbis,
cap. 2.*

varia opinio efficit. Alij redituras putant animas obuentium: alij etiam non redeant, non extinguunt tamen, sed ad beatiora transire: alij emori quidem, sed id melius esse quam viuere. Itaque, inquit, lugentur apud quosdam puerperia, nati que deflentur: funera contra festa sunt, & veluti sacra, cantu lusuque celebrantur. Tamen ipse exploratum habeo ab Exuperio complures Gothorum, qui vel prisca numina venerabantur, vel Arii dementiam didicerant, in veram cognitionem perductos: & ferrea pectora non tantum Magnete sacri eloquij permulsa & illecta, sed etiam operis pietatis & munificentie plenissimis. Nemo enim illo in famelicis & egentes largior aut humanior fuit: adeo ut domesticis opibus erogatis donaria templorum, & vasa aurea & argentea sacrificiis destinata, pro alimonia pauperum in summa annonæ caritate distraxerit, ne viua Dei vascula pro inanibus interciderent: cumque aureus Pontifex calice vitreo rem diuinam faceret, Deo plausibilior, quam qui vitreo pectore in auro sacrificant. Rogatus quoniam sacras diuitias amandasset, apud pauperes se deposuisse respondit, magno Reipub. commodo id factum ostendens, & iuxta Christi voluntatem, qui puillos atque inopes tantoperè commendauit, centuplum redditurus ad fidem mensæ cœlestis, vbi thesaurus & ærarium nulli furi peruium, præterquam quod humi etiam liberales & misericordes fortunati: ita ut id potissimum habeant, quod pie donauerint. Proinde cum Tiberius Byzantinus Cæsar, qui Iusti-

no Illyrico successit, inopiam populi beneficentia incredibili subleuasset, atque eo pacto contigisset fiscum exinaniri, & illum ab vxore Anastasia frequenter increpari, tandem cogitabundus in palatio deambulans, demissa facie, vidit inter tessellas pavimenti vermiculati tabulam marmoream crucis sculptę nota insignem: & qui nouerat veritum constitutione Theodosij & Valentianiani Augustorum venerandā crucem insculpi, incidi, pingive in quavis materia humi proiecta, & pedibus negligenter calcari, iussit sedulo tabulam reuelli, & rursus aliam atque aliam simili signo claram, donec tribus sublati magnam vim auri reperit, exercitui alendo abundē suffecturi, nedum pauperibus: adeo illi Christus expensum sanctissimē multa cum scenoris accessione rependit: sicuti & Childeberto Parisiorum Regi Clodouei filio, qui sex milia solidorum * aliquando Germano vrbis Episcopo in pauperes distribuēda dedit. Abacum quoque regium vasis aureis communitis & cōflatis exonerauit, ita largiter donans, vt iam qui inopes dici mererentur, deessent, Rege & Episcopo suauissimum certamen pietatis edentibus, & de misericordia contendentibus. Nam & cūm Rex Germanum iam annis grauem equo minimē succutiente donasset, confestim in egenum equus transcriptus est: ita vt nemo ad benemerendum de miseris & indigis procliuior inueniretur: nisi quis velit Paulinum Nolanę vrbis Episcopum excipere, qui cūm decoxisset, dum facultates suas effundit pro redimē-

L. i. c. lib.
I. tit. xi.

Gregor.
Turonens.
lib. 5. de
gest. Franc.
§. 19.

* solidi
olim au-
reum in-
telligē-
bāt, l. ult.
ff. de in-
iur. voc. §.
ult. de pœ-
na temerē
litigant.
Annon.
lib. 3. cap.
16.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 39;
dis captiuus, semetipsum dedit, atque vltro in Afri-^{Paul. Dia}cam traiecit, seruiturus pro reducendo flebilis cuius-^{con. lib. 15.}dam viduę foemine filio. Taceo Hilarium opes arca^{rer. Rom.} ac mente inclusas liberaliter recludentē, & indigen-^{in fin.}tibus comiter impertiētē, quādiu Pictonum Ec-^{Nicoph.}clesię p̄fuit, Gallis salutaris doctor, Latine & Græ-^{lib. 10.}cę scribens, & nitidę doctrinę femina vsque ad Ita-^{cap. 17.}los spargens, Arij v̄saniam refellens, & τὴ ὁμοῦς αἰῶν
naturam explanans ac persuadens. Quotusquisque iam est nostrum, qui huiusmodi Antistites non hortatu tantum, sed etiam vitę instituto pię philosophantes ad cælum vsque, quod inhabitare dicuntur, non præconiis efferat? Sed plerique laudare ipsos malunt, imò etiam interdum anxie colere, quàm religiosē imitari, aut exaudire illud D. Ambrosij: Au-^{In Can.}rum, inquit, ecclesia habet, nō vt seruet, sed vt sub-^{Aurum.}ueniat. Quid opus est custodire, quod non iuuat? An^{12 q. 2.} ignoramus, quantum auri & argenti de templo Domini Assyrij sustulerunt? Nōne melius constat sacerdos pro alimonia pauperum, quod sacrilegus hostis asportare queat? Aurum sacra non querunt, quæ auro non emuntur. Ornatus sacrorum, redemptio captiuorum est: & verè sunt illa vasa pretiosa, quę redimunt animas à morte: ille verus thesaurus, qui operatur idem quod sanguis Domini. hæc Antistes Ambrosius, qui post Auxentium res nouas molientem, & Ariana contagione infectum, Mediolanensi præfedit ecclesię, in eam inuitus suffragiis totius populi à foro & tribunali inductus. Antè enim
G G g iij

scilicet iurisdictioni præerat, rudis Christianæ religionis: & tunc primùm baptismate ablutus, cùm designatus fuit, vt pollutam Auxentij fæce & dissidiis ecclesiam componeret, maximo ciuitatis bono ac plausu, maiore Valentiniani Cæsaris, qui gratias cõfestim Christo egit, quòd viro sanctissimo, iudiciq̃ æquissimo, cui corpora ciuium antè credita fuerant, animas credi permisisset. Proinde Ambrosius diu multumque reluctatus manum admouit operi, & se totum rei diuinę addixit, memor Paulum sanguinem Christianorum adhuc sitientem, & in eorum necem Damasum cuntem, luce & voce cœlesti à rabie reuocatum ad prædicationem Euangelij, atque ad erudiendas gentes traductum. Sic cum primùm lux perfectę religionis Ambrosio affulsit, gregem sibi cõmissum & à faucibus Auxentij, velut lupi voracis, ereptum, in læta & innoxia diuini eloquij pasua perduxit: sed & scriptis purissimis hærefes tanquam pestilentes herbas euulsit: necnon exoletorum Deorum cultores redarguit, & conuicit: tum potissimùm dum Symmachus præfectus vrbs Rom. ad Valentinianũ, Theodosium & Arcadium Theodosij filium Augg. legationem decreto Senatus obiuit, oraturus vt ara Victorię, quam Christiani iussi deiecerant, instauraretur, atque vt Vestalibus solita alimonia pensitaretur, vtq̃ue cum eisdem testamenti factio esset: & in summa, vt antiquata sacra pristinum vigorem recipent, vel certè dissimularentur, ac saltẽ honor Victorię nomini redderetur, qui negaretur numini.

C. m. v. l. entim. nus. 63. distinet.

Act. 9.

Vide symmachum, lib. i. Epi. fol. c. 40.

Auersentur, inquit, hanc potestatem, quibus nihil profuit. Vos amicis triumphis patrocinium nolite deserere. Nemo colendam neget, quam profiteatur optandam. Præstate, oro vos, vt ea, quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. Consuetudinis amor magnus est. Romam nunc putemus assistere: rogabit concedi sibi auitas ceremonias, quibus seruatim Annibalem à mœnibus repulit, & Gallos Senonas à Capitolio. Diis patriis, diis indigetibus, pacem rogat: æquum subdit esse quicquid omnes colant. Eadem omnes spectant, inquit, astra: eodem mundo inuoluuntur. Nihil interesse, qua quisque prudentia verum inquiret: vno itinere non posse perueniri ad tam grande secretum. Vestalium virginum prærogatiuam detractam queritur, & sub largissimis Imperatoribus denegari, quod parcissimi præstiterunt, velut stipendium castitatis: Fiscum bonorum Principum, non sacerdotum damnis, sed hostium spoliis augendum fore: nudum nomen immunitatis virginibus postulari, cùm abundè à dispendio paupertate tutæ sint: præsertim quòd legata supremis tabulis morientium prædia fiscus retineat: & plus licere libertis & seruis, qui ex testamentis impune capiunt, exclusis eis, quæ castum corpus publicæ salutis dicantur. Secuta, inquit, est hoc factum famæ publicæ, & spem prouinciarum omnium mellis ægra decepit propter sacrilegium exarscente anno, non soli vitio, aut segetum rubigine. Faveant clementiæ vestrę sectarum omnium arcana præsidia: &

hæc maximè, quæ maiores vestros aliquando iuuerunt, vos defendant, à nobis colantur. Eum religionum statum petimus, qui diuo parenti culminis vestri seruaui Imperium, qui fortunato Principi legitimos suffecit heredes. Contrà Ambrosius Valentinianum iuniorem Gratiani fratrem vna atque altera epistola admonuit, ne patiatur iure abolita sacra reduci: ne putet cuiquam fieri iniuriam, cui Deus summus antefertur: Non esse denuò excitandam aram, ad quam Patres conscripti iurare soliti, cum iam curia maiore Christianorum numero referta esset. Proinde falsò legatione functum Symmachum totius ordinis nomine, quæ paucioribus placuisset. Quocirca nolentibus liberum esse Imperatori non iubere, quod non probet: non seruare, quod non sentit. Quare etiam atque etiam monet, ne à Valentiniani parentis tramite desciscat: ne alieni erroris societatem suscipiat: ne puram pietatem alienis sacrificiis contamine, in quibus Deum loquuntur cultores, adorant simulacrū, & præpostera numina.* Quæ si Annibalem à mœnibus, Senonas à Capitolio repulerunt, mirandum est, cur se obsideri passâ sunt ab iis, qui eadem colebant. Vbi erat Iupiter, cum Galli vincerent potituri Capitolio, nisi eos anser pauido strepitu prodidisset? an in anserem loquebatur? Nec nouum esse barbaros suis excessisse finibus in perniciem vrbs Rom. Nunquid etiam illi Christiani fuerunt, quorum miserabili nouoque exemplo alter captiuus Imperator, sub altero captiuus orbis fallaces suas

*sequentiâ
sumpta
sunt ex e-
pistola 2.
D. Am-
brosii.*

suas ceremonias prodiderunt? Nunquid tunc non erat ara Victoriæ, quæ non erubescit cum toto orbe longæua conuerti? quia nulla ætas ad perdiscendum serua sit, nec vllus pudor sit ad meliora transire, & cœli mysterium doceri à Deo, qui condidit, non ab homine, qui seipsum ignorauit. Nemini de Deo potius quàm Deo credendum: non iis, qui se fatentur ignorare quod credunt, fatenturque non posse vno itinere ad tam grande secretum perueniri: qui que Diis suis pacè ab Imperatoribus rogant, non à Christo pro ipsiſ Imperatoribus, quorum corda in manu Dei sunt: Nec Vestalium sanctimonia, sed sua, prosperantur, quarum virtutibus qui diffidunt, prouocant lucris & priuilegiis, & virginitatem putant esse, quæ pretio ematur. Atqui prima castitatis victoria est, facultatum cupiditates vincere: quia lucri studium, tentamentum pudoris efficitur. Nunc demum sacerdotes poscunt testamenta æquè seruari, & legata aruspibus à virginibus suis, sicut & Christianis, quorum qui exemplo vtuntur, debuerant vti officio & pauperibus impertiri. Denique, inquit, possessio ecclesiæ, sumptus est egenorum. Quòd igitur fruges defecerint gliscente fame, minimè Christianis imputandum, cum olim feruescente anili superstitione auari agricolæ spem fallax seges sæpissimè deluserit: ædubium fecerit, ne ad glandium esum in syluam Dodoneam rediretur, vbi vana fundebantur oracula iis, qui quercus vanissimè adorabant. Et certè ante plurimos annos sanorum iura toto orbe pij

Principes sustulcrant. Nunc scilicet tandem Diis gentium in mentem venit suas iniurias ultum iri. Stupeat nemo annorum vices. Nō fuit vnquam perpetua vbertas fructuum. Quinetiam superiore anno plerasque nouimus, inquit, prouincias redundasse. De Galliis quid loquar solito ditioribus? Frumentum Pannoniæ, quod non seuerant, vendiderunt: & fœcunda Rhetia fertilitatis suę nouit inuidiam. Nam quæ solebat esse tutior ieiunio, fœcunditate hostem in se excitauit. Liguriam Venetiãque autumnu frumenta pauerunt: atque ita illis prospera fuit Christiana sanctitas. Sed maiorum, vt frustra putat Symmachus, seruandus est ritus. Quid quod omnia postea in melius profecerunt? Mundus ipse, qui vel primū coactis elementorum per inane seminibus tenero orbe concreuerat, & confusa adhuc indigesti operis caligine vilescerat, nōne postea distincto cœli, maris, terrarūque discrimine, rerum formas, quibus speciosus videtur, accepit? Imperare aruis cœpit agricola, & informe solum vestire vineis: syluestres animos domesticis molliti cultibus homines exuerunt, & in annos mutati & mansuetai ingenij rudimenta deposuerunt. Queratur Symmachus de Deo æquē stolidē, quod serō mundum creauerit, vel certē potius quia creauerit: ac dicat omnia suis manere debuisse principiis obducta tenebris, ac displicere, quod solis splendor illuxerit, sicut de Christi lege recentiore queritur, dum Victoriam Deam esse autumat, quæ vtiq̄ munus est,

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 398
non potestas: donatur, non dominatur: legionum gratia, non potentia religionum. Meritō Constantius Cæsar eius aram cuerti iussit.

*Non aris, non farre mola Victoria felix
Exorata venit: labor impiger, aspera virtus,
Vis animi, excellens ardor, violentia, cura
Hanc tribuunt. - Et paulō post idē Prudentius: Lib. 2. contra symmachum.
Vincendis queris dominam, sua dextera cuiq̄ est,
Et Deus omnipotens. -*

Et hoc quidem Exuperij Episcopi Tolosani iuncta sedulitati sancta cohortatio declarauit, quæ pugnantibus pro classico extitit: Vandalos, vt iam memorauimus, propulsauit. Hi verō toto agmine Massiliam petierunt, vt tumultuaria classe comparata in Africam vela darent, copulandi cæteris, quos ex Hispania Vallia Gothus abegerat: & quos plerique arbitrantur dedisse * nomen Hispanicę regionis, quę vulgō Andaluza appellatur, Bæticę finitima, admodum fertilis, à Mariano monte ad meridiem stricta, libero deinde campo ad Anam fluuium Bæturia. Sed verendum ne magis sit, vt Vandali à Vallia fugati ne umbram quidem nominis sui in Hispania reliquerint. Nam Plinius Hispaniæ longē antē celebrioribus locis & nationibus adnumerat stipendiarios, Arcobricenses, Andologenses, Arocelitanos. Ceterum Vallia victor, & lætus ac ouans Tolosam rediēs, correptus febre ac morte, successorē accepit Theodericum, summa animi moderatione compositum, in castris feliciter versatum: tametsi Beremuthus

Amalus genere nobilior, & virtute non inferior ex-
taret. Qui sciens regnantibus semper suspectos eos,
qui regali stirpe geniti sunt, sanguinis sui splendore
prudenter & tempestiue occuluit, ignorari malens
scilicet quam emori. Ita perquam gratus Theoderi-
co, consiliis & rebus seriis libenter admittebatur: tū
præsertim cum Theodosius Augustus & Festus
no 447. Conf. Romanus procinctum mouerēt cōtra Gothos,
auspiciis Actij magistri militum, auxilio Litorij Hū-
norum Ducis. Sed dum pari ardore vtrinque exerci-
tus configere pararent, dextram quam Gothi ad fe-
riundum hostem aptauerāt, ad fœdus transtulerunt,
& pace tantisper facta discessere: atque ita Theode-
ricus quiete maxima frui cœpit, Hispana ditio, ac
Narbonensi fretus prouincia, & vtrouique in pretio
esse. Quod innuit Apollinaris Sidonius Narbonem
alloquens, Gothorum tunc rebus addictum:

Lib. car-
minum,
cap. 23.

*Hinc te Martius ille rector, atque
Magno patre prior, decus Getarum,
Romanae columen salutisq; gentis,
Theodericus, amat, sibiq; fidum
Aduersos probat ante per tumultus.
Sed non hinc videare fore turpis,
Quod te machina crebra perforauit.*

Lib. 1. E-
pistolær.
cap. 2.
Alibi idem Sidonius ad Agricola[m] amicum scribēs:
Sæpenumerò, inquit, postulasti, vt quia Theoderici
Regis Gothorum (hic verò Tolosæ regiam & sedes
collocauerat) commendat populis fama ciuilitatem,
literis tibi formę suæ quantitas, vitę qualitas signifi-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 399
caretur. Mox subiungit, Theodericum longissimis
breuiorem, mediocribus proceriorem, cæsarie insti-
gnem, hispidis superciliis: barbam radere solitum,
lactea cute iuuenili rubore suffusa decorum. In mo-
re illi positum antelucanos sacerdotum suorum cœ-
tus minimo comitatu petere. Postquam diluxit, re-
gni administrationi incumbit, pellitis satellitibus
sellam ambientibus. Gentium legationes admittit,
audit plurima, pauca respondet. Hora diei secunda
thesauros inspectat, aut stabulum. Venatione indi-
cta procedit, arcum lateri adhibet: si elegeris quod
feriat, sine mora ferit: rariùs fallitur figentis ictus,
quam destinantis obtutus. In conuiuio nulla loqui-
tur, aut seria: cibi arte, non pretio placent: fercula
nitore, non splendore. Scyphorum raras oblatio-
nes accusat sæpius sitis, quam recuset ebrietas. Vi-
deas ibi elegantiam Græcam, abundantiam Gallica-
nam, celeritatem Italam, publicam pompam, priua-
tam diligentiam, regiam disciplinam. Pomeridiano
otio somnus nullus vel exiguus. Si quando cordi ta-
bula est, tesseras colligit rapidè, inspicit sollicitè: in
bonis iactibus tacet, in malis ridet, in neutris irasci-
tur, in vtrisque philosophatur. * Putes illum & in
calculis arma tractare, sequestra interim regia seue-
ritate. Timet timeri, & superati bile oblectatur. hora
iam nona recrudescit moles negotiorum, donec cœ-
netur, non sine salibus fellis expertibus, Rege cirtha-
rę fidibus delinito, quibus non minus mulcet virtus
animum, quam cantus auditum. Serò cubitum itur.

* Ecce
mos diffe-
ria vicis-
sim iacta-
di, dum
luditur.

Ipso dormiente excubant vigiles armati, nimirum pro Rege custodiri dignissimo: cui obtigerat coniunx spectatæ pudicitie & prudentiæ, à literis mitioribus minimè aliena, Geticæ pulchritudinis delictum & decus. Nutrit quidem Septentrio gentes immanibus corporibus, candidis coloribus, rufo capillo, oculis cæcis, sanguine multo, nec exhausto caloribus, instar earum, quæ proximæ axi meridiano sunt, quæque magis mortem perhorrescunt: magis etiam impune feбриunt assuetæ ardoribus. At dixisses cæli partes qualibet formandæ Reginæ consensisse, adeò corporis temperatura animo aptè conueniebat. Ragnachildæ illi nomen fuisse scripsit Sidonius, iussus Epigramma facere ab Euodio amico aulico, vt id postmodum incidere conchæ capaci, quæ salientes gelidi fontis aquas artificio miro surgentes exciperet. Argenteum fuisse opus idem autor aperit, ac queritur artificio plus spatij tributum quam poetæ: Cùm tabellarius, inquit, mihi literas tuas reddidit, qui te Tolosam mox profecturum Rege mandante certis amicis confitebatur, nos quoque ex opido longè remotum rus petebamus, vbi fons gelidus in colle nemoroso, subditus ager herbis abundans, fluuius ante oculos auiibus ac pisce multo refertus: præter hæc iunctam habes ripæ domum nouam vetus amicus, cuius immensæ humanitati, nec si acquiescas, nec si recuses, modum ponas. Tandem subiungit postulatam Epigramma Euodio prouocante dictum Ragnachildæ, cui patrem, focerum, & maritum,

Hippocrates lib. de aëre, aquis & locis.

lib. Epistol. 4. c. 8. ubi legitur integrum.

Felices Lympha, clausæ quæ luce metalli,

Ora tamen domina lucidiora fouent:

Nam cum dignatur Regina hinc tingere vultus,

Candor in argentum mittitur è facie.

Delectabatur autem Ragnachilda supra modum aquis & fonticulis scaturientibus, more Scythico: & frigida creberrimè lauabatur, conchæ & aquæ argenteæ auream comam mergens. Nam in frigida educatæ regione Gothicæ mulieres non poterant non aquas diligere. Itaque Procopius refert, post Vittigæ Regem Gothorum à Belisario Iustiniani Cæsaris duce superato ac captum, Vraiam inuitum scepro donatum in Italia: cæterum paulò post illo ac vita priuatum ob vxoris suæ factum: quæ egregia forma & opulentia præcellens Ildibaldi Gothici Principis magnanimi coniugem in balneo minus ornatam amaris dictis laceffere non erubisset: vnde Vraia prius perduellionis infimulati secuta mors est, infidiis Ildibaldi inter dapes & hilares sermones mox trucidandi, ita vt cæsi caput in lances collapsum cõuiuas exterruerit: Bella Gepide milite audax facinus, quod occultè versauerat, palam exequente. Atqui Ragnachilda formæ gratia Vraia vxorem tam longè superans, quàm illa reliquas præcesserat, nunquam se cuiquam molestam præbuit: nihil auarè, nihil imperiosè fecit, omnia magnificè præsertim edificia suburbana impendiò extruxit, depromptis ex Pyrenco iugo marmoribus. Sed aquæductibus &

Lib. 2. de bello Gothor.

nymphæis extruendis plurimum incubuit, crebro
in eisdem diuersans, indigenis mulieribus demiran-
tibus Regine optimæ & lepidissimæ morem, & inge-
nium candorem, & estructuras nobiles, quas vel ho-
minum avaritia vel annorum subtraxit. Ita perfecit,
vt vulgò Naiadum vna haberetur, anserinis prædita
pedibus, etiamnum manente fama, fuisse videlicet
Tolosæ Reginam aquas & flumina perambulantem:
quoniam his valde oblectaretur, & pedes haberet
molliusculos, & anseris pluma candidiores. adeò
veteres anxie in singulis Heroidum particulis pul-
chritudinem ac colorem notarunt. Hinc illud Ho-
meri, Dea Thetis pedibus argenteis: *Ἰὲδ ἦϊπς ἀργυρόπεζα.*
Sic enim Achilles matrem suam vocat, Pindarus Ve-
nerem. Atqui Nicen pulchros talos habentem He-
fiodus posuit, *νίκεω χαλλίσφυρα.* Sic quo tempore A-
lemanus cum Gallis Conrado Imperatore ductante
res repetitum in Syriam & Hierosolymam ierunt,
Manuele Comneno Constantinopolim tenente, Ni-
cetas ait fuisse mulieres Germanicas virorum instar
equitantes, martio vultu atque habitu, Amazonica
prorsus audacia, quarum illustrissima altera prorsus
Penthesilea, ob fimbrias & limbum vestium auro in-
tertextum Auripes vocabatur. * Vnde etiam liquet
extrema vestimenti aurea vel argentea pedibus olim
quandoque attributa: ita vt existimem Herculem
non cum scæmina ancipitis naturæ serpentem ad fe-
mora vsque referente concubuisse, & Scytham, qui
genti nomen dedit, progenuisse, vt putat Herodo-
tus,

Iliad. 9.

*In Pythias
od. 9. Post
princip.
In Theo-
gonia.*

*Nicetas
in gestis
Manuelis,
anno
1147.*

** ἄρυσος
πυρρα-
ρνοπέλα-
ζετο.*

tus, sed cum puella clarissima stolam squamis aureis ^{Lib. 4. Hi}
ardentem inferiora corporis velantem gestante. Hec ^{star.}
habui, quæ de Ragnachilda dicerem, ne prætermis- ^{Diodor. li.}
se viderer: non quia verisimile putarem anseris il- ^{3. Aua-}
lam natatiles pedes habuisse, tametsi plebecula su- ^{xam qui-}
perstitio se non nihil huminis ei concesserit, & fatidi- ^{dam voca-}
cas voces, quas proferret ex antris & amœnis locis, ^{runt.}
qualia nonnulla adhuc cernuntur trans Garumnam
Vasconum oram petentibus, irrigua & opaca, quæ
aspicientes consternunt magis quam satiant: & qua-
lia circa Ithacam Homerus describit, maximè ad ^{Odys. 5.}
specum obscurum, in quo Naiades Nymphæ habi- ^{Vide Por-}
tant, & purpuram texunt ad perennem aquæ fontē, ^{phyrium}
ipsæ fluuiorum præfides, à quibus, vt asserit Porphy- ^{antri Ho-}
rius, Græci Nymphas appellarint puellas, quæ nu- ^{merici in-}
bunt, & vnda de fontibus aut fluuiis hausta perfun- ^{terpretem}
duntur. Augebant opinionem versiculi Aufonij in
Mosella Garumnæ ripam vineto Tolosæ proximo
letam commendantes:

Non solos homines delectat scena locorum:

Hic ego & agrestes Satyros, & glauca iuuentus

Naiadas, extremis credam concurrere ripis,

Capripedes agit at cum lata proteruis Panas,

Insultantq; vadis.

Accedebat quod Theodericus vehementer gaude-
bat, gentes bellicosas defectionis suspectas incussa
vxoris suæ religione compefcere & retinere, vt fero-
cem populum vi & iniuria subactum sanctitatis &
iustitiæ prætextu facilius gubernaret: nō aliter quam

Numa Pompilius Romæ, qui positis externorum periculorum curis, ne luxuriarent domestico otio animi metu hostium compositi, commento miraculi continuit, simulans nocturnos cum Dea Ageria congressus, eius se monitu aptissima Diis sacra & sacerdotes introducere: menses duos anno perficiundo adiacere, qui antea decimo mense concludebatur: fastos dies, quibus cum populo impunè ageretur, nefastosque, sigillatim indicare: * & in summam ostendere verissimum esse omninò, quod postea eleganter à Platone traditum est, Principes Reipub. frequèti mendacio uti oportere ad subditorum utilitatem: atque medicos imitari, qui pharmaca propinantes dulciter imponunt ægrotantibus. Concurrerant diuinitatis seu solertię supremę argumenta quamplurima, quæ Ragnachildę * honorem Nymphę concederent, deductis maximè in viuaria riuulis, quę dociles pisces affatim nutrent: ut qui porrectos manu cibos caperent. Vix credendum, nisi in Hierapoli Syrię, in lacu Veneris pisces ædituorum vocibus vocati vltro venirent, & ora hiantia manibus inserendis præberent: Nisi præterea in fonte Apollinis in Lycia ter fistula euocati venissent ad augurium, idque letum consultantibus, si escam obiectam raperent: sin minus, dirum. Ridebit forsanaliquis quod referam amplius, ad hoc saltem ut rideatur, nempe fabricato supra viam publicam ponte ad primum ab vrbe Tolosa lapidem, Ragnachildam rus in prætorium amœnissimum commeasse, inque a-

Reliqua
T. Livius,
lib. 1.
Dialog. 5.
de Reipub.

* *An-*
Prim. Mar-
celli filia
alij fuisse
malunt,
nullo au-
tores.
Plin. lib.
32. cap. 2.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 402
grum, qui etiamnum Ardenæ nomen seruat: quia syluis densissimis abundaret instar Arduenę syluæ, quæ, inquit Cæsar, est totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni, sinibusque Treuirorum ad Neruios pertinet, millibusque amplius quingentis in longitudinem patet. Sed nec syluis hodie isager defectus est, tametsi maiore parte propter fruges vitęque extirpatis. Extant quoque hodie passim sine fornice in via media pilæ fructiles semirutę partim, quæ pontem deambulatorium ac gracilem sustinuerunt cæmento tenaci, & Gothicę magnificentię monimentum atque testimonium præbent: sicut & mirus ille pons, quem Traianus Augustus lapideum Istro imposuit, tactis viginti pilis altitudinis centum & quinquaginta pedum, stabilitis in præcipiti gurgite fundamentis, nullo vsu mortalium, ad ostentationem duntaxat opum & potentię: simul ut posteris testatum maneret, nihil esse quod hominum manu & Romanis viribus effici nequiret, ut ait Dion Cassius, pilarum fragmenta commemorans. Optimè cum Tolosanis actum est, quandiu Ragnachildę monitis vel paruit Theodericus, vel parere simulauit. Nam iure Romano propemodũ vivebatur iuxta Athaulfi Regis placita: qui persuasus à Placidia vxore ingenij acerrimi scœmina leges Romanas, quas antiquare autoritate sua non potuerat, illustravit, & firmavit, ut iam scripsimus. Terebatur iam pridem iudicium manibus Codex Theodosianus Cõstantinopoli editus, contractis Cęsarum responsis in angustum vo-

Lib. 6. de
bell. Gall.
Fulg. Ar-
dena quo-
que dicitur.

In Nerua
Coccio.

Oros. lib.
7. ca. 43.

lumen, ne librorum copia & mole constitutionum, actionum diuersitas difficultasque iudiciorum ingrueret, & animos hominum infuscaret: sed potius deterfa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium ætates attrite fuerant, quodam cōpendio lucida rescripta Imperatorum promulgarentur, remanente eorum memoria ad fructum bonæ conscientiæ, vt ipse de se ait Theodosius iunior Magni Theodosij ex Arcadio filio nepos: qui Valentinianum amitæ suæ Placidie Regi Athaulfo Gotho, deinde Constantio, quondam nuptæ filium recipiēdo Occidētis Imperio destinauit, compresso & profligato Ioanne, qui Castini militum magistri fultus præsidio tyrannidē arripuerat, ad eō omnia ex animi sententia contingebant Theodosio Pulcheriæ fororis opera diligentissimè educato, & Eudociæ coniugis doctissimæ conuictu mirificè erudito: ita vt Mathematicis & Astronomia imbutus, pingendi, equitandi, ac iaculandi peritia excelleret, tamque cotidiano exercitio roboraret, interim dum Eudocia centones Homeri componeret, & literatis viris candidè magis quam feliciter opitularetur. Nam cum pomum inusitatæ magnitudinis à marito amatissimo accepisset, moxque id Paulino viro docto donasset, hic rursus rei ignarus donauit Cæsari: qui mox reputans, malum vetus fuisse amoris iudicium:

Malo me Galatea petit, inquit Virgilius: instituit percuntari Eudociam, vbinam esset pomum eximium. Illa se comedisse meticulosè respondit. At-

Fide pro-
amium
Cod. Theo-
desiani.

P. Discan-
lib. 14. de
gest. Rem.

Zonar. li.
3. in Theo-
desio.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 403
que ita factum, vt Paulinus occideretur, & Eudocia cum multis opibus Hierosolyma profugeret, vbi tēpla splendida ædificauit, & pauperibus quamplurimas largita est opes, nō reditura nisi defuncto Theodosio: quem omnes certatim luxerunt propter legum & iustitiæ vehemens eius studium, ac potissimum Christianæ religionis: tum propter frigoris & æstus tolerantiam atque equanimitatem singularem, qua voluptates & offensas facillè vincebat: ita vt raro eum quisquam iratum viderit, aut ad vindictam propensum. Hoc imperante ferunt primū institutam Bononiæ Academiam, eiusque constitutiones ibidem enarratas, quas promulgarat decimumquintum Consulatum gerens, quando D. Augustinus Hipponensis Episcopus dolens à Vandalis Africam occupari ductu Genserici, tertio postquam patriam obsideri vidit mense, obiit. Verum vt magna flumina minorum & aquas & nomen rapiunt, sic edito Iustiniani Codice Theodosianum & alios abrogari accidit, qui per Europam latè inualuerat. Nam & Greg. Turonensis recensuit, Andarchiū legis Theodosianæ scientia tumentem Sigiberto Regi pergratum exituisse, & inter Aruernos claruisse: tamen si Iustinianus suum opus iam vulgasset, sed quod nondum innotuerat, præsertim Academiæ nostræ Tolosanæ, in qua Theodosiana rescripta frequentabatur, Gothis etiam plaudentibus, donec Theodericus nouas leges nouis nummis deteriores sanciens hortatu quorundam aulicorum antiquioribus derogauit.

Socrat. li.
7. histor.
cap. 22.

Guagu-
nus in Ca-
rolo Ma-
gno.

Vt in pro-
amio Cod.
Theodos.
ita anno
Christi
437.

Lib. 4. de
gestis Frā-
cor. §. 46.
anno 571.

*Lib. 2. E-
pistol. ar.
cap. 1.* Itaque queritur Sidonius de quodam, cui Seronato nomen, leges Theodosianas calcante, Theodericianas preponente, veteres culpas, nouaque tributa perquirente, Aruernis molestissimo: qui sylvas fugientibus, villas hospitibus, altaria reis, carceres clericis, inquit, implebat: exultans Gothis, insultans Romanis, quò scilicet scenæ feruens in maiore gratia esset apud Regem, vir Gothis pro tempore simillimus, nec minus ingeniosè nequam, vt qui vel occulta fraude, vel manifesta largitione, ita vulgi auram captauerat, vt nouis moribus introducendis par esset

*In Triniv-
uo.* iuxta Plauti sententiam:

Mores leges perduxerunt in potestatem suam.

Neque magis sunt tū obnoxij quam parentes liberis.

Eæ miseræ etiam ad parietē sunt affixæ clauis ferreæ,

Vbi malos mores adfigi nimio fuerat æquius.

Seronato vtique acceptam referre debemus cōsuetudinem Tolos. qua maritus vxori mortuæ quandoque superstes, si non aliter conuenerit, lucratur dotem: cū iure Rom. caueretur, vt filia sine liberis, qui filiam quodammodò referunt, decedente, in orbitatis solatium pater dotem reciperet: ne & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret. Contrà veterator: Aut, inquit, mitis & pudica fuit mulier. Pensandus igitur fuit mœror viri iustissimus dotis compendio: aut proterua & perfida: & eò magis dos marito ærumnis durissimis afflicto seruari debuit. Proinde nihil statuebat de iis, quas non omninò sceminas bonas, sic nec malas dicere valeas, vel quæ po-

*In lib. cō-
suetud.
Tolos. tit.
de dotib.
§. 2. l. 7.
ff. de iur.
dot.*

stridie nuptiarum fortè morentur magnæ felicitatis specie: si quidem Automedon poëta nihil Seronato æquior verum dixit, cœlibatum laudans, aut breui duraturum cum apprimè dotata vxore matrimonium, eo pacto fortunatum hominem metitur:

- ἡν καὶ πορεύῃ

Εὐθὺς πλωγαμετῶ, ποίκα λαβὼν μεγάλλω.

Nec videt necessarium malum mulierem prolis amabilis premio leniri: vel si cuiquam grata contigerit, cœleste id donum esse quouis auro redimendum. Ea tamen decedente patri magis cōsulendum fuit irreparabili iactura læso, quàm coniugi, qui alia ducta dolorem cum lætitia facillè cōmutabit. Veteres Galli, vt Cæsar tradit, quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperant, tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicabāt. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habebatur, fructusque seruabantur. Vter eorum vita superarit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporū peruenit: ad eò vt Seronatus oblitteratum lege Rom. Gallicum morem renouasse tantum credi possit Tolosæ. Planè non omnia mulierum bona doti dici solebant: excipiebantur ea, quæ Græci παράφερρα, Galli, inquit Vlpianus, peculium appellabant. nimirum quia tantam pusillum mulieris patrimonium præter dotem viderentur, separatum à mariti & coniugij communibus rationibus. Cumprimùm malis moribus potius quàm bonis legibus viuere maluerunt Gothi, omnia illis pessum ire fato incœperunt. Illicò increbruit

*Lib. 6. de
bell. Gall.*

*L. 10. §.
Dotis. ff.
de iur.
dot.*

fragor aduentantis Attilæ Hunnorum Regis vtramque Galliam terrentis, & ingenti eadem exercitu implentis, quocum pugnandum fuit Theoderico in campis, vt copiose vidimus, Catalaunicis: in quibus ipse audis gloriæ, prodigus animæ, perinde ac si vis quædam & ardor animi ipsum à sensu mentis abstraxisset, in conglobatos hostes irruens, telo ictus concidit, Merouei Francorum Regis fatum exemplumque secutus, qui ambitu pugnæ, & pulchra æmulatione auens configere ac vincere, iniquitate loci eò perductus fuerat, vbi nec hostem terrere, nec suis Francis opem ferre pro voto posset: quibus tamen victoriam reliquit, vt mœstitiâ. Theoderico patri in regno atque in virtute Thorismundus filius successerat, & Hunnorum reliquias animose persecutus fuerat, quoad in Pannoniam regrederentur: ex quo parta quiete Tolosæ degebat laude atque opibus cumulatus. Cæterum tertio regni sui anno, cum obleuandam ægritudinem de vena sanguinem mitteret, ab A scalcruo cliente subtractis armis perimitur: non impunè. Nam ex coniuratis nonnullos frendens ipse prius trucidauit, impacto in ora eorû scabello, quod illi pro telo ira & fors obtulerant. Huic successit Theodericus frater minimè degener: cui protinus bellum indicendum venit Riciario Sueuorum Duci, inuita iuuenis Gothi callidè tentanti, & Hispaniam occupanti, neglecto cognationis iure, atque abiecta pacis spe Tolosam se propediem cum exercitu venturum minitanti. Verum Theodericus fretus ope & subsidiis

*Formand.
in lib. rer.
Geticar.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 40;
subidiis Burgundionum, transmittens Pyreneum montem, minacem Riciarium profligauit in confinio Asturicæ & Iberiæ: atque ita beatus Tolosæ regnauit, donec tertiumdecimum regni annum exigeret: id Eurico fratri relinquens, fines suos amplificandi audissimo. qui confestim Aruernos Romanis foederatos armis pulsauit, Anthemio Principe intestina Ricimeris generi sui discordia perempto, & Decio Senatore Auiti filio nequicquam Vesegothis renitente. Vacillante enim Romano Imperio Euricus serpere non desinebat pedetentim, Arelatum & Massiliam suæ ditionis faciens: Hispanias pacatas possidens: Burgundiones quoque subactus, nisi decimo nono regni felicissimi anno occubuisset, superflite Alarico filio, qui nonus à magno illo Alarico Vesegothici Imperij fundatore clarissimo, maiorum suorum nomen obscurauit: & tanquam in ludis Cereris lampada cursu tradens, fortunam ad Ostrogothos traduxit, victus à Francis: de quibus dicèda pleraque tantisper sustinebimus, dum Ostrogothorum seriem contexamus inchoatam atque illustratam à magno Theoderico, alio sanè quàm is, qui Tolosæ regalem sedem paulò antè locarat: nisi quis altiùs malit cum Iornande non ignobili autore repetere à Thorismundo Amalo, nobilitate splendido, Vualamiri, Theodemiri, Vuidemiri, liberorû illustrium parente, qui moriente Attila Hunnorum se ditioni subtraxerant, & Pannoniæ vberimos campos tenebant, inuitis Attilæ liberis, & tam viribus

Vesegothas vocat Iornandes vsigothos.

quàm concordia fraterna firmati in dies proferebāt imperium ac gaudium. quod quidem valde auctum fuit nascente Theoderico, quem Theodemirus ex Ereliena concubina substulērat. Hunc verò pater & gnauī patruī specimē nonnullum futuræ virtutis præ se ferentem ita diligenter educauerunt, vt communem filium putares. Cūmq; fœdus Ostrogothi cum Leone Imperatore, qui Martiano successerat, post aliquot prælia iniuissent, paucis annis labentibus Theodericum infantem vt charissimum pignus obsidem dederunt, & Byzantium perduxerunt, * vbi natiuæ elegantia aulicū decus adiecit, quoad adolefceret, patri cum exquisitis muneribus remittēdus. Annonius tradit alia quædam de Theoderici ortu ac parentibus festiua prorsus, tametsi à vero abhorrentia: nimirum Liliam ipsius matrem per quietem visam sibi arborem parere, cacumine tecta domus pulsantem, atque inde terreri cœpisse & conturbari patrem, vbi resciuisset, propemodum atque exterritus fertur Rex olim Priamus vxore vterum ferente, & Paridem Troiæ exitium parturiente:

Quia mater grauida parere sese ardentem facem

Visa est in somnis Hecuba.

Sed fortè in arbore læta, quàm in face accensa melius omen latuit, & regnandi indicium prosperum, sed formidolosum iis, qui de summæ potestatis fastigio metuunt deturbari: vt contigit Astyagi Medorum Regi, quâdo generum ac nepotem se potiozem metuens, Mandanem filiam Cambyfi Persæ, sedati re-

* Anno
Christi
470.

Lib. 1. de
gest. Frã-
cor. c. 10.

ciã, ex
Tragœdiã
Æschyl. li.
1. de Diu-
nat.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 406
missique ingenij viro collocavit: viditque paulò post in somnis è pudendis filia vitæ enasci, quæ pampi-^{Herodot.} nis virentibus Asiam totam occuparet. Consulti in-^{lib. 1.} terpres portendi Astyagi renunciarunt prolem filia pro ipso regnaturam. Quare Rex puerum natum confestim perdendum Harpago familiari suo demandauit. Verum quia qui fata fugiunt, in ea incidunt, factum est vt à bubulco regio speciosus puer incolūmis seruetur, alendus à Cyno serua pro pastoris filio, quousque adolefceret, & auo Astyagi regnum auferret, non vitam, vt nepotis non victoris iure vteretur. Sic ferunt Leonis Cæsaris alumnum Theodericum sæpissimè perduellionis postulatum, aliquando purgatum, identidem suspicionem redintegrasse, donec palàm sibi Italiae dominatum ascripserit, non omninò iniurius, nec Zenone Imperatore, qui Leoni successerat, admodum dissentiente, florētibus præsertim in Italia barbarorum rebus: cuius vigor ita emarcuerat ea tempestate, ipsiusque ita dignitas pessundabatur, vt honesto fœderum prætextu tranquillitatem humiliter redimeret: imò prorsus Odoacro succuberet, qui antea Orestis armiger Augustulum Ducis sui filium rerum potientem ciecerat, priuati hominis vitam ducturum. Herulos verò & Thorcilingos in Hesperiam induxerat, Zenone frustra ipsos abigere tentante, quoad deploratis rebus Theodericum Ostrogothum militiæ præfectum in Italiam destinauit, eaque ipsum dicta lege dona-<sup>Paul. Dia-
con. lib.
17. c. vlt.</sup> uit, si immanem Odoacrum armis expelleret: vt cō-

tigit viribus partim ac fraudibus. Nam post ancipites pugnas in fide susceptus Odoacer truculè perimitur inter epulas, vt scripsit Procopius. Itaque Theodericus omisso Imperatoris nomine & insignibus, amictum regium assumens, ac titulum, Romanis & Gothis moderatè præfuit, ac præter spem subditos iustitia continuit, & comitate singulari oblectauit, desiderium quoque sui non parum relinquens trigesimo septimo post anno cum moreretur: vel Suidæ testimonio locuplete, qui omnia quæ Regi naturâ conueniebant, munia eum implese prædicat, nomine quidem Tyrannum, re autem Regem optimum, Gothis pariter ac Italis charissimum & laudatissimū: qui que, dum vixit, vtrumque regnum quæsiuisse creditus est meritò, cœleste & Romanorum, præter amicitias & necessitudines quas sibi ascuerat, maxime Francorum petita per legatos Andefleda Clodouei Regis sorore, quem Lodoin Iornandes vocat, Paul. Diaconus Ludouicum: & præter cæteros vterque filiam huius Theoderico nupsisse mauult. Addit alius, Filiam paruulam inde genitam, parentum moribus dissimilem, mortuo patre matris consilium respuentè: adeò vt inuita matre flebili seruo suo Traquilani copulari non erubuerit: & quæ famam contempserat, regias opes contempsit, & aureum atque ingenuum cubile: Cùmque à seruili amplexu per pudicam matrem iusto dolore inflammata auulsa esset, & domum reducta, veneno in calicem, qui rem diuinam facientibus ad altare propinatur, indito,

Lib. 1. de bello Gothor.

Lib. 16. in fin. Greg. Turonens. li. 3. §. 31.

miseram substulit.

Sæuis amor docuit natorum sanguine matrem

Virgil. eclog. 8.

Commaculare manus. -

Medeam fortè: at illa scelestæ matrem innoxiam religioni incumbentem insidiosissimè occidit, digna seruo marito, indigna parente Theoderico, cuius Manes funestauit: qui defectus mascula sobole Amalafuentham filiam in Mœsia genitam Eutharico Principi Amalorum ex Hispania accito desponderat, iuuenta simul cum sapientia præcoci florentissimo: Theudicoden verò thoro Alarici Vefegotharum Regis Tolosam incolentis desigpauit: Aliam, cui nomen Ostrogotho fuisse Iornandes ait, Sigismundo Burgundionum copulauit. Atqui sororem Amalafredam Trasemundo Vandalorum, Theodati matrem, Africæ postmodum imperaturi. Senatam Romanum honorificè ac reuerenter obseruauit: viros pro tempore doctos in eundem cooptrauit, ac sublegit. Præfecturam optimo cuique credidit: dignitate donatos ad æquitatem prudentem stimulauit. Sic enim scribit Argolico VI. Præfecto vrbis: *O-* Vide Casiod. lib. 3. Variar. le. Etionum. *ptamus cunctum diem plenum beneficiis nostris excurrere. Quid enim tam regium, quàm fecisse felicem? Beneficia siquidem sunt quæ regna sublimant. Præfecturæ urbanæ insulas tibi copiosâ liberalitate largimur, vt paternis honoribus successio clara lætetur, & sub nobis possit proficere, quicquid meruit ad nostra secula peruenire. Stude ergo, vt à meritis tuis exigere possis, quod nos præstitisse cognoscis. A-*

uara fuge, iusta sequere: modesta dilige, iracunda contemne. Nunquam maiore laude virtutis agitur, quàm si rectè Roma tractetur. Idem mox Senatui sic scripsit: Amamus, P. C. dignitates eximias à nostra benignitate nascentes: publici enim decoris mater est mens regentis: & quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aspectum. Facilius est quippè, si fas est dicere, errare naturam, quàm dissimilem sui Princeps possit formare Rempub. Hinc est quod cupimus, vt perpetuis honoribus fulgeatis; quia quicquid de vobis fama loquitur, nostris institutionibus applicatur. Illustrè Argolicum Præfecturæ urbanæ dignitate promouemus, vt & ille augeatur fascibus, & vobis tanti iudicis minimè subtrahatur ornatus. Recordamini Prouectianum, cuius maximam facundiam fora mirata sunt. Largitiones sacras fida protexit custodia, implens etiam doctrina, quam susceperat, Magisterij dignitatem: ita in vtroque laudatus, vt in singulis crederetur esse præcipuus. Hæc ille, iam senior legibus colendis addictus, ac planè duram pacem iustis bellis præferens. Necessarios ac coniunctos sibi Reges inuicem de finibus dissidentes ad concordiam crebris epistolis benignè sollicitabat: potissimùm Clodoueam Francum & Alaricum Gothum: Adeò, inquit, inter Reges affinitatis iura diuina coalescere voluerunt, vt per eorum placabilem animum proueniat quies optata populorum. hoc enim sacrum est, quod nulla permittitur commotione violari. Nam quibus obsidi-

Autor idem Casiodor. in Epist. ad Iudic. i. Clodoueam, lib. 3.

bus habeatur fides, si non credatur affectibus? Miramur animos vestros sic causis mediocribus excitatos, vt cum filio nostro Alarico Rege durissimum velitis subire conflictum. Ambo estis summarum gentium Reges, ambo ætate florentes. Non leuiter regna vestra quassatis, si data partibus libertate conflictigitis. Virtus vestra patriæ non fiat inopinata calamitas, quæ grandis inuidia est Regum in causis leuibus, grauis ruina populorum. Legatos nostros magnoperè credidimus dirigendos, per quos etiam ad fratrem vestrum, filium nostrum, Regem Alaricum scripta nostra direximus, vt in pace perseveretis: quæ sunt inter vos, mediis amicis placabiliter finire debeatis. Mihi credite: quoniam qui vult aliù in præcipites casus mittere, eum certum est fideliter non monere. Sed surdo canebat Theodericus. Nam, vt M. Tullius existimat, conuersione incitatissima sphaerarum cœlestium concentum elici suauissimū, qui tamen ab hominibus nequeat exaudiri, vt quorum aures sonitu iugi completæ obsurduerint, sicut nec aduersum solem rectè ac constanter, dum splēdescit, quisquam potest intueri: Ita profectò Clodouei sensus hebetauerat regios, aciemque iudicij dilatandi regni dulcedine, vt à bello abstinere hortanti auscultare nequiret. Quocirca Theodericus Alarico quàm Clodoueo longè amicior, & Francorū vires suspectas ducens, in Gallias misit exercitum: & per Hibbam Comitem plus xxx. milibus Francorum in pugna cæsis trophæum statuit. Tanti per quic-

In Somnio scipionis.

Arnand. in lib. rer. Getic. & Paul. Dia. co. lib. 17. in Iustino.

uere Galli, Theoderici veriti fortunam. Rursus ad
 pristinas vires accessione facta, vt erant ad belligerandum procliuēs, procinctum in Burgundiones mouere, à Gothis interim temperantes. Quinctiam inita cum ipsis pace, & petitis à Theoderico auxiliis: qui vltro quidem sponndit, sed de industria fortunam futuram opperiens, Præfectis imperauit, vt se-
 gniùs iter facerent, nec se priùs Francis adiungeret, quàm victores illos fuisse comperirent: vt contigit. Ideoque increpiti à Francis Gothi, pro simulata fo-
 cordia auro inuidiam facti redemerunt. Verùm Clodoueus, quoniã recordari veriùs quàm vlcisci Theoderici dolum poterat, diffidere ipsi magis ac magis cœpit, nec pluris eum facere, quàm Tullus Hostilius tertius Rex Romanor. Metium Suffetium Albanum, qui in bello primùm pacem requirens, mox in pace bellum, Veientes ac Fidcnates clam in Romanos cõcitauit: Ipse in auxilium à Tullo accitus ab Alba, & in acie collocatus, cum non plus haberet animi quàm fidei, sensim ad montes succedit, explicans ordines & tempus terens eo consilio, vt quã fortuna rem daret, eã inclinaret vires. Qua fraude perspecta Tullus magna voce ait, Illud suo iussu Metium fecisse, ne Romani, sed hostes potius territi cederent: vt quidem euenit. Cùmque Metius Tullo victori gratulaturus accessisset belli totius machinator & ruptor fœderis, imperante Rege quadrigis religatus, in diuersa distractus, fœdo supplicio interiit, nec minùs nouo & diro. quod tamen minimè exercere voluit
 idem

Procop. li.
 I. de bell.
 Gothor.

T. Liuius
 lib. I.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 409
 idem Rex Clodoueus in Chararicum Regem, qui sibi aduersus Siagrium Romanum pugnaturo suppetias laturum promiserat deinde, vt fortunam belli experiretur, ac sequeretur, spectator, non particeps periculi. Quare à victore Clodoueo vnã cum filio captus, ac vinctus, tonsus denique cœnobio addicitur, perfidiam & scelus expiaturus. quod ille vehementiùs exaggerauit hortatu filij minitantis, ac dicitis recisam cæsariem specie putatę arboris lætiùs fructuraturam, & vires ampliùs ostensuram. Quod cum primùm resciiuit Clodoueus: Ego, inquit, minax & proteruum hoc genus hominum, proditionis fructu-
 fertile, succidam Cupressi in morem, ne imposte-
 rum repullulet. Atque ita vtrumque capite plecti iussum, inutilem truncum reddidit. Sapere debuerat Chararicus, & à dolo malo abstinere, exemplo admonitus Alarici Visigothorum Regis, cui infida malignitas tam malè antea cesserat. Qui cùm optimam Galliæ partem à ripa Ligeris ad Pyrenea iuga teneret, eãque Ariana impietate inquinaret, vt solent homines ad regnantis imitationem animos suos componere, Clodoueam vicinum amicùmque habere non poterat. Id tamen legatis vltro citro-
 que commeantibus actitatum fuit, vt tuto & inermes in colloquium ambo venirent, & quæ vellent exponerent. Quo nomine Clodoueus in Aquitaniã festinauit magna pacis expectatione. Interim tamè vir prudens, qui nec falli facilè quibat, nec amabat fallere, per Paternum legatum suum explorari iussit,
 L L I

Greg. Tur.
 ronenf. li.
 2. S. 41.

Plin. lib.
 16. ca. 33.
 in Arianis
 insulacum
 pressum ve
 germinare
 succisam
 scripsit.

num Gothi promissa facerent, & vtrum se telo aliquo munivissent. Detectum est tandem vectes ferreos illis esse præ manibus, atque ita à pacto conuen-
to discessum: potissimum quia in lege Cornelia de sicariis, quam perennem Sylla Dictator in homicidas tulit, teli appellatione & armorum veniat quicquid manu cuiusquam ad offensionem iacitur, non modò ferrum, sed etiam fustes & lapides, vt Iustinianus comprobat ex inscriptione Xerolophi, hoc est, sicci tumuli, vbi Arcadius Imperator Byzantij columnę statuam suam imposuerat, quę sub Leone I sauro concidit terremotu concussa. Nam inter tela, lapides & fundę annumerantur, *σφαιδόναι, πλάται δὲ ἐξ αἰθροῦ*. Quamobrem exarsere denuò inter Gothos & Francos irę, & lis magna recruduit, dirimenda arbitrio Theoderici Ostrogothi admodum inuiti: vt potè qui sciret satius esse inter inimicos iudicare, quorum alterum saltem amicum quisque faciet, quàm inter amicos, quorum alter inimicus vtique euadet. Coram Theoderico igitur partim communi consensione in Italia causã ventilata, iudicio satis inepto, licet Francis commodissimo, dirempta est. Statuit enim, vt horum legatus in equo sedens hastam rectam teneret: ad quam Gothi argenteos nummos eò vsque congererent, quoad acies hastę aceruo toto occuleretur. Sed præterquàm quòd sententia incertitudine laborabat, periculum erat, ne nummorum congerie eques obrutus intercideret. Mitiore itaque modo Dux Bulgarorum, qui Terbelis floruit, tribu-

*S. Item
lex Cornelia de
sicariis.
Zonar. to-
mo 3. in
Leone I-
sauro.
Xerophon.
lib. 74.
cap. 13.*

*Anon.
lib. 1. cap.
20.*

tum sibi pendendum à Cęsaribus Byzantinis metitus traditur, ac magis innoxio. Hunc Suidas refert ^{in histo-} scutum, quo utebatur in bello, supinum collocasse, ^{ricis, ver-} & equi sui flagellum postea: mox pecuniam, dum ^{bo Bulga-} vtrumque tegeretur, iniecit: & hasta in terram extensa vsque ad vtrasque oras fericam vestem accumulasse. Tributarium autem habuit Constantinum ^{Zonaras} Heraclij filium. At Constantem nepotem minimè ^{tomo 3.} molestarunt Bulgari, sed alium Constantinum pro ^{in Constã-} nepotem, qui fugere falsò putatus est, dum in bal- ^{timo vogo-} neas pedibus ægris lotum festinaret. quę opinio barbarorum animos acuit, vt solet fuga velocior persequentes accendere: sicut audacia tempestiua quemuis tuetur, vt quidem Clodoueus patefecit Alarico Visigotho Theoderici Ostrogothi arbitrium deridente, & iudicatum facere recusante, ac Legatum regium præter fas violante. Tum enim Francus Rex palàm exclamauit, Nisi relato sibi Alarici capite pacem nullam esse posse.

CÆTERVM quia Visigothi in retinendo Imperio pertinaces magis extiterunt, institutum de Ostrogothis sermonem breuiter explebimus, vt liqueat vtrofque iure amisisse excelsam potestatem, quam iniuria in Gallia Italiaque quæsuerant. Quam quidem ipse Theodericus claram veriùs quàm securam semper existimauit, maximè posteaquàm vidit Visigothos prorsus è Gallia exterminatos, in qua tãdiu regnauerant. Proinde iam senio & prudentia grauis, primores Gothorum ad se euocans, Atala-

ricum ex Amalasuētha filia nepotem, Eutarico patre orbatum, vixdum decennem, testamento coram heredem nuncupavit: & Regē sanequā vulgo plausibilem comiter admonuit, vt Senatū populūque Rom. diligeret, & Iustinum Orientis Imperatorem placatum retineret. Mortis causam illi fuisse Procopius scribit, inconsultē admissum scelus ob mortem Symmachi ac Boëtij, qui senatorij ordinis viri & consulares, Philosophiæ & æquitatis luce præcæteris claruerant, & multis ciuibus & externis salutis & præsidio extiterant: atque ita ex magna gloria deterrimos quosque in sui inuidiam concitarunt, imminentæ maiestatis insimulati, rerum nouarum desiderio præsentis spernere crediti, Theoderico delatoribus audiente: adeo vt vtrumque bonis publicatis occidi iusserit. Sed post aliquot dies cum cœnanti sibi ministri caput eximij piscis apposuisset, Symmachi nuper occisi caput illi est visum comminari toruē & furibundè intuentibus oculis. quō ostento territus, in cubiculum delatus decubuit, Elpidio medico facinus à se patratum referans, & deffens, quod Symmachum cum Boëtio eiusdem genero indicta causa supplicio affecisset, viros utique honore dignissimos, & purissima religione imbutos. Sed & Ioanni Pontifici molestus Rex fuisse proditur, in tantum vt eum carceris pedore enectum perdiderit. Idcirco sanctus quidam homo Liparæ insulæ solitudines sequens vidisse se asseruit animam Theoderici deductā in ollam Vulcani, ac miserimè demersam.

Lib. I. de bello Gothor.

P. Diacon. lib. 17. in Iustino Imperat.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 411
Nicephorus verò narravit, Theoderico mortem contigisse: quia equestri exercitationi nauans, ac moræ impatiens, è terra in equum ferocem indomitūque repentè insiluisset: à quo, quia freno cohibere non poterat, cadens, ab hasta, quæ Gothico ac patrio more ante tabernaculum sublimis stabat, casu concussa & lateri impacta letale vulnus accepit, succedente Atalarico nepote, qui sub matre Amalasuētha liberaliter educabatur, muliere miro ingenio prædita, æqua lance omnia dispensare gnara, & conciliandis populi animis idonea. Quamobrem Symmachi & Boëtij liberis addicta fisco bona restitui mandauit: Atalaricum autem filium Gothorum eruditissimis viris selectis tribus informandum dedit, vt barbaricos mores dedisceret, & mansuetiores doceretur. Pupugit hoc Gothos laceffere quemquam vitos, & æquo iure cum Romanis viuere iussos, instar Regis impuberis matri & legibus iam vltro parentis. Ceterum cum aliquando propter leuem noxiam à matre castigatus lachrymaretur, Gothi nacti obiurgandi & fallendi occasionem, affirmarunt Amalasuētham perditum ire puerum, ac de Italicis nuptiis cogitare: ideoque doctrine prætextu eneruatum reddi cupere, nec Theodericum auum Italiæ domitorum Gothorum liberos ad ludimagistrum mittendos vnquam censuisse, aut literas attigisse. Videre videor C. Marium pro concione verba facientem. Non sunt composita verba mea, inquit, parui id factio: ipsa se virtus satis ostendit. Illis artificio opus

Sallustius in Iugurtha.

est, vt turpia facta oratione tegant. Neque literas Græcas didici: paup̄ placebat eas discere, quippè quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerant. At illa multo optima Reipub. doctus sum, hostem ferire, præsidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam, hycmè & estatem iuxtà pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam tolerare & laborem. Eiusmodi sermonibus perculsa Regina Amalafuentha, etsi minus probaret quæ dicerentur, verita tamen barbarorum insidias, pro arbitrio eorum fieri permittit, ac senes consiliarios semouens, Atalaricum comitibus æqualibus vti passa est: qui lubrico ætatis in libidinem & temulentiam lapsi, Regem adolescentulum facillè deprauarunt: ita vt aduersus matrem meliora monentem contumax insurgeret: nec iam Reipublicæ gubernandæ nauiter inuigilaret, vt antea consueuerat, dum, qua erat solertia mulier, Gallia Transalpinæ ditioni Ostrogothorum alicubi suppositæ diligenter ac prosperrimè prouideret. Nam dum Theodericus Alarico opem ferens Francos submouisset, ad Rhodanum flumen opida celeberrima sibi retinuerat. Inde manauit pueri Atalarici epistola ad Liberium Præpositum Galliarum: Scimus, inquit, animum vestrum de obitu gloriose memoriæ domni aui nostri acerbo dolore fatigari, dum omnia bona grauiter desceantur amissa. Sed vix sentitur amissus, cui non succedit extraneus. In sellam regni sui nos dominos collocauit, quatenus decus generis, quod in illo floruit, in successores protinus æquali luce ra-

*Procop. est
autor li. 1.*

*Cassiodo-
rus lib. 8.
Variar.
lc. 7.*

diaret. Cui ordinationi Gothorum Romanorūque desideria conuenerunt: quod ad illustris magnitudinis vestræ notitiam credimus perferendum, vt ab iis, qui in Gallis regno pietatis nostræ deuoti sunt, simile proferatur exemplum. Prodidit Iornandes octo circiter annos Atalaricum simul cum matre trā quillè fatis imperasse: interim tamen Francis (quia illius pueritiam despicerent) bella molientibus, & extorquere conantibus, quæ opida agrósque latè auus eius in Gallia occupasset: vti accidit. namque præmaturo fato ereptus adolescens maximas Gothis turbas concitauit, frustrà studente Regina Amalafuentha vt regnum pacatum retineret, scripta sedulo epistola ad Iustinianum Magnum, Iustino qui auunculo in Imperio successerat, qua certiorè ipsum faceret de morte filij sui: Aded, inquit, clementissime Principum, vobis amore inhæsimus, vt distulerimus hætenus iudicare filij nostri gloriose recordationis occasum, ne amantis læderemus animum post tristia nunciorum. Perduximus ad sceptra virum nobis fraterna proximitate coniunctum, qui regiam dignitatem communi nobiscum consilij robore sustineret: vt & ille auorum suorum purpureo decore fulgeret, & animos nostros solatium prudentis erigeret. Iungite nunc vota felicia. Addimus gratisimè legationis officium, vt pacem, quam mente semper geritis, etiam mihi retineatis esse collatam: adiectione quoque temporum proteletis. Eadem Regina Senatui Rom. scripsit luctuosum filij exitium. Sed

*vide Cas-
siodorum
lib. 10.
ca. 1. et 3.*

autor, inquit, castitatis & misericordiæ singularis, qui nobis primeuum subtracturus erat filium, maturi fratris reseruauit affectum. Elegimus Deo auspice consortem regni nostri Theodatum, vt vtilitas omnium iunctis consiliis exequamur: quatenus in tractatibus duo, in sententiis vnus esse videamur. Astra cœli mutuo reguntur auxilio, & vicario, inquit, labore participata mundum suis luminibus administrant. Exultate, Patres conscripti, & factum nostrum supernis commendate virtutibus. Hic Amalorum stirpe progenitus regalem habet in actibus dignitatem, patiens in aduersis, moderatus in prosperis: & quod difficilimum genus potestatis est, olim rector sui. Accessit his bonis desiderabilis eruditio literarum, quæ naturam laudabilem eximiè reddit ornatam. Hunc enim & maiorum suorum commonet virtus, & auunculus efficaciter excitat Theodericus. hæc ex Cassiodoro decerpimus. Similiter Procopius Theodatum Amalofredæ Theoderici sororis filium literarum Latinarum, Platoniorumque dogmatum mediocriter peritum profiteretur, sed rei bellicæ prorsus ignarum: cumque longo interuallo à quouis industrio & strenuo abesset, accumulandis in Tuscia pecuniis enixius incumbentem, & simulatam Philosophiam retinendæ opulentiæ studio detegentem, multas possessiones consinium damno acquirentem, & vt semel dicam, laudato iusto luca complectentem: quod multis Platonis discipulis euenit. Nam Euagon Lampfacenus, dum patriæ argentum

fœnerasset,

fœnerasset, arcemque in arrabonem accepisset, spoliator ac tyrannus fieri cupiens, nummis refusus electus est. Timæus quoque Cyzicenus largiens nummos & frumentum ciuibus suis, vir bonus creditus, mox Rempubl. inuasit: vnde captus ac iudicatus inglorius confenuit. Et Chæron Academicus optimis quibusque ciuibus è patria Pellene fugatis, vxores eorum seruis prædia colentibus nubere coëgit: nihilo tamen deterior Theodato, qui nefariè & ingratisimè amabilem Amalofuentham regno pepulit, & in insulam Hetruscam Bullini lacus relegauit: ac denique id egit, vt cuius beneficio regnum acceperat, eadem vitam amitteret. Quo scelere Gothi ac Itali mœrore vehementer affecti sunt, propter virtutes & non vulgares disciplinas, Græci & Latini idioma-
platinam
vita Agapeti, et
Procopius
lib. 1.
 tis peritiam doctissimis viris admirandam, quibus pertinacissimè hæserat: & semetipsam consolabatur in tenui insula, nihil obstupens quòd ab impio Theodato cruciaretur, à quo se decipi nefas meritò duceret. Ceterum scelestus ille veritus ne Iustinianus Imperator in se acerbum aliquid statueret, per Liberium & Opilionem Senatorios viros ipsum pacare constituit, infensum valde ob Reginæ mortem contumeliosè illatam: & quia Italiam à Gothis possideri ægrè ferebat ille. Sed iram tantisper sustinuit mitigatus rursus oratione Agapeti Rom. Pontificis à Theodato missi. Perfecit simul Agapetus, vt Anthimus, qui perperam Byzantinæ præfectus erat Ecclesiæ, pelleretur, suffecto Mena Alexandrino pietatis
Zonaras
in Iustiano,
tom. 3.

MM m

& eruditionis ratione conspicuo. Enimvero cum Agapetus paulò post Byzantij obiisset, eò v̄cordiæ Theodatus perductus est, vt nullo actu ex lege habito, & sine solemnī decreto, Sylterium Pontificatu Rom. donauerit, flagitiis suis audaciam accumulans: cuius p̄enas vtique luet Belisario duce, Iustiniāni iussu, in Italiam traiciēte: nec prius quieturo, quā omnem Ostrogothorum gentem stirpitū euulserit, ita vt nulla eius fibra possit apparere, quæ regerminet, quemadmodum alibi ostendimus: atque diuinitus factum asseueramus, vt impius Theodatus se Belisarij pedibus Romanis principibus pariturum proiecerit, & iussu Vitigis armigeri sui, mox successoris, mactatus sit, qui beneficentiam Regine, qui fidem suam spreuerat. Obseruatum est, inquit Dion Cassius, ab initio Urbis ad hęc tempora, nullum, qui collegam suum magistratu deieciisset, anno superuixisse. Sic Brutus dum Collatino Consulatum abrogasset, statim occidit: & Gracchus, cum Octauium, Cinna Heluius, cum Marullum Flauiumque mungere exturbasset, illicò interiit. Sed nec Vitiges Gothus diu regnaturus bella tractauit, sed captus Constantinopolim perductus paulò post obiit, superstitē vxore Mathasuenta, quæ Germano patritio Iustiniāni Cæsaris fratri nupsit à Vitigis funere. Visigothi autem diutius in Hispania p̄stiterē: at citius discessere à Gallia. Coniuncti enim finibus cum Francis, disiecti animis, nutriti in p̄cordiis odij copiam demum significarunt: p̄sertim vbi Clodoueus Rex Lega-

*Platina in
sylvio
pontif.*

lib. 46.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 414
tum suum à Gothis in mortis discrimen Alarico iubente perductum intellexit: ac insuper p̄fractè Gothos Arianam sequi amentiam, nec Dei filium genitum ante tempora fateri. Iustior enim censebatur belligerandi ratio, quæ religionis colore nitetur. Proinde Turonicum per agrum ductans exercitum Rex, hoc tribuit D. Martino, quem pridē Gal-
Greg. Turonens. li. 2. §. 37.
li in diuos retulerant fano magnificè extructo, vt edixerit, ne quis militum quicquam auferre vellet p̄ter herbam aquamque: & cum procax aliquis scenum pauperi per vim abstulisset, saluis edicti verbis sensum eius circumueniens, capite eum plecti imperauit. Alioquin enim & frumenta absumere potuisset, quæ in herbis esse dicuntur, cum seges adhuc tenera est. Hinc illud in Psalmis: Producit fœnum iumentis, & herbam vsui hominum. Hinc Fredericus Augustus impunè permittit viatori tantum herbæ equo suo porrigere, quantum secundum viā stans amplecti poterit, sine vastatione herbæ, aut virentis syluæ. Nec cuiusquam potius interest prata & pascua amoena ob scenum futurum illibata seruari, quā militum, vt pabulū equis suppeditetur. Ideoque sanxere Honorius & Theodosius Impp. ne p̄torum possessores militari molestia temerè fatigentur. Iure igitur ex falsa edicti interpretatione vram mortem retulit miles scyphanta. Nam ita vocat Menander legis verba captantem exactius, neglecta mente.
Citat stobæam ser. de legib. 42.

— ὁ δ' ὄρῶν τὸς νόμους
λίαν ἀκελεβῶς σκοποῦντις φάινεται.

M M m ij

Verùm Clodoueo Regi milites iustitia compeſcenti,
& numinis rationem habenti, pro voto omnia ſuc-
cedebant. Victorię frequens omē illi dabatur, quoad
* ſic vo-
cat An-
non. lib. 1.
cap. 21.
Gillius in
Clodoueo,
Le fleu-
ue Vien-
ne lez
Chinó.
ventum eſt ad flumen Vigennam, * quod plus ſolito
exundans pro repagulo erat Francorum copias præ-
pediente. Quocirca Clodoueus æquē fluctuabat ani-
mo deliberās, vtrum pontem ſolutilem repente fie-
ri expediret, an ſtatiua habere in planitie, donec flu-
men decreuiſſet: Idque vt citò accideret, Deum ob-
nixè obſecrabat, & coęternum Patri ſummo Filium,
quem Gothi ſiniſtra opinione diuellebant. Vixdum
illuxerat aurora mortalibus, cū tumultus & voci-
feratio ingens in caſtris exoritur propter ceruam ex
improviſo inſpectam, quam milites certatim telis &
pedibus agebant: vt ſunt Franci venaticę prædę a-
uidiſſimi, quantum prorsus fera vitę ſtudioſa cele-
riter fugiebat.

*Citat Fa-
rium Ma-
crobius li.
6. cap. 2.
vbi de Cer-
ua agit.*
Non amnes illam medij, non ardua tardant,
vt vtar Varij verſiculo. Nec Vigennę quidem incre-
mento territa eſt, quominus tranſmitteret, ac ſubi-
tò prodigioſe euaneſcens Francis tutiſſimum vadum
oſtenderet, quorum plerique in abſentem ſagittis
adhuc ſæutebant. Atqui Clodoueus Rex ſe Deo cu-
rę eſſe perſuaſus, ponē ſecutus ferę veſtigia, tradu-
xit exercitum, cunctanter tamen. Non enim temerè
Ceruę fidendum exiſtimauit: fortè quia Pharamone
Rege Francorum ætate dæmon humana ſpecie, pro-
pria fraude, ſtructus, Iudæis in Creta in ſula degenti-
bus perſuaſerit, vt ſe ſequerentur peruium mare in-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 415
uenturi, vt Moſe ductante in rubro ſinu inuenerāt.
Poſtea autem vndis ſubmerſos atque difficulter vri-
nantes deluſerat. Erepti complures ſuperſtitioni e-
uaneſcenti protinus nuncium remittētes, Chriſtum
amplexi feruntur: quem Rex Francus tanquam ve-
racem obteſtabatur, agnum innocuum & ſalutarem
ſubinde appellans, ac magis aureum & opportunum
quàm fuit Aries, qui Phryxum & Hellem per fre-
tum longum tranſuexit, fratri fidus portitor, non
ſorori:

*Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Fæmina, cū de ſe nomina fecit aquæ.*

*Ouid. lib.
3. Faſtor.*

Planè ſe tandem collegit Clodoueus, meditans qua-
nam Cerua timidum animal fugiſſet, in Viſigothos
ſcilicet: admonuitque milites, ne armorum appa-
ratu tam confiderent, quàm animorum ardore, exem-
plo imbellis ferę à natura cornibus armatę, ſola ve-
locitate nirentis. Idem quoque præſagiuit antefigna-
nus miles Romanis Q. Fabio quintum, & P. Decio
quartum Conſulatum ineuntibus, cū Galli Seno-
nes (hos enim fuiſſe quàm Vmbros mauult T. Li-
uius) in Hetruriam venerunt legiones Romanas &
caſtra oppugnaturi, iam pectoribus equorum ſuſpē-
ſa geſtantes capita hoſtium & lanceis infixæ, ouantēſ-
que moris ſui carmine. Cūque acies ſtructę ſtarēt,
Cerua fugiens Lupum è montibus exacta, inquit Li-
uius, per campos inter duas acies decurrit: inde di-
uerſæ ferę, Cerua ad Gallos, Lupus ad Romanos
cuſum deſlexit. Lupo data inter ordines via, Cer-
MMm iij

*Decad. 1.
lib. 10.*

uam Galli confixere. Tum miles: Illac fuga, inquit, & cædes vertit, vbi sacram Dianę feram iacentem videtis. hinc victor Martius lupus integer & intactus gentis nos Martię & conditoris nostri admonuit: nõ admodum profectò vana coniectura. Nam victores discessere Romani, ita tamen vt alter Consulium P. Decius Gallorum virtute, siue familiari eius gentis fato publicis periculis luendis dedicate, occubuit eo habitu, quo se pater P. Decius bello Latino iusserat deuoueri, solemnni precatone, vel, vt simplicius loquar, superstitiosa temeritate, in confertos hostiũ globos concitato equo irruens. Nam & qui plurimum Romanis fauent, cæsa eo die ex P. Decij exercitu septem milia, ex Fabij mille & ducentos, fatentur. Ceterum Gallis in Gothos confligentibus amplior clades extitit, præscripta minis cœlestibus & facibus ab æde Diui Hilarij Pictonici per noctem ardere visis. Non tamen liquidò constare poterat, vtri genti ostenta minarentur perniciem, quoad exitus aperuit malum supremũ Gothis impendisse, tametsi fociis Romanis freti dimicarent. Vicerant vtrique Franci Syagrium Proconsulem mox Suefsiones regia autoritate prementem: verum reliquię Quiritum quedam apud Aruernos residebant, præsertim in clara Apollinarium domo, non foederata tantum Romanis, sed etiam affinitate coniuncta: cum perspicuè probatũ sit Apollinarem Sidonium Episcopum Auiti aliquãdo Augusti filiam vxorem habuisse, qui Gothos in Gallia sæpè attriuerat. Sic enim ait

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 416
ad socerum Apollinaris:

- *Discedũ, Auite,*

*Mæstus, qui Gallos scires non posse latere,
Quid possint seruire Getæ te principe.*

*Lib. Car-
minum,
cap. 7. ad
Auitum.*

At post Auitum rerum habenas pro Romanis moderari cœperat Egidius militum magister, parēs Syagrii à Clodoueo demum superati, ad Alaricum Visigothum profugi, ab eodem proditi. Sed quia lubenter conciliantur infensi homines communibus malis ingruentibus, gliscente in dies Francorum victoria Alaricus denuò cum iis, qui Romano Imperio studebant, societatem belli & fortunę iniuerat, maximè cum Mellio Apollinare Sidonij antistitis doctissimi patruele, Aruernorum Duce perstrenuo. Rutheni autem Aruernis finitimi per secessionem in diuersas sententias distracti, Quintianũ sanctissimũ Præsulem expulere, necare ipsum nixi, quòd impẽse Francis fauere videretur cum aliquot æquè bonis ciuibus pertæsis Gothorum audaciam ab Apollinarium illustri familia interim sustetaram: quibus Syagrii & quicquid erat Romanum perplacebant. Sic enim scribit Sidonius Syagrii suo: Cum sis Consulis pronepos, idque per virilem successiõnem, cum sis femine poetæ, immane est narratu, quantum stupẽsermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuisse: nouus Burgundionum Solon in legibus differendis, nouus Amphion in citharis. Alibi idem Sidonius Apollinarem proauum suum sub Honorio Cæsare tribunum ac notarium militasse refert, & in

Greg. Turonens. li. 2. §. 36.

Lib. 5. Epistol. cap. 9.

Principatu Valentiniani Galliarum parti præfuisse. Fortunatum dicerem, nisi pro Visigothis aduersus Francos dextrum cornu tuendum suscepisset, ætate & vigore animi integer. Nam Alaricus leuum Gase-lico filio notho crediderat, mediam aciem ipsi dirigens: sicuti ediuerso Clodoueus summæ sui exercitus incumberebat. Chloderico autem Colonie Agrippinensis Regulo principia commendauerat, acri admodum duci belli muniis expetendo pacis tempore molestissimo: qui etiam domum reuersus Sigibertum patrem præpropèra regnâdi libidine interemit, non diu malè parto dominatu fruiturus. Benè cum illo actum fuisset, si in prælio occubisset. Verùm fortissimæ iuuenum turmæ immixtas, ita in Alarici agmina corruit, vt tanquam lymphatico pauore cõsternata improuidam fugam facerent, nec respirandi, aut se respiciendi, spatium vllum Gothis daretur. Cæterùm Francis occurrebant Romani, Aruenique suum Apollinarem secuti, eiúsque præsentia, vltra rei bellicæ peritiam, freti æ pugnaces: quiq̃ue nullam spem salutis nisi in victoria reponerent. Itaque diurnam cædem magna contentione fecerunt. Videbatur vtrinque metus & fiducia ex equo procedere, donec Apollinaris mortiferè faucibus animum ingeminans corporis viribus defectus intercidit. Mox Franci, postquàm hostium vociferatio, impetus, & missa tela non eandem vim habere visa, haud dubiè lassitudinem testarentur, in Gothos quanto maximo possent conatu incurrerunt. Tum Alaricus præfectos

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 417
 præfectos equitum circumducere alas iubès, & gloriose vincendum, vel omninò pereundum iam statuens, in prælium tota vi incubuit, & inclinatam aciem iamque restituerat, nisi Clodoueus concitato equo cominus manum conseruisset, & Alaricum in terram deturbasset labore & armis grauem. Humi prostratus, nec tam timidus vt salutem oraret, nec tam stolidus vt exorari posse hostem putaret, pugione traiectus interiit. Sed dum locum vulneris rimabatur Francus Rex, parum abfuit quominus suum sanguinem vnà misceret hostili, petitus telis duorum Gothorum à latere, quos lorice beneficio incolumis euasit. Vocladensem campum vocant Galli ^{Annon. lib. 1. ubi de loco pugne idem sentit cõ Turonens. lib. 2. §. 37. & Paul. Emylius. Lib. 1.} autores, decimo à Pictonum vrbe miliario situm, quo Franci Gothique paribus copiis, forte dispari, dimicarunt. At Procopius (cui hac in re plus doctrinæ quàm fidei concessero) mauult Alaricum cum Visigothis obsessum in opido Carcaso, non ita procul à Narbone, quoad Gothi, quos iam tædebat inertia suæ, & prædæ à Francis passim coactæ, Alaricum probris inceserunt, eoque ancipitem egerunt, vt effulsis agminibus eruperit aduersus Francos, à quibus obtruncatus Galliarum fertilissimam partem fruedam celsit, serò Ostrogothis in subsidium venientibus: quos ipse quidem cunctanter ac cautè expectabat, nisi militum importunitas congressionem infelicem affectasset. Poterant enim ad tempus contineri Carcasi arce ac mœnibus munitissimis, intra que, vt Procopius subiungit, Alaricus alter, Maior,

Roma debellata clarus, Solomonis pretiosissimam supellectilem & spectatu dignissimam transtulerat, auro & gemmis grauem, pridem victis Hierosolymis per Romanos auectam illuc. Ad quam seruandam Gothi nihil in Gallia tutius duxerant Carcasione * opido gemino. Nam muris & suburbio diuiditur, ita vt opidum alterum ciuitas, alterum Burgus etiamnum appelletur. Sic de Emporiis in Hispania tradidit Tit. Liuius, nimirum vrbe eo modo secta, vt altera in parte suo orbe conclusa Græci à Phocæa, vnde, inquit, Mafsilienses oriundi, in altera Hispani longius à mari colerent. Atqui Carcasenses dissiu paululum muris, coniunctissimi animis, id tantum inter se discriminis retinuisse videntur, quod vrbis alteram partem ab altera ciuitatis & Burgi voce se creuerint. Nam veteres Burgum, Castellum dixerunt: interdum munitas aduersus hostem turres, Burgos dixere: quia Græcis *πύργος* turris est. Cornelius Tacitus accedit, asserens Asciburgium in Rheni ripa situm à Germanis Vlyssi autori tributum, dictumque à *πύργος*, & arcem in limite Imperij positam, quæque Sardiniam insulam ab incurfione Libyca tueretur, Burgum nominauit Iustinianus Imperator. Et Orosius Burgundiones ab huiusmodi castellis deduxit, cum primùm in Germania coaluerint, & ex crebris arcibus circa limites constitutis, velut ex opere præsumpserint nomen. Carcasio enim agri fœcunditate, fluminis propinquitate, fori claritate insignis, hostes alliciens tanquam ad prædam, præsidium contra col-

* sic vocat Procopius. Prolemæus est *καρχασιον*. Plinio Carcasum. Decad. 4. lib. 4.

Veget. lib. 4. de re milit. cap. 10.

Lib. de moribus German.

l. 2. §. in Sardinia. c. de offic. præf. Et Africa.

lib. 7. ca. 32.

dem meruit firmissimum. Nam nec Gothos quieuisse sexaginta post annis comperio, quin Carcasonam, vt Turonenfis appellat, oppugnarent, & Desiderium Duce[m] ciuibus infestum occiderent, ipsique vrbe potirentur, digressi, vt suspicor, ex Hispania, in qua Amalaricus Alarici filius rebus fractis abfugerat, Thiodem tutorem accipiens, virum callidum, quæ tandem regnum inuasit, Atalarico Arij impium dogma sectante à Francis interfecto. Ita licuit mortuo Alarico Francis per Gallias spatari, & Regis thesauros, qui Tolosæ recondebantur, auferre, quanti auidissimos quosque victores satiare possent. Licuit denique Francis diffusis more ætus marini nemine cohibente longè ac latè decurrere: adeo vt dij lætari ipsorum successu crederentur, maximè cum Engolismæ ciuitatis muri repente corruissent, ipsis obsidionem molientibus, velut hilari numine intromittendis, eiec[t]a Gothorum colluie: quibus si nõ Hispania panderet sinum, extremam patienda fuerant. Cum Gothis itaque Hispani diu vixerunt, vel potius diutissimè mortui sunt, donec non meliores, sed recentiores hospites, Sarraceni superuenerent, simulatque Rodericus Rex vitium intulit virgini, Iuliani Tingitanæ prouinciæ præfecti filiæ, quam forma excellentem, in ætate nubili pudore septam, amore ardens Gothus frustra pellicere tentarat. Tunc incensæ vires domestico dedecore patrem honestissimum sollicitarunt, vt Sarracenos ultores ex Africa acciret, per Herculei freti angustias propediem venturos: vt

finis idem esset regni amittendi Gothis, qui Tarquinii Romanis, sicuti eadem propè causa fuerat, stuprata per vim Lucretia Collatini vxore. Sic Marte quaesita Imperia, Venris foeditate plerumque amittuntur. Non miror exoleuisse immane hominũ genus: mirarer, si secus accidisset iis, qui dulciores disciplinas & puriores vbique obscurauerant, natiuoque sono barbaricum, vt lolium segeti, miscuerant, Musis plangentibus, in Gallia potissimum, in quam antecavebantur Heliconis purissimos riuos, & precipuas Parnassi delicias traduxisse: in eam præcipuè partem oræ Celticæ, quæ Lugdunensis appellatur. De cuius eximia eloquẽtia non priùs dicam aliquid, quàm originem vltimam repetiero, & nominis à Lugduno opido celeberrimo ducti rationem, quæ non vna circumfertur.

PLERIQUE Regem Lugdum conditorem laudant, Berosum secuti autorem, qui eadem ætate recognasse ait apud Tuyscones Herculem Alemanum, apud Celtas Lugdum, à quo prouincia, inquit, & homines cognomenta sumpserunt. Vbi interpret inde Ludouicorum nuncupationem tractam autumat, de qua paulò antè in Lodois seu Clodouei rebus gestis tractauimus. Nec de vmbra nominis fatagere lubet, vbi lux veritatis disquiritur. Proinde placet Munatio Planco Lugduni conditi falsam gloriã extorquere, quam ipsi tribuendam Plutarchus putat. Ita enim se audisse meminit, Annibalem Alpes transiturum è Gallia ad insulam venisse, quam Arar &

*In vita
Annibal.
lis.*

*In XIII.
Rege As-
syri. Ibi
Annus
interpret.*

Rhodanus flumina ex diuersis montibus confluentia facerent, vt in Allabrogos penetraret. In eadem conditum à Planco lōgo post tempore Lugdunum. Eusebius quoque scripsit, Munatium Plancum Ciceronis discipulum, Oratorem insignem, Lugdunum condidisse, dum Galliam Comatam regeret. Vtique constat Plancum in Lugdunensi Gallia Quiritum turbata Republ. res gessisse, consorter Lepido. Sic enim testatur ipse epistola quadam ad Ciceronem. *Lib. 10. E. Exercitum, inquit, ad sextum Cal. Maias Rhodanum traieci: magnis itineribus Viennam equites mille via breuiore præmisi. Ipse, si à Lepido non impediatur, celeritate satisfaciam: sin autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Quomodo autem fama increbruerit Lugduni à Planco extracti, viro tantę molitioni nec opibus nec industria suffecturo, nemo meliùs detexerit quàm Dion Cas-
Lib. 46. hist. Rom.
sius. Senatus, inquit, Romanus timens, ne Lepidus & Plancus se iungerent Antonio, miserunt ad eos, qui dicerent, nihil iam ipsis Rempub. egere: ac ne quid sinistri suspicarentur, facinurisque aliquod perpetrarent, iussi sunt iis, qui quondam Vienna, quod est prouinciæ Narbonensis opidum, ab Allabrogibus pulsus, ad confluentem Araris & Rhodani confederant, urbem condere. Atqui illi, inquit, subsistentes Lugdunum ædificarunt. Hinc liquet igitur Viennenses ciues extorres longè ante Plancum imperio Senatus obsequentem in ea insula confedisse, haudquaquam sine ædificiis & præsidio: sed Plancum co-*

*In Chro-
nicis, an-
tis ante
Christum
natiũ 23.*

*Lib. 10. E.
pist. fa-
mil. cap.
9.*

Ionos Gallicanos mœnibus fortè muniuisse. sicut contigit Semiramidi Nini Assyriorum Regis vxori, quæ Babylona condidisse vulgò fertur: nempe tantummodò cœtilibus muris circumdedisse, fundam-
Genes. 10. Iuslin. lib. 1. Ioseph. Antiquitat. lib. 1. cap. 5.
 tam primùm à Nymbroto Noë pronepote, cum turri editissima cœlitibus formidolosa: quæ vnum mortalium idioma in varia diduxit, & Babel, id est, confusio, dicta est: atque ita alieni laboris laudem sibi vendicasse Plancum arbitrator. Planè Seneca Stoicus Plancum coloniæ Lugdunensis merum deductorem, non opidi autorem nominat. Liberalis noster nunc, inquit, tristis est nunciato incendio, quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriæ suæ amantiissimum. Tot pulcherrima opera, quæ singula illustrare vrbes singulas possent, vna nox strauit. Quis hoc credat vbiq; armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum, quod ostendebatur, in Gallia quæri? Ciuitas arsit opulenta, ornamenti-
Lib. 14. Epistola cap. 2.
 que prouinciarum, quibus inserta erat & excepta: vni tamen imposita, & huic non altissimo mœti. Huic coloniæ, inquit, ab origine sua centesimus annus est: ætas ne homini quidem extrema, à Planco deducta: in hanc frequentiam loci opportunitate conualuit. Inuenio etiam Planco in Gallia res gerente Lugdunum celebre fuisse, ita vt pusillum id sit adiectionis à Planco factæ, homine tantî operis honore prorsus indigno: qui aliquando interpretis voluptatum M. Antonij & Cleopatræ in Ægypto, ab illo ad Augu-

plin. lib. 9. cap. 35.

stum mox transfugerit. Tum Censura Planci & Pauli acta inter discordiam, inquit Velleius, neque ipsius honori neque Reip. vsui fuit, cum alteri vis Censuris, alteri vita decisset, Paulus vix posset implere Censorem, Plancus timere deberet, ne quicquam obicere posset adolescentibus, aut obicientes audire, quod non agnosceret senex. Verùm ad ineundam apud Augustum gratiam multum illi profuit assentatio. Cum enim illum Romulum quasi alterum vrbs conditorem quidam appellandum censerent, obtinuit Munatij Planci sententia, vt quia Cæsar testamento auunculi maioris iam diceretur, Augusti cognomen adscisceret, quòd loca religiosa, in quibus auguratò aliquid consecratur, augusta vocentur. Et ne posthac pergat Lugdunum Planco tribui, viro in exteros perfidioso, in suos immani, recordemur nefariæ societatis inite inter Lepidum Cos. spe diuitiarum accensum, & Antonium vlturum eos qui se hostem iudicassent Reip. ac denique inter Octauium Cæsaris in curia necati vindicem. Ictum est Triumuiratus cruenti scœdus apud confluentes inter Bononiam & Perusiam nullo bono more, vt alius alij supplicium de inimicis sumere pro arbitrio permitteret. Vnde Octauius postquam triduo restitisset, Ciceronem Antonio perdendum dedit, Antonius imitamento sceleris L. Cæsarem auunculum suum, Lepidus Paulum fratrem, Octauio sicariis paternæ cædis autoribus contento. Nec defuit Planco gratia Paulum fratrem proscribendi. Ideò inter iocos mi-

Dion lib.

50. Lib. 2. Histor. Rom.

Suet. in

Octau.

cap. 7.

litares, qui currum Lepidi Planci que Coss. sequebatur, vsurpatum refert hunc versiculum Velleius:

De Germanis, nō de Gallis, duo triumphant Consules.

Quò verò ante Plancum, qui Augusto imperante pollebat, Lugdunum populi frequentia positique ædificiis claruerit, liquet, quòd circa primordia eiusdem Imperij omnium rerum copia, que ad beandam ciuitatem spectant, abundarit. Nec rudis fuit militaris audacię, vt perspicuè referat Silius Italicus Hadrubalem fratri Hannibali in Italiam auxiliares copias ducentē memorans, præsertim delectu in Lugdunensium finibus habito:

Hinc noua compulerunt haud tardo milite castra,

Venales animæ, Rhodani qui gurgite gaudent,

Quorum serpit Arar per rura pigerrimus vnda.

Quid referam nunc de proceribus magnificis, templis, auro, mercimoniis? Nec est verisimile, si tum recens extructa vrbs illa fuisset, repentē instar fungi in tantam amplitudinem excreuisse. De ea namque Strabo, qui Augusti tempora attigit, sic tradit. Lugdunum, inquit, in colle conditum, vbi Arar amnis Rhodano commiscetur, Romano tenetur Imperio: ampliore quoque supra reliquas, excepta Narbone, ciuitates floret virorum ordine. Nam & vsui magno est illis emporium: templum etiam ab vniuersis Gallis communi designatum impensâ, & Augusto Cæsari dicatum, ante hanc vrbe[m] ædificatum est, vbi fluuiorum est coitio. Adest & ara dignitatis eximie gentium LX. numero inscriptum habens titulum, carumque

Lib. 4.
Geograph

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 421
carumque singularum statua vna. Alia subinde ingens locata est ara. Adicit Suetonius Claudium Cæsarem Drusi filium eodem die natum Iulio Antonio Fabio Africano Consulib. Lugduni, quo primū ara Augusto ibi dedicata est. Propterea in Ludo Senecę, de morte Claudij, sic quærit Hercules:

Vidi duobus imminens fluuii iugum,

Quod Phæbus ortu semper obuerso videt,

Vbi Rhodanus ingens amne prærapido fluit:

Arar que dubitans, quò suos cursus agat,

Tacitus quietis alluit ripas vnda.

Est-né illa tellus spiritus altrix tui?

Quocirca fit, vt sentiam, priusquam Augusto ara consecraretur, Gallos Lugdunenses facundia domestica delectatos, nactos deinde occasionem religionis, & Romanę maiestatis prætextu, eloquij exercendi gratia ad aram conuenisse, laudationes instituisse oratione libera, quales Bardī carminibus olim edere consueuerant lyra vocem adiuuante, vituperantes id quod sceleris spurcicia reiiciendum suaderet, tum Gręcę, tum Latine, atque adeò Gallicę. Ita fit, vt hī ludi Miscelli vocitarentur. Vnde Suetonius in C. Cæsar. 20. ligula, qui ante Claudium imperauit, edidit peregrę spectacula, in Sicilia Syracusis Hæsticos ludos, & in Gallia Lugduni Miscellos. Sed hīc certamen quoque Gręcę Latinęque facundię, quò ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundemque laudes componere coactos. Eos autem, qui maximè displicuissent, scripta sua spongia linguãve delere iussos,

○○○

Diod. sic-
culus lib.
6.

nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent. Tales igitur ludos Caius minimè instituit, aut excogitauit, sed veriùs edidit, id est, solemnè ritu exhibuit, & exercuit non sine periculo: cùm Rhetoribus parum disertis ignominia aut mors impenderet: ideòque tremuli & pallentes aræ admonebantur. Ex quo Iuuenalis:

Palleat, vt nudis prestat qui calcibus anguem,

Aut Lugdunensem Rhetor diēturus ad aram.

Ad hoc pulcherrimum spectaculum suo tempore conueniebant nobilissimi Gallorum ac Germanorum: quare Drusus prætextu eius festi, quod hodie quoque ad aram Augusti celebratur (inquit Dion, qui fuit Alexandri Seueri seculo*) Gallorum primoribus euocatis, motus eorum præuenit ac sedauit. Hic autem Drusus Augusti Cæsaris priuignus, Tiberij frater, deliciis honestis cum primis deditus, magnè operè dilexit catellam Lugdunensem villis candidulis delicatoribus & propensis auriculis semetipsam fermè amplioribus iucundissimam: cuiusmodi generis illa ætas complures tulit, necdum amisit sobolem à Martiali laudatam, vbi de catella Gallicana loquitur:

Delicias parua si vis audire Catellæ,

Narranti breuis est pagina tota mihi.

Sanè longè post Drusum in Germania defunctum, quò inter militiæ Romanæ Aquilas canem sibi caram detulerat, & dum Eleutherius Pontifex ab Apostolo duodecimus ecclesiæ Rom. præfesset, anno xvii.

* Anno Christi 235.
Vide Dionem lib. 54. de historiæ Rom.

Imperatoris Antonini Veri Lugduni Viennæque tanquã in celeberrimo Galliæ theatro Christi athletæ religionem ipsius animosè & constanter tutantes decertarunt, & contra demones insidiosos, ac tyrannos efferos, coronas retulerunt: reipsa manifestantes, non esse condignas præsentis temporis perpeffiones futuræ gloriæ, quæ in cælo reuelabitur: ideòque intrepidi & alacres ad tribunal Præsidis prouinciæ sistebantur inter reos relati, quia Christum profiterentur: præsertim Vetius Epagathus caudicus, & Sanctus Viennensis ecclesiæ Diaconus, & Attalus natione Pergamenus, & Alexander Phryx arte medicus, ac Blandina Lugdunensis matrona generosa ad supplicium tanquam ad nuptiale conuiuium hilariter procedens, inclusa reti, obiecta tauro indomito, quoad moreretur, vel potius quoad æternum viueret, cum multis aliis, qui quoties se Christianos esse prædicarent, toties renouare videbantur vires suas, vt Antæus ille in fabulis cum Hercule decertans, quoties humum parentem tangeret, surgens robustior. Quoniam autem Imperator rescripserat Præsidi, ne nisi confitentes plecterentur, & Panegyris iam inciperet, inquit Eusebius, ad quam omnes gentes vndiquaque coirent: tunc pro tribunali sedens in Christianos ius impium libentiùs dicebat, & eos, qui ius ciuitatis Romanæ haberent, capite truncabat, ceteros obiciebat bestiis. Cuius immanitatis ferui Christi Viennæ & Lugduni degentes epistola certiores fecere Asiaticos & Phryges, hortati vt iti-

Vide Euseb. lib. hi. stor. Eccles. lib. 5. ca. 1. & 4. & 6.

dem in fide sancta fortes & interriti pergerent: & Irenæum doctissimum Presbyterum, mox Lugdunensem Episcopum Eleutherio Romano sollicitè per literas commendarunt. Non desunt qui Pauegyrim illam Lugdunensem pro nundinis accipiant: quia constat ex Strabone Lugdunum celebre fuisse emporium, mercaturam facientibus idoneum & peruium. Sed nihil impedit aræ festo solemni promercij frequentiam concurrisse. Nam procliuus eò conueniebant quæstum facturi, quò populum norant confluere. Scripsit quoque autor eximius M. Antonium Gniphonem in Gallia natum, Græcè Latineque eruditum, & Rhetoricis apprimè excultum, Romæ non nisi nundinis declamasse. Fluxit inde mos Xenia liberalium disciplinarum doctoribus imperiendi Lutetiæ, & sacra quædam ritè peragendi solemnibus nundinis. Nam & nundinæ crebrius ad dclubra exercebantur: extatque apud Serbidium Scæuolam Iurisconsultum Annæ ditissimæ testamentum huiusmodi: Quisquis mihi hæres erit, fidei eius S. Annæ committo, vt det ex reditu cœnaculi mei & horrei post obitum, sacerdoti & hierophylaci & libertis, qui in illo templo erunt, denarios decem, die nundinarum, quas ibi posui. Si priuatæ mulieris exemplum nihil suadet, aderit regium ac publicum Caroli Calui Francorum Regis, qui nundinas Germanicas Aquisgrani à Carolo Magno auo institutas Parisios transtulit, mense Iunio inchoandas, ad fanum Dionysij, mirifico gentium confessu & commercio,

Nicéphor.
lib. histor.
4. cap. 15.
& 16.
Euseb. lib.
5. cap. 5.

lin. seu
sueton. de
illustri-
bus Græ-
maticis.

In l. 20.
S. Annæ.
ff. de au-
uis legat.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 423
ac compendio. Quin & per Pontificem Rom. egit, vt mercatoribus eò tendentibus triētis peccatorum quorumcumque obliteratio concederetur. *adeò licet nundinari etiam Pontificibus, & apud cœlitum mensam acceptas vltro citróque summas bona fide refundere in moneta proba & aurea. Accedit, quod Tuditanus vetus autor affirmauit, originem nundinarum minimè religionis expertem, deductâ à Romulo, qui communicato regno cum T. Tatius sacrificij & sodalibus institutis nundinas adiecerit. Licinianus quoque nundinas vocabat Iouis ferias: & Iulius Cæsar lib. xvj. auspiciorum, negat nundinacionem aduocari posse, comitiæve haberi, aut agi cū populo. Nundina dea à nono die infantium, quo lustrabantur, & nomen accipiebant mares, vt fœminæ octauo. Constat etenim nundinas dici ipsas à nono die ruri intetmissis, vt ad mercatum legesque accipiendas Romam iretur cessante agricultura. Nundinarum in Gallia celeberrimæ Lugdunenses habentur, propter loci opportunitatem, vetustatem moris, & commoditatem vtriusque fluminis, præcipuè Rhodani ab Apenninis Alpibus manantis, deinde per Lemanium lacum magno impetu sibi viam pandentis, ingenti externæ aquæ fastidio: nam nihil ex lacu, dum velox exiit, secum trahere dignatur hospes fluuius. Iuxta Lugdunum atrox & feruens Ararim per fines Heduarum & Burgundionum fluentem cum quadam aquarum modestia excipit, ac tranquillum & cursus suos dissimulantem humeris por-

* Lendi-
tū vocat
has nundinas
Nic.
Gillius in
Caluo. &
Rosarium
Ludouici
xx. anno
876.

Macrob.
lib. 1. sa-
turnal.
cap. 16.

Lib. 2. in
Eustropii.
tat in Malliense pelagus, terras proluens fertilissi-
mas. Hinc Claudianus:

*Quàm Rhodano stimulat Arar, quos inter aprica
Planities, Cereriq; fauet, densiq; ligatur
Vitibus, & glaucos fructus attollit Oliuæ:
Diues equis, felix pecorum pretiosaq; picto
Marmore. -*

Verùm, vt in confesso est, vtrouis flumine fœcunda-
ri agrum, & populum lætari importata annona &
mercibus, sic tantum boni comitatur clades aliqua
non rara inundatione: qualem Turonensis accidisse
Lib. 5. an-
no 520.
tradit anno quarto Childeberti I. Francorum Regis,
tanquam ambo fluuij in Lugduni necem conspira-
sent, dirutis partim muris, atque erutis passim arbo-
ribus, quarum mox aliquæ Septembri floruerint. At
in ciuitate Aureliana conflagratio improuisa ciuium
ingentes opes populata, vix quicquam eximi permi-
sit. Paulo mitior in ciues exarsit Ludouico VIII. re-
gnante: nec longè pòst emerfit Vualdensium secta,
qui se vulgò Pauperes de Lugduno nuncuparunt, &
diuitias omnes cœlestes deprèdari posse vitæ institu-
to iactitabant, Vualdone ciue Lugdunensi præluce-
te ac auspice. Romanæ religionis præfules despica-
bantur, tanquam inopiæ Apostolicæ securos: ex quo
à Gregorio IX. hereticis adnumerantur, cui arrogans
paupertas displicuit. Quare vt hæc colluuius mun-
detur, reuertamur ad flumen. Arar, inquit Callisthe-
nes, fluuius dictus fuit ἄρα τῆ ποταμῶ ἡρωδοτῶ: quia
Lib. 13. Re-
rum Gala-
ticarum.
Citatur à
Stobæo in
serm. 98.
Rhodano coniungitur. In illo addit gigni Clupeam

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 424
piscem decrecente luna nigrum, aliàs album: in cu-
ius capite lapis inuentus quartanas sanat alligatus fi-
nistro lateri. Lugdunensem Coloniam iuris Italici
fuisse Paulus Iurifconsultus memorat. Ammianus<sup>l. vi. ff.
de censib.
lib. 15.
rer. gest.</sup>
Galliam Lugdunensem primam & secundam con-
stituit: quarum hæc à Rothomago exordiat, illa
ab inelyto Lugduno, non magis soli cœliq; doti-
bus, quàm Rhetorum eloquentia admirando. Hæc
itaque

Gallia caufidicos docuit facunda Britanos,
vt ait Iuuenalis. Nam priusquàm clarissimum illud^{sat. 15.}
Galliæ sydus Lutetia radiis & nitore sermonis illu-
xisset, primas obtinebat in dicendi genere Lugdu-
num. Eò conueniebant Oratores summa contentio-
ne politissimo quouis stylo disceptaturi: nec pude-
bat Latinos homines eò cōcedere, vel discendi gra-
tia, vel facundiam suam ostentandi. Sanè si seque-
mur Ruffum perquam disertum, illum, inquam,
Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit,
vt idem Satyricus testatur, & Cicero ipse facundiæ,^{sat. 7.}
Latiarumque literarum parens, vt Dictator Cæsar<sup>pln. lib.
7. cap. 30.</sup>
de illo scripsit; hostis quondam illius, eloquij sui
flore ex hortis Lugdunensibus decerpfit, quo Rē-
publicam ab indagine & plagis Catilinæ extricauit:
quo M. Antonium triumuirum proscripsit, Octa-
uium Cæsarem adolescentulum ad diuturni Imperij
fastigium euexit. Primus in toga triumphum lingue-
que lauream meritis omnium maximam, quantò
plus est ingenij Romani terminos promouisse, quàm



Imperij: & post mortem ab hoste teterrimo Antonio illatam præciso gutture, ac sanguine atro fluente, ex quo nitidus fluxerat eloquentiæ riuus, adhuc incolumi fama viuere scriptis intelligitur, utique nunquam moriturus: quibus Gallia vicissim adiuta est, paria faciente Cicerone, pietatémque Ciconiæ imitante cum parente sua: ut rursus eam iam senio grauem, Gothisq̄ue irrupentibus illuue exera scedatam, refecerit, illuminauerit: & quamuis Antonij scelere abscissa sit vox publica indefensa, quæ per tot annos publicum ciuitatis bonum, & priuatum ciuium defenderat, gloriam tamen factorum & scriptorum adeò non abscidit, ut auxerit potius, victuram omni seculorum memoria. Inde Rufus Ciceronem (ad quem pro meritis laudandum altero Cicerone opus esset) Allabrogem vocabat, propter Viennam Allabrogum metropolim Lugduno conterminam, sicut omnes optimæ notæ scriptores Horatium Flaccum Calabrum dicunt, licet natus pro certo feratur in Venusio opido Apuliæ Calabris finitimæ. Dederat verò M. Tullius maximam operam Lucio Plotio Gallo Rhetori, de quo, ut est apud Tranquillum, sic refert Cicero ipse in epistola ad M. Ticinnium: Equidem memoria teneo, pueris nobis primùm Latine docere cœpisse L. Plotium quendam, ad quem cum fieret concursus, quòd studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum autoritate, qui existimabant Græcis exercitatio-

Pet. Crinitus lib. 3. de poetis latinis. cap. 38. In lib. de claris Rhetorib.

exercitationibus ali melius ingenia posse. Sed præterea audiuit ac coluit Cicero M. Antonium Gniphonem ingenuum in Gallia natum, sed expositum, mox manu missum, institutumque Alexandriæ in Græcis Latinisq̄ue: vir memoriæ singularis, facilis naturæ, in Grammaticis excellens doctor, nunquam pactio- ne mercedem exigens, multa ex liberalitate discen- tium consecutus. Docuit, inquit Tranquillus, pri- mùm in D. Iulij domo pueri adhuc, deinde in sua priuata. Docuit autem & Rhetoricam, ita ut cotidie præcepta eloquentiæ traderet. * Scholam eius claris- ^{* Decla-} ^{massi cum} ^{nundinis} ^{suprà vi-} ^{dimus.} simos quoque viros frequentasse aiunt: In his M. Ciceronē etiam cum prætura fungeretur. Si hoc igno- rauit Plutarchus, ignoscendum: si dissimulauit, in- dignandum, quòd Gallicam laudem magistris tan- tum Græcis tribuerit. Is enim tradidit de Ciceronis ^{In vita e-} ^{iusdem Ci-} ^{ceron.} patre nihil certum proditum: Alios fullonicam fe- cisse asserere: (nam ferè semper de raræ eruditionis viris vulgus male suspicatur, & claritatem sanguinis eorum inuidiosissimè, ne vbique polleant, nititur infuscare.) Alij genium eius ad Tullium Appium Vol- scorum Regem retulere. At Eusebius: M. T. Cicero ^{Euseb. in} ^{Chroni-} ^{cis, O-} ^{lymp. 168} Arpini nascitur matre Heluia, patre, inquit, eque- stris ordinis ex regio Volscorum genere. Nutrici eiusdem spectrum nūcialisse Plutarchus subdit, eam vniuersæ Reipub. ingens commodum alere. Natus miro ingenio Cicero, ad nullum literarum genus, ne- poësis quidem, ineptus, præmatura doctrina & gloria inter sodales pueros eminuit. Puerili consuetu-

dine transacta Philoni Academico incubuit. A Q. Mutij auditoribus ius ciuile edoceri se curauit. Bello Marfico sub Sylla stipendia prima meruit : deinde propter intestinas seditiones otio literario deditus, rebus mox tranquillis ex umbratili studio in lucem fori prodiit. Specimen clarum præbuit diuinæ ac Gallicæ eloquentiæ, dum sex & viginti natus annos, summis audientium clamoribus Sext. Roscium par-
Quintil. lib. 12. cap. 6.
 ricidij accusatum defendit, victoriámque retulit. Verùm interim Syllam extimescens, in Græciam proficiscens curandę valetudinis prætextu, quia è stomacho laboraret, Athenis Antiochum Stoicum audiuit : oratorias præceptiones, quibus se perpoliret, ad futuros Reipub. vsus percepit : cùmque iam clarum meruisset inter patronos nomen, in Asiam nauigauit, teste Quintiliano : & præcipuè se Apollonio Moloni, quem quoque Rhodi audierat, reformandum ac velut recoquendum dedit : quoniam tunc dignum operepretium venit, cùm inter se congruunt præcepta & experimenta. Declamante aliquando Cicerone Molo attonitus, Te laudo, inquit, & admiror, ô Cicero : sed Græcorum fortunæ me miseret, cùm videam eruditionem & eloquentiam, quę sola bonorum nobis relicta erant, per te Romam accessisse. Notat Seneca, Ciceronem in dicendo à Græca concitatione alienum fuisse, qui, vt frequentius, semel incipiunt, semel desinunt. Ideò Homericus O-
lib. 5. Epistol. cap. 40.
 rator sine intermissione in morem niuis cadentis loquitur. Atqui Cicero gradarius fuit, tractim stillans

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 416
 auribus orationem, lenta, vt puto, festinatione, ac planè Gallicos præceptores redolente Græcis vetustiores. At bene dicere tanti faciebat, ne quid sibi questæ gloriæ decederet, vt die ad causam apud Cætumuiros agendam constituto, Erotem seruum libertate donauerit, quia nunciaret in posterum diem iudicium fuisse dilatum. Orationes autem à se habitas edere solitus, scribendo seipsum vincebat. Hoc ei exprobrat Fufius Calenus Antonij propugnator
Plutarch. in Apophthegmatis.
 vehementer : Putas, inquit, esse quemquam, qui ignoret nullam admirabilium tuarum orationum, quas edidisti, à te dictam esse, sed omnes deinde conscriptas. Quod si negas, recordare quomodo Verrem accusaueris. Certè compertum habeo Ciceronem
Dion Casius lib. 46.
 pro Milone patrocinantem, ac spectantem armatos milites præter consuetudinem Pompeio præsto esse, idque ex Senatus decreto, vt iudicibus liberè iudicare liceret, ita animo collapsum incusso terrore, vt languente & breui oratione contentus finem dicendi fecerit : mox animo collecto per otium eam scripserit, quæ tam accurata & ampla legitur. Ferturque Annus Milo propter eadem Clodij, quem Cicero quoque ab exilio reuersus tribunitiâ potestatem ex patritio ordine perperam gessisse querebatur, demum exulare iussus, cùm orationem ad se à Cicerone missam perlegisset, plus tribuisse scriptę quàm pronuntiatæ. At viuam vocem pluris fecit Æschines. Legens Rhodi orationem Demosthenis æmuli, adiccisse dicitur, *Plin. li. 2. Epistol. cap. 3.*
 ἢ δὲ εἰ αὐτὸ τὸ ἡμεῖς αὐτὰ ἤματι Κοῦντος

ἀκροαῖτες, id est, Quid si ipsam feram hæc verba clamantem audiuissetis? Proinde Milo rescripsit patrono, benè sibi euenisse, quòd is talem in iudicio non pronunciaffet: Nunquam enim futurum, si eo modo orasset, vt tantos mullos pisces Massiliæ, ad quam se exul contulerat, ederet. quod fortè ironicè à Milone Ciceronem taxante dictum, qui tempestiuè nihil causè còducibile attulisset: postea quod dici debuit, serò ostentaret: vel potius, quia Milo reditum impetrare iam non valens, eo saltè nomine seipsum consolaretur, quòd Galliam inuississet, & Massiliam urbem maritimam ad sinum Ligusticum, non leue Galliæ ornamentum ac propugnaculum. Cuius quidem ciuitatis disciplinam atque grauitatem Græciæ ciuitatibus Cicero audacter anteposuit: ita consilio optimatum gubernatam asserens, vt eius instituta laudare quàm æmulari facilius fuerit. Conditam vero illam tempore Tarquinij Regis tradidit Iustinus, cum Phocensium Asiatica iuuētus ostio Tyberis inuecta amicitiam cum Romanis iunxit. Inde in Galliam profecta bonis auibus, dum Persarum dominatum & domesticam calamitatem effugeret instructa classe. Ionum coloniam vocat Agathius Massiliam, deductam Dario Idaspis filio in Perside regnante. At lib. 13. classi præfuisse Euxenum inquit Atheneus, qui tum fortè magna cum Phocensium caterua Gallicum litus appulerat, cum Nanus regionis princeps gentium quæreret patrio more. Oportebat enim puellam post cœnam opiparam ingredi, phialamque porri-

In Orat.
pro L. Flac
co.

Lib. 43. in
Trojum.
Suidas in
Historicis.

Lib. 1. de
bell. Goth.

Lib. 13.
Dipnoso-
phist. cap.
13. Iusti-
nus autè
Peranum
vocat.

gere procorum optatissimo: & Euxeno, qui eo die fortè venerat, porrexisset. Factus igitur ex hospite iucundissimus gener locum urbis statuendæ accepit, & muniuit, Deo fortunante Græcorum progressus atque victorias, ita vt inter finitimos Phocici aduenè valde claruerint, Carthaginenses bello fuderint, necnon Hispanos: mox inter Sucronem fluiuium & Carthaginem nouam tria opida fundauerint, quæ post Sertorius rerum in Hispania potitus frequentauit: Sed & Nicæam Liguribus propinquirem, nunc arce nobilem, & ducis Sabaudi sede præcipua claram. Præterea ad Rhaurarim flumen ex Gebennis demissum, non ita procul à Narbone, Agatham opidum ædificarunt. Cum Romanis fœdus summa fide Massilienses sanxerunt, & auxiliis in bellis maximis iuuerunt. Adhæc cum audissent captam à Gallis Romam, luxerunt mœstissimè, ac pro redimenda aurum contulerunt: ob quod meritum immunitas Massiliensibus decreta, & locus spectaculorum à Senatu datus: rursumque cum Massiliensibus à Romanis gratificatibus fœdus æquo iure percussum, vt quos præsidio esse sibi haud dubiè cognouerant. Hinc M. Tullius ad Atticum: Massiliensium factum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est rectè esse in Hispaniis. Minus enim audent, si aliter esset: nam & inuicti, & diligentes sunt. Alibi vehementer angitur Cicero, quòd portari in triumphum Massiliam viderit ad amissi Imperij exemplum, & ex ea urbe triumphari, sine qua Romani

strabo li.

3. & 4.

Mela lib.

2. cap. 5.

Lib. 10. v.

pistol. ca.

Quidam.

Lib. 2. of-

fic.

Imperatores ex Transalpinis bellis nunquam triumphassent. Eam verò deditone ceperat C. Cæsar, diutissimè oppugnatam à C. Tribonio legato, crebris eruptionibus fractos ciues incessente, pestilentia etiam graui conflictatos, & rei frumentariæ ad summam inopiam adductos: panico enim vetere, hordeoque corrupto alebantur, labefactata magna muri parte, & desperatis sociorum auxiliis, quos in potestatem Cæsaris venisse cognouerant: qui postmodum victor deditos pro nomine & veritate conseruauit, duabus legionibus præsidio Mafsiliensium relictis: Atque ita magnam pristinæ felicitatis iacturam fecere, quædam eius vestigia retinentes & publicæ administrationis, instituto ad eam D. C. virorum consilio, quos *πυλῶνες** vocarent, quoad viuerent, eo

* i. honoratos ac potentes.

honoratos ac potentes. Creari verò nequibant, nisi è ciuium sanguine à tertia generatione, & adepti liberos. Senatus huius principes quindecim numero, tres Præfules agnoscebant, legibus optimis fretos Ionico more promulgatis. Re nauali ac bellico apparatu proculdubiò per celebres extiterunt. Verùm post victum à Cæsare Pompeium, cui obnixè studuerant, belli artes cum Philosophicis commutarunt: hisque adeò floruerunt, vt nobilissimi quique Romanorum

vide Erasmus, in prom. Nauigis Mafsiliam. Valerium lib. 2. c. 1.

ad capeffendas disciplinas eò filios mitterent, neglectis iam Athenis, teste Strabone: eò magis, quòd morum grauitate præ Atticis spectarentur, Laonicis non inferiores. Vnde Mafsilienses mores proferueris vsurpatos opinor à veteribus. Suidas autem

exprobrat ipsis viris vestitum muliebrem, colligatos capillos & vnguentis delibutos, & mollitiem denique vltimam: cui nequeo assentiri. Mimos enim & scenicos ludos prohibuere, quibus amatorij actus spectandi consuetudine, imitandi licentiam irriteret. Deos sine superstitione colere iussere, & fumis sine planctu ac lamentis prosequi domestico sacrificio & cõuiuio necessariorum, iuxta illud duodecim Tabularum: Ne lessum funeris ergo habento. Lcsum Cicero lugubrem eiulatum interpretatur, quem quoque Solonis lex substulit. Meritò ille quidem. Si enim felices sunt mortui, inuidia sit eorum sortem deflere: si miseri, quid fletus illis prodest? Et quò seueritas etiam foeminis communis foret, imperauit lex Mafsilienses foeminas aquam bibere: atque forsitan profecit, vt libentiùs ac fortiùs eæ comas suas conferrent ad classis instructionem, quia funes deficerent. Nam maluerè pudicæ foeminæ deformato ad tempus capite reparare exarmata nauigia, & liberè viuere, quam venustate integra hostibus cedere, hisque seruitum ire. Sic aiunt Romanas, cum obfesso à Gallis Capitolio neruorum copia defecisset, crines viris pugnantibus obtulisse. Id potissimùm laudatum est in Mafsiliensibus, dum Rex Caramandus legitissimorum iuuenum exercitu urbem iam virium gloria virentem impugnaret, & subsidia ab exteris mari peterentur. Ille tamè vltro obsidionem soluit, territus per quietem à Minerua, quam in arce Mafsiliæ summa veneratione cultam Iustinus perhibuit.

In verb. *ὅτι μάσας*

Lib. 2. de legib.

Atheniens lib. 10. cap. 9.

Frontinus lib. 1. strag. ca. 7. Veget. lib. 4. cap. 9.

Gell. lib. 10. ca. 23.

Vnde & meliores scientiæ ibi mirifico in pretio fuerunt, & viri eruditi, iuris ferendi ac dicundi gnari. Indoctos & corruptos Midæ vocabant genus. Dicitur enim Midas, quasi *μῆδ' εἰδδν*, id est, nihil sciens: ut qui fertur perperam iudicasse contra Apollinem sponcione facta certantem cum Marsya de tibiærum melo, ideoque asininis auriculis insignitum: quarum notam solum tonfori patefecit.

Fide Fulgentium lib. 3. Mytholog. cap. de Apolline, ubi citat Arbitr.

Sic commissa ferens avidus referare minister

Fodit humum, Regisque latentes prodidit aures:

Concepit nam terra sonum, calamiq; loquentes

Inuenere Midam, qualem conceperat index,

ut scripsit Petronius Arbitr. Mafsiliensis autor, de quo Sidonius: *Et te Mafsiliensium per hortos Sacri stipitis Arbitr.*

In Carmine 23. seruum li. 3. xxiid. vers. Ari. sacra. famel.

Scripsit quidam Petronium genere claro progressum ab oratore facundo Castore Mafsiliensi, vel, teste Suida, Galata aut Rhodio, cui Philoromæo cognomentum, ab amore erga Romanos. Idem à Rege Deiotaro focero suo, quem apud Cæsarem criminatus erat, interfectus, reliquit libros elegantes de Babylone, De persuadendo, Artem dicendi, & Animalium ignorationes, aliósq; multiiuga doctrina plenissimos. Atqui Cicero Castoris patrem antea obsecrum dicit nobilitatum ducta filia Deiotari, mox insimulati à Castore nepote, quod Cæsaris vitæ insidias parasset, quodque erga Pompeium visus esset propensior, vti in oratione sua Cicero patrocinians refert. Cæterum Petronio memorante didicimus, laboran-

laborantibus pestilentia Mafsiliensibus, solitum vnum ex pauperibus se anno integro alendum delicatissimis cibis præbere publico sumptu: post verbenis ac vestibus sacris circumductum ornatissimè per urbem non sine execrationibus transfuchi, tanquam cum eo proiecto publica mala expiarentur, & simul expellerentur. Si qui civium tedio vitæ mortem sibi consciscerent, venenum cicuta temperatum impunè hauriebant, quod in tam tristes usus publicè custodiebatur, modò Senatus causam cognouisset tam præcipitis voti, quo nullum tamè frequentius. Videbatur namque hæc notabilis iustitia, quæ nec mori cupienti celerem viam abnegabat, nec temerè pandebat. Quam consuetudinem non in Gallia ortam, sed è Græcia translata Valerius suspicatur: ad eò mores cum lingua Ionica Mafsilienses ipsi mordicè retinuerant, ac latissimè disseminarant, vsque ad insulas Stœchades. Ligures hæc aspicunt ordine quodam dispersæ, à quo nomen duxere. Nam & Mafsiliæ nuncupatio prorsus Græca putatur, *ἄπο τῆς μάσσαι*, quod vincire significat, * & *ἄπο τῆς ἀλιέως*, id est, à piscatore: quia aduentans Phocensis classis gubernator piscatorem indigenam opperiens, vult Ennauem alligare iussit rudentibus. Isidorus autem à ducis nomine appellatam Mafsiliam mauult. Addit à Varrone Mafsilienses dictos trilingues, quia Græcè, Latinè & Gallicè loquerentur: ne diutius gloriatur Ennius, qui se tria corda habere dictitabat, quod præter Græcum & Latinum idioma, Oscum percal-

zolicè tamen, ut vult Enstadius in Dionysium.

lib. Etymologiar. 15. cap. 1. A. Gell. lib. 17. cap. 16.

leret. Urbis magnificentiam talem olim fuisse, qualē nunc videmus, & admiramur, vix arbitror, cum ædificia sine tegulis pluviæ restiterint, subacta cum paleis terra, non absque Græco exemplo. Nam Athenis in Arcopago tectum è luto constitit præca frugalitate, & tenaci terræ natura: cuius etiam id Mafsiliæ peculiare extitit, quòd lateres ex ea ducti & arefacti, proiecti in aqua natarent. Planè ager Mafsiliensis frumento rebellis oleam non respuit, nec vitem: cui tantoperè blanditur, vt ex vnica vite pateram factam Plinius viderit. Magis miror Iouis simulacrum in vrbe Populonia Hetrusca ex vnica vite multo æuo syncerum. Agathius testatur Mafsilienses sua ætate iam ab antiquo viuendi loquendique ritu luxasse, * & imperantium institutis moribusque vixisse, potissimum Francorum, nempe Clodouci liberorum quatuor, qui in totidem diuiones regnum secuerant, Christiani omnes, & rectissime, vt ille ait, opinionis: charitatem & iustitiam inuicem fouentes, ita vt pro priuatis odiis nullum Respublica detrimentum ruinamve caperet. Nam etsi diuisum esset inter eos Imperium, attamen à bellis inter se abstinebant, nec ciuili sanguine patriam inquinabant: sed orta contentione inter aliquos, ceteri se bello accingebant, nimirum adiuturi eum, cuius iustior causa videretur. Non mirandum itaque, si seipsis primò victis, & ad officium redactis, proximos quoque facillimè vincerent. Verum hanc fratrum concordiam, quam meritò commendauit Agathius, diu-

*vitruuius
lib. de ar-
chitectu-
ra, 2. cap.
1. & 3.*

*Lib. 14.
nat. hist.
cap. 1.*

** Circa
annum
Christi
540.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 430
turnam liberis ipsorum non fuisse comperio. Cum enim Clotarius, qui è quatuor tandem solus superstes regno potitus est, totidem rursus tetrarchas filios reliquisset, simultate exitiali plerumque agitato Gregor. Turonensis scripsit. Legati, inquit, Chilperici Regis triennio antè ad Tyberium Imperat. Constantinopolim missi, non sine graui labore rediere: cum Mafsiliensium portum propter Regum discordias adire non auderent: sed Agathensem appulere Gothis subditum, vbi naufragio facto miserè direpti sunt ab accolis alieno damno impie ditescētibus: Adè vt legati vix celare retinereque potuerint eximia munera, quæ Imperator Chilperico miserat, præsertim aureos singularum librarum vna ex parte imagine Tyberij percussos, hac inscriptione: TYBERII CONSTANTINI PER P. AVGVSTI. altera in parte eminebant quadrigæ cum auriga, inscriptæ, GLORIA ROMANORVM. Maximè verò Mafsiliensium decus refrixerat, postquam iurisdictionis culmen remisere, vel principum dissensione, vel potius opportunitate diuitiarum querendarum, quas affatim illis mare propinquum suppeditat, Oriētis omnes delicias & exquisitas opes commercio suscipiens, & portu tutissimo complectens. quæ tanta felicitas fortè seueritatem legum reiecit. Nam Plato accersitus leges Cyrenensibus ferre recusauit, quòd plus æquo felices essent, & luxui indulgerent propter bonorum affluentiam. Proinde totius regionis Senatus apud Aquas Sextias confedit: atque

*Lib. 6. de
gestis Frã.
cor. §. 2.*

hodie velut clarissimum prouinciæ sydus elucet, à quo non pauca opida iura petere coguntur, nullo prouocationis remedio refellenda, magno Salyum gentis ornamento. Gloriantur Romani Cassio Longino & Sextio Caluino Coss. Salyes à se deuictos: ab hoc sui nominis opidum ædificatum salubrium aquarum iniecta mentione, quas è calidis in frigidas partim mutatas ferunt. Prouinciæ deliciis magna sit accessio foecunditate & fragrantia Citri arboris lætissimæ, fructum cum floribus miscentis tepidioribus in locis & cultioribus: sicuti Myrtus Veneri olim sacrata in incultis perpetuò viret. Putes te spectare Alcinoi Regis pomaria, in quibus vcr quotannis non renouatur, sed perflantur iugi Fauonio:

Et pyra adulta pyræ succedunt, malaq; malis,

odys. n. vt Homerus tradidit: *αὐτὰρ ἔτι σαφύλην σαφύλην.* Nihil habet admirabilius medium Massiliæ & Rhodani spatium campo à mari ceterum stadiis remoto, in quo Herculem contra Albionem & Bergiona Neptuni filios dimicantem, cum tela defecissent, ab inuocato Ioue imbre lapidum adiutum antiqui fabulantur, propter crebros lapides, qui locum opplent: sub quibus tamen gramen vbertim proueniens gratissimum pabulum pecoribus exhibet. Idque apud Æschylum Prometheus Herculi prædixerat, vt cum in Ligurum fines venisset, bello lacessitus, hostium copia, telorum inopia laboraret, mox imbre lapideo adiuuaretur. Quod si quis rationem à Philosophis congestorum lapidum petierit, quibusdam ter-

vell. p. a. tercul. lib. 2. Roman. historia. Strabo li. 4.

vamp. Me la, de sit. orb. lib. 2. cap. 5.

re motu in planitiem sparsos, aliis è lacu congelato in silices deinde sectos afferentibus, nugis anilibus fabulam videbit sine dubio superari. Ludificari tamen se magis quisque sentiet à Grammaticis, qui peruersa subtilitate Prouinciæ appellationem ab eo extorsere, quod regio procul victa, Romanis pareret: nec vident Siciliam primam prouinciarum factam esse Marcello Consule obtinente contra Hieronem insulæ Regem. Primùm, inquit Cicero, quod omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemque populi Rom. applicuit, prima omnium Prouincia est appellata. Prima docuit maiores nostros, quàm præclarum esset exteris gentibus imperare. Igitur si fas esset alludere origini, fortè Prouincia potius dicenda veniret, quod primùm vineta & fœderata Romanis esset, quàm quod procul disita. Modico etenim freto ab Italia disiungitur, & à Iuriconsultis inter continentes prouincias numeratur. Cæterùm quia post multas & insignes victorias Romani ditionis suæ fecerunt Narbonenses Gallos ad Varum amnem & Alpium iuga porrectos, euenit, vt, quia à Volcis ad Ligures ora esset portuosa, vini, frumenti, atque olei ferax, Citri frö-
dibus perenni successu florum aut pomorum virentibus flagrans, ipsismet Romanis in gloriam suam effusis, literariis studiis insuper commendata, Prouinciæ incerto nomine ea intelligeretur, quæ cæteras omni ex parte præcelleret. quod hodie quoque vsurpatur vbicunque gentium, nedum in Gallia:

nec aliter sensit vetustas. Credamus in hac re Iul. Cæsari, Lucærij Cadurci conspirationibus obuianti. *Lib. 7. de bell. Gall.* Cæsar, inquit, omnibus consiliis anteuertendū existimauit, vt Narbonem proficisceretur. Eò cum venisset, timentes confirmat: præsidia in Rutenis, Prouincialibus, Volcis, Artomicis, Tolosatibus, circumque Narbonem, quæ loca erant hostibus finitima, constituit. Partem copiarum ex Prouincia, supplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Aruernorum contingunt, conuenire iubet. Hinc Sidonius Ferreolo Arelatensi Episcopo scribēs, viro qui publicis muneribus antè cum summa Reip. securitate functus fuerat: Prætermisit, inquit, Gallias tibi administratas tunc cum maximè incolumes essent. Prætermisit Attilam Rheni hostem, Thorismundum Rhodani hospitem, Aëtium Ligeris liberatorem, sola te dispositionum salubritate tolerasse: proptèrque prudentiam tuā, prouidentiamque, currum tuum Prouinciales cum plausum maximo accentu spontaneis subisse ceruicibus: quia sic habenas Galliarum moderarere; vt possessor exhaustus tributario iugo releuaretur. Prætermisit Regem Gothiæ ferocissimum inflexum affatu tuo melleo, graui, arguto, inusitato, ab Arelatensium portis: què Aëtius non potuisset prælio, te prandio remouisse. Est autem Arelate * nobile opidum finibus Prouinciæ inclusum, de quo Aufonius:

* Ab a-
liis Arelas,
seu
Arelatū
dicitur.
In Cata-
logo urbium
clariss.

*Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quā
Accolit Alpini opulenta Vienna colonis.*

Iustiniano Imperatore de Galliarum dominatu cum Gothis, deinde seorsum cum Francis, disceptante, factum Procopius narrat, vt Mafsilia Francis cesserit, Gothis resistere non valentibus, & approbante Iustiniano. Quo factum est, inquit, vt eo ex tempore Principes Germanorum (sic enim quandoque Francos vocat) totius oræ maritimæ potiti sint Imperio. Vnde & Arelate nunc resident ad certaminis equestris spectaculum. Aureum nummum natiuo è Gallia metallo hi cudunt, non Romani Imperatoris; vt cæteri solent, imagine, sed suā. Arelatæ nomen inditum aliqui volunt à latitudine aræ cruentæ, & hominibus immolandis dedicatæ: quales pleraque in Gallia Druidum sacrificiis referta olim fuisse Iulius Cæsar testatur: & Lucanus Cæsaris eiusdem copias recensens, & gentes cis Ligurum tractum, quæ robur Gallicum eidem contulerunt, *Lib. 3. de bell. Goth.*

Et Taranis Scythicæ non minor ara Dianæ.

horrendis similiter victimis placans, aut potius funestans, Mercurium. Nec procul pagum Tairanum extare scio. Arelatensis ager auiculam habet Tauri nomine, quæ bouum mugitum imitetur: sed & boues habet semiferos, domitu perdifficiles; cursu veloces, ita vt vix ab equite sisti queant stimulo occurrente; vel intorta cornibus ceruice deiciente, ac necante: quod primum Thessalorum inuento tribuitur. Varro huius feritatis boues multos esse refert in Media & Thracia, asinos in Phrygia & Lycaonia, equos feros in Hispaniæ citerioris regionibus. Taliu *Lib. 6.*

Lib. 1.

Plin. lib. 10. c. 42.

Plin. lib. 8. cap. 45.

Lib. 2. de re rustica. cap. 1.

Caij Marij ager camarga distus. boum parens est Caij Marij ager Arelate proximus, Rhodano allutus, propter fossam Marij opere & nomine insignem, partem amnis navigabili aluco effundens. Camariam insulam inclytam appellauit

Lib. 5. cap. 23. Annonius, Rollandum Arelates antistitem ibidem à Sarracenis incurisione improuisa captum memorans, Carolo Caluo Gallici regni habenas moderante. Nam in quarto Marij Consulatu, quo illi Catulus Luctatius collega accessit, Cimbri Teutonésque rem Romanam inuasum iuerant tantis copiis tantaque fiducia, vt non iam de pugna, sed de victoria deliberarent. Quocirca Marius traiectis Alpibus castra secundum Rhodanum muniuit: ibique se annona & rebus necessariis firmare statuit, & ostia fluminis mari difficilius excepta, quò facilius frumenta comportarentur, ceno arenaque egesta expediuit, ducta fossa alta lataque, in quam flumen magna ex parte exhauriretur, ad mare vsque nauium capax, quietum ac tutum ventis & fluctibus procliui littore. quod etiamnum fossæ Marianæ seruat nomen, otiosis militibus magis quam ignauis factæ. Sæpè enim obiurgabant Marium, hostium vires alioquin nec metuètem, nec contemnentem, quòd prouocatus ad pugnam à Teutonibus & Ambronibus cunctaretur, & exercitu animoso fodiendis alucis ac flumine diuertendo vteretur: & sedens quodammodò agros dominosque Gallorum sociorum igni & ferro vastari sineret, & molliter sese intra vallum contineret, barbaris multa tela interim conicièntibus, atque tanta

Plutarch. in vita Marij.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VI. 433

tanta fiducia per sex integros dies ante Marij castra transeuntibus, vt periocum Romanos interrogarèt, num quid mandare Romam ad vxores vellent, se propediem apud illas futuros: donec irritatus Marius pederentim hostes insequi cœpit, & tumultuario bello laceffere, dum ad Aquas Sextias opidum venit, vbi sitibundos milites & in conspectu amnem habentes sic hortatus est, vt diceret sanguine potum emendum, postquam intra hostium præsidia aquæ suauissimæ copia cerneretur. Proinde necessitate acta virtus victoriam Romanis peperit post tã cruentam pugnam, vt non minus sanguinis quam fluminis sitientes illicò biberint. At Theutobochus Rex Teutonum senos equos transilire solitus, vix vnum, *Luc. Flor. Epitomes lib. 5. c. 3.* quo fugeret, ascendit. His sublatis in Cimbros arma conuertere expediuit, qui Tridentinis Alpibus prouoluti sæua hyeme velut ruina descenderant, & Athesim fluuium ingestis arborum truncis pertransierant magno Romæ discrimine, si protinus eam petiissent, priusquam soli Italici mollitie ingenitum robur elanguisset. Sed Catulus ac Marius Coss. aggressi ipsos in tempore triduo ante Calend. Sextiles magnam stragem edidere: & ardentius ideò, quòd numerum hostium pulueris nebula tectorum conspicere non poterant. Et quamuis post deprehensum sit plura cadauera telis Catuli militum confossa in campo, qui Claudius nominabatur, iacere, & plura signa ab eis relata, tamen propter priorem victoriam posterior quoque Mario ascribebatur: adeò illi

profuit iuxta Aquas Sextias primos fortissimorum hostium conatus fregisse, & testem fecisse Prouinciam pulcherrimi facinoris, atque eandem alieno cruore saginasse. Adicit Plutarchus Massilienses Teutonum obsibus vineas sepsisse, argumento mirę proceritatis. Sanę Raimundo Comite Prouinciam tenente, & ob D. Ludouicum Gallorum Regem generum clariore facto, in Aquensi territorio ab agricola altius terram fodiente inuenta est * lorica ingens, adhuc auro & sculptura mirabilis, elementis peregrinis inscripta, ita vt vix hoc legi posset, B E L E O S C I M B R O S : tametsi Florus Beleum trans Alpes contra Marium impigre dimicasse, nec inultum concidisse, tradiderit: & tertiam manum Tigurinorum, quos Heluetios Zurichos dicimus, quę quasi subsidio Noricos Alpium tumulos infederat, in diuersa lapsam, fuga ignobili & latrocinii euanuisse. Cimbricam lorica Raimundus Princeps diligenter asseruari iussit, adeo vt secum eandem asportari curauerit monumento non vulgari antiquitatis, dũ Massilia discederet propter offensam ciuium, qui Raimundo Comiti Tolosano, vt veriori domino, studuisse ferebantur. Hos deinde imminutę maiestatis reos fecit, ac domuit, potentum Regum affinitate fretus. Qua in parte supramodum ipsi fortuna fauit, duobus digitis Europę nobilitatis delicias illi carpens ac tribuens, distantisque locis, non animis, generos heroicis iungens: cum ę quatuor filiabus felicissimi Raimundi prima Margarita Gallo Regi au-

* Anno
Christi
1235.

spicatisimę nupserit, futura nouem liberorum ca-
stissima parens. Altera Leonora Henrico III. An-
glorum Regi enixa est Edouardum, cuius amplitu-
dinem stella ante solis ortum fulgentissima longo
coeli tractu apparens prenunciauit. Tertia Sanctia
Regis huius fratri Ricardo a Germanis ad Imperium
accito locata est. Quarta Beatrix natu minima virum
habuit Carolum Andium Ducem, Franci Regis fra-
trem, ad regnum Sicilię postea euectum opera Vr-
bani III. Pontificis, Manfredum occupatorem enixe
expellere conantis. Sed hoc matrimonium fortuna-
tum magis quàm iucundum intercessit post Raimu-
di funus, qui in Sabaudia apud fororis suę maritum
tunc degebat, infensus in expiabili odio Massilien-
bus, & illis malis se libenter cariturum dicens, quia
bonis frui non licuerat: longę dissimilis Diuo Lu-
douico genero, qui lentissimę iras suscipiebat, de-
ponebat ocysimę, & vltro subditis clementiam im-
pertiebat. Ea tamen Massilienses digni, opinor, ex-
titerant, si tales fide & obsequio erga legitimos Prin-
cipes se præbuere, quales posteros suos reliquerunt.
Illo in fata concedente Prouincię ditio Carolo An-
degauo velut dotalis obtigit: ex eo Principes illu-
stres sortita est, & rerum gestarum gloria memorabi-
les. Nemo tamen portuosę & fertilissimę regionis
nomen latius vulgavit, quàm vnus Phauorini Are-
latensis Philosophi singularis eruditio & morum gra-
uitas a Suida proclamata, & olim explanata libris
Philosophicis ac historicis, necnon de arte amato-

In Eunuch.

ria in scriptis. Ad hunc quoque respexisse Lucianum quidam suspicantur, dum Eunuchum Gallum gente in Academicorum schola floruisse apud Græcos celebri fama commemorat: idque non multò ante ætatem suam: Alibi Phauorinum laborasse notat orationis ac scribendi deliciis molle quiddam redolentibus. Ille verò Massiliæ primùm, deinde in Attide Græcas edoctus, omnes quos imitabatur doctores anteuertit. Quare cum Romam venisset Traiani seculo, mox Hadriano Cæsari inuidiosus maximè fuit. Nam hic neminem parem in omni genere disciplinarum ferre poterat: nec Phauorini præclarum ingenium latere, quominus supra omnes sui seculi Rhetores, Geometras, Astrologos, longè emineret, indignante Heliodoro, quem Cæsar Epistolarum

Dion Cass. in Hadriano.

magistrum de Philosophiæ professore fecerat, cum Rhetorem disertum facere non posset, ut urbanè dixit Dionysius Milesius, Phauorini admirator. Ceterùm Phauorinus imploraturus patriæ suæ immunitatem, vel, ut alij malunt, sibi in patriam reuersuro, dubitans ne in causâ inferior videretur, apud Hadrianum nihil dixit quàm se à magistro suo ita institutum, ut patriæ suæ charissimè consulere. Vixit multis utique mortalium gratissimus: Imperatori alioquin legum & iustitiæ amantissimo, & magnifico, absque ratione inuisus, perinde ac ariolis & Chaldeis, qui futura prænoscere se stellis loquentibus profitentur, & humana negotia, quasi habena de cœlo coercita gubernari, quique imperiti rerum

A. Cell. lib. 14. cap. 1.

ante pedes extantium cœli plagas scrutarentur. Citatur passim à Laërtio Phauorinus in Commentariis, atque in libris omnimodæ historiæ: præsertim ubi refert Platonem iussu Dionysij tyranni venditum, in Æginam insulam abductum, ab illa impunitè redemptum amicis procurantibus: licet lege publica cautum esset, capitale fore Atheniensibus, si quis eorum eam insulam adiuisset: Inuitus enim Plato adiuerat.

*Lib. 3. Maximè in vita Platonis, & alibi.**Finis libri sexti.*

R R r iij



STEPHANI FORCA-

TVLI IVRISCONSULTI, DE GALLO-

*rum & Domus Mediceæ Imperio
& Philosophia,*

LIBER SEPTIMVS.



EMPESTIVVM iam est in amplio-
riorem insulam stylam traducere,
boni consulturo Lectore, quòd illi
Britanniam patefacturus sim domi
seculo, atque animo solo mecum
peregrinanti, & Oceanum sine na-
uigio traiciendi, ô Catherina Medicea. Hoc enim
quod aiunt, Troiæ mœnia à Neptuno fuisse fabrica-
ta, de Britannia veriùs dicitur, Neptunum liquidis
mœnibus circumfluentis maris insulam cinxisse ac
firmasse, omnium quæ vnquam Imperio Romano
paruerunt, maximam. Dicerem mundo deesse pa-
rem, nisi Taprobanem, quam hodie Sumatram Za-
marâmve appellari percrebruit, Lusitanis paupertatis
odio nihil inuium in Orientis mari relinquenti-
bus, audissem ab Eoo mari inter ortum occasumque

Indiæ latissimè protendi, septingentos habere vi-
cos, incolâsq; propemodum omnes vestibus è mu-
lierum capillis confutis amictos: apud quos nascatur
oriza, mel, zinziber, beryllus, hiacinthus, me-
tallum cuiusvis generis, præter varias gēmas & mar-
garitas, quæ illic in honore multo sunt, populo mi-
nimè sordido, Herculem colenti, Regēmq; eligē-
ti senecta clementiaque conspicuum, potestate ne-
quaquam hæreditaria: cuius insule mensuram Era-
tosthenes prodidit VII. M. stad. longitudine, latitu-
dine V. M. detectam Alexandri Magni ætate ab One-
sicrito classis eius præfecto. Toti verò Britannię in
circuitu vicies centena milia passuum Cæsar dunta-
xat tribuit, qui primus Romanorum cum exercitu
cam est ingressus, & prospera pugna terrens incolas,
potitus littore posteris ipsam ostendit, si non omni-
nò tradidit. Taprobanem quidem Simonidi insulam
aliquando appellatam Ptolomeus scripsit: tandem
Salicam à Salis habitatoribus. Britannia itidem Al-
bion antiquitùs nominabatur, nouissimè Anglia ab
Anglis colonis, quos nomen in insulam aliunde at-
tulisse vulgò fertur. Ego accepisse illos nomē, quàm
dedisse lubentiùs asseruero. Paulus Diaconus qui-
dem ait, Britannos, Pictis & Scotis inuadentibus, au-
xilium efflagitasse ab Aëtio Romanæ militiæ, Theo-
dosio imperante, magistro: nec exorasse, quia Aëtius
grauioribus hostibus tum premeretur: Vnde Saxo-
num seu Anglorum gentem tribus longis nauibus
aduectam facillè ope destitutos Britanos oppressisse.

*Fide Pro-
lomaum
lib.7. Geo-
grap.
Plin. lib.
6. cap. 22.*

*Lib. 5. de
bell. Gall.*

*Eusebii
Dionysii
interpres,
& Plin.*

*lib. 4.
cap. 16.*

*Lib. 14. in
Theodosio
iunioris,
anno*

438.

Ipse eò id pertinere arbitror, vt Saxones tum Anglorum nomen primùm susceperint, cùm pedem in Britannia posuerunt ac sedes perpetuas: neque Anglos vsquam in Germania, à qua ipsos multi profectos arbitrantur, inueniri: nisi deprauatam Cor. Taciti lectionem amplexemur, apud quem falsò Anglos legere iubemur, pro Angliis. Anglij, inquit, & Varini, & Eudoses, & Nuithones, fluminibus aut syluis muniuntur, nec quicquam notabile in singulis, nisi quòd in commune Herthum, id est, Terram matrè colunt. Et ne quid posthac huiusmodi dubitetur, aderit Ptolemæus, apud quem leguntur Anglij Suedis proximi, siue Angilij, vt alij malunt. Nihil admodum moror, dum liqueat id quod profusus verum est, occupatores recentiores Britannia, ac deinde indigenas meros dici cœpisse Anglos, ab angulis tribus infulè, quæ & ipsa Anglilterna* nuncupata est, quòd natura opifice triquetram formam acceperit.

Lib. 4. cap. 3. Inter Septentrionem, inquit, Occidentemque profecta grádi angulo Rheni ostia prospicit, deinde obliqua retrò latera abstrahit, altero Gallia, altero Germaniam spectas: tũ rursus perpetuo margine directi litoris ab tergo abducta, iterum se in diuersos angulos cuneat triquetra, & Siciliae maximè similis, plana, ingens, fœcunda. Fert nemora, saltus, ac prægrandia flumina alternis motibus, modò in pelagus, modò retrò fluentia, & quedam gemmas margaritæque

Lib. de morib.

German.

Polyd. lib.

3. Angli- cæ histor.

Anglos quoque le- git.

Lib. 2. in Germa- nia.

** deinde*

vulgò

Anglites

ra.

Lib. 4.

Lib. 3.

cap. 6.

τρίγωνος ἡδὲ ὅτι τῶ χιμαρι, inquit Strabo. Nec hic ap-

pertius triangularem vocat quàm Pompon. Mela.

Inter Septentrionem, inquit, Occidentemque pro-

fecta grádi angulo Rheni ostia prospicit, deinde obli-

qua retrò latera abstrahit, altero Gallia, altero Germa-

niam spectas: tũ rursus perpetuo margine directi liti-

toris ab tergo abducta, iterum se in diuersos an-

gulos cuneat triquetra, & Siciliae maximè similis, pla-

na, ingens, fœcunda. Fert nemora, saltus, ac præ-

grandia flumina alternis motibus, modò in pelagus,

modò retrò fluentia, & quedam gemmas margaritaque

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 437
 tæque generantia. Fert populos, regesque populo-
 rum: sed sunt inculti omnes, atque vt longius à cœ-
 rinenti absunt, ita aliarum opum ignari, magis tan-
 tum pecore ac finibus ditescunt: incertum ob decorem,
 an quid aliud, vltro corpora infecti. Rationem non
 prætermisit Iulius Cæsar: Omnes, inquit, Britannii se
 glasto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem, at-
 que hoc horribiliore sunt in pugna aspectu. Nò po-
 tuit autem Mela commodius Britanniam conferre
 quàm Siciliae, quæ Trinacia ab Homero dicta est,
 quòd sit trigona, Africam, Græciam, & Italiam spe-
 ctans totidem promontoriis Lilybæo, Pachyno, &
 Peloro in Tyrrheno pelago. Sic vnus Britannia in
 Oceano angulus Germaniam spectat contra Septen-
 trionem: alter vergit ad Hispaniam atque Occiden-
 tem solem, qua ex parte est Ibernia dimidio minor:
 tertius Gallia aduersus in Meridiem Cantij nomine,
 trium celeberrimus: quique Saxonibus postremò
 datus est, vt Picti Scotique pellerentur. Fato enim
 quodam singulos angulos singulae gentes occupa-
 rant: de quibus Sidonius,

Signa Calidonios transiit adusque Britannos:

Fuderit & quanquã Scotũ, & cum Saxone Pictũ, gust.

Hostes quæsiuit, quem iam natura vetabat.

Querere plus homines.

Calidonia sylua amplitudine insigni, densis opaca
 arboribus, referta feris, boues gignit instar Leonum
 iubatos, esu suauissimos: quæ res genus penè extin-
 xit, Britannis se venatu oblectantibus, in solo feraci,

Carm. 7.

ad Lu-

tium Lu-

gust.

ac fruges arborésque patiēte, præter vitem & oleam. Pictorum genus ab Agathyrsis deductum nonnulli autumāt. Nescio an Britanni antiqui fuerint in suam oram remigrantes ab extera: cum fucatam puellam sic Propertius alloquatur,

Lib. 2. E. leg. ad Cynthiā.

Nunc etiam pictos demens imitare Britannos:

Indis & externo tincta nitore caput.

Planè illi ora artúsque pingere solebant, non in terrorem hostium vt Britanni, sed ad ornatum, ita vt abluī nequirent, Sauromatis populi contermini: indeoque pictos Agathyrsos dixit Virgilius. Qui autem mortales initio Britanniam coluerint, incuria vetustatis parum compertum est. Interiores natos in insula existimatum Cæsar refert: maritima loca ab iis occupata, qui prædæ ac belli inferendi causa ex Belgio transferant. Atqui Tacitus mauult varias gētes in quoslibet angulos migrasse. Namque, inquit, rutilę Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem asseuerant: Silurum verò colorati vultus, & torti plerumque crines Hispanicā: sic proximi Gallis, persimiles iisdem sunt, seu durāte originis vi, seu procurrentibus in diuersa terris, positio cœli corporibus habitum dedit. In vniuersum tamen æstimanti Gallos vicinum solum occupasse credibile est, ex paribus sacrorum ritibus, & sermone haud multum diuerso, eadēque in deprecandis periculis audacia, & in detrectandis eadem formidine. Plus tamen, inquit, ferocię Britanni retinere, vt quos nondum longa pax emollierit. Cæ-

p. Melæ lib. 2. c. 1.

terùm diligenter consideranti verisimile est, Britanniam ab aduenis principiò cultam, & Noë nepores continentem cœpisse colere, deinde nauigiis in insulas penetrasse. Hos verò plurimùm fuisse Gallos, & diuitiisimè Britannia potitos nulli magis credere cōuenit, quàm ei qui in rem præsentem venit, Cæsar, adnotanti Diuitiarum Suefionum Principem totius Galliæ potentissimum, Britannia Imperium obtinuisse, idque se didicisse exploratę fidei testibus referentibus. Nam quòd quidam finxere Brutum Æneæ nepotem, post Gręciam peragratam, deuictamque Aquitaniam, monitis Dianę Britanniam petiisse, tyrannos inde armis expulisse, nomine suo Britanniam nobilitasse, Polydoro vix placet, nec cuiquam eruditorum, nisi siqui adeò post Troianos insanire volunt, vt solis ipsis Reges nobilium populorum institutores gignere licuerit: Præterquàm quòd certum est Æneæ ex A scanio vel Syluio sobolem Bruti nomine nullam extitisse, satius fuisset Britannia nomenclaturam ad Brettum referre, Herculis, teste Eustathio, filium, eò magis, quòd Hercules nauigauit Oceanum libentissimè, vbi Solis phialam accepit à Nereo, vt scripsit Panyasis. Suum cuique esto eius rei iudicium: nec enim laboro, vt recondita primordia, multo æuo abolita, diuinatione extorqueam: neque vt Britannos Luna antiquiores ostendam, quales se fuisse gloriabantur stolidi Arcades. Vnde Seneca Tragicus:

Sidus post veteres Arcadas editum

Lib. 2. de bell. Gall.

In Commentar. in Dionys. Cosmographum. Athenæus lib. II. cap. 6.

In Hippolyto.

Currus non poterit flectere candidos.

Lucian. in
Astrologia. Quapropter habiti sunt Astrologiæ contemptores, nimirum procul à Britannico degentes Oceano, ubi manifestè ad Lunæ nutum æstus maris accedit, fluctusque assiduè recipiuntur, atque increfcunt plenilunio.

PLANE cur Armorica regio in Gallia citra Oceanum, quæ Curiosolites, Redones, Ambibarios, Cadetes, Osissimos, ac denique Venetos, quorum Senatam iussisse necari penitus ob violatos legatos Cæsarem accepimus, complectitur, Britannia minor vulgò dici inceperit post eiusdem Cæsaris seculum, nondum cuiquam compertum est: ac fortè ipso à nomine circumscribimur: quia Armorici Britones appellantur, tanquam minores Britannos censeamus: cum tamen ratio syllabæ vel scripturæ diuersos declaret origine. Nam quæ in his breuis agnoscitur, in illis longa permanet. qua de re Aufonius,

*Sylvius esse bonus Brito * fertur que Britannus.*

Et Iuuenalis:

*Qua nec terribiles Cymbri, nec Britones unquam,
Sauromataeque truces, aut immanes Agathyrsi.*

Cumque Iuuenalis Domitianum Imperatorem viderit trecentis quinquaginta ante Theodosium iuniorum annis, non est vero simile quod Annonius & plerique adnotarunt, Britannos ab Anglis & Saxonibus fugatos, trajecto mari in ultimis Galliarum finibus confidentes, Venetorum & Curiosolitarum hospitio exceptos, pristinae appellationi hæsisse, no-

* Britto duplici. hic scribitur præter alios in lib. Epigr. sat. 15. Martial. lib. 11. ad Lydium. Lib. 4. ca. 78. Idem male sequitur in Childerico.

uisque sedibus indidisse suam: cum verius tam longè antè Britones nuncuparentur, quàm Angli poterentur Britannia. Hinc liquet eos pariter decipi, qui affirmant Armoricos victores Britanniam inuasam suo Britonum nomine donasse: quod constat esse nouitium, si Britannicæ vetustissimæ nuncupationi conferatur. Ac liquet multo magis falli Agathium, lib. 2. de bello Gotho. qui intrepidè ait Britones gentem Hunnicam esse, cum tot seculis Britonum res claruerint, priusquam Hunnorum natio Valentis Cæsaris temporibus Mæotidis paludis steriles ripas fastidisset, irrumpens in Gothos & Thraces, qui ad Istrum sunt. Proinde persuasum sit Britones perpetuò Gallos extitisse, & fortè nomen duxisse à Britannorum obuersa in sula: nõ aliter quàm Nardum Syriacum veteres dixere; Dioscorid. lib. 1. cap. 6. minime in Syria proueniens, sed quia montis, in quo nascitur, altera pars Syrios aspectet. Ceterum vero est similius, Galliam maritimam aliquando Britannos bello lacepsuiffe, ac superasse: sicut & olim ante Iulium Cæsarem his ipsis imperitasse Gallos patefcimus. Inde agnomen Britonum ascuiiffe, producta peculiaris idiomatis sono syllaba, iuxta receptum morem victoris à gente domita sibi titulum assumētis. Sic Claudius Cæsar se Britannicum nominauit & Dion lib. 60. Rem. histor. filium, quod Britannos superasset exercitu per A. Plautium Senatorem ducto ex improuisione ut Britannii attoniti se in syluas & paludes abdiderint, vix extracti opera Germanorum, qui vel rapidissima flumina natatu transmittere armati sueuerant, præfer-

tim Tamesim fluuium, quâ is se in Oceanum exonerat: vbi Fl. Vespasiano ductante Romani magnam stragem hostium edidere, donec Claudio ipso maioribus copiis superueniente collatis signis dimicaretur, & Romani victores euaderent. Atque vt omnes Galli à lacte, Itali à bobus, qui Græcè *ιταλοι* dicerentur, nuncupari cœperet: ita peculiariter Britones Galli à Bryto, cum vitibus ineptos agros & contumaces colerent. Nam Brytum est potio ex hordeo concinnata vini imitatione, vt tradit ex Æschylo Athenæus. Diodorus adiicit Zythum à Celtis vsurpari solitum, ex hordeo similiter, frigidiorē oram tenentibus. Nec ab iis quæ dico, quisquā deterreatur literē Græcē in Bryto positu, cum in eo autores varient. Nam & Dionysius Bretāniam pro Britannia vbiq̄ scribit, & interpres Eustathius, sicut vulgo Gallorū pronuntiatur, *ἡσσι βρετανίδες* inquit. Verum velut aura sollicitante, longiūs processu ego quā decreueram: nec verò instituti mei fuit ea molestè repetere, quæ à nobilibus scriptoribus tradita amplissimè sunt de rebus in Britannia per Romanos gestis: quæ et si penicillo proprio appingerem, alienis tamen mihi vtendum foret coloribus. Interim non assentiar ei, qui scripsit Vespasianum ab angue innoxio circumuolutum in Britannia, omen futuri suscepisse Imperij, cum Solinus referat in eadem nullum anguem serpere: sed & terram regionis salubrem esse, atque asportatam in alias terras angues interficere: sicut & in Ebuso insula Balearici maris animalium quæ

Lib. 10.
cap. 16.
Lib. 6.

In polybi.
storie, cap.
25.

nocent adeò experte, vt inuecta perimat, & pulueris solo aspectu pauorem maleficis incuriat. Nollem Hiberniæ contingere, vt apes nusquam recipiat, & aliò aduectos lapillos seu puluerem apum examina abigere, & deserri fauos cogat. Non item Armorica, verius Gallia quā aliud, nunc etiam tam Gallorum Imperio conglutinata, quā suspecta antea, quini-mo interdum formidabilis, dum suis Regulis & Ducibus niteretur. Prodidit verò Gregor. Turonensis, post Clodoueam Regem Francorum Britones Venneticos & Nannetas Francis subditos, eorūque Principes Comitum, non Regum dignitate præditos: quam tamen renouatam intelligo, quoad Carolus Martellus denuò mediocriter represserit, * Daniele Diuraio extincto, è cuius tumulo fruticasse Regum agmen videri poterat, in septem regna secantium regionem: idque impunè vsque ad Carolum Magnum, qui diuturnum aduersus eos protraxit bellum, illis nihil animi remittentibus ob crebras clades acceptas, sed magis (tanquam pereundo crescerent) ad vindictam accensis, & mutua damna referentibus: Ita vt Carolus aliquando dixerit, se sine milite breui tempore futurum, si sapius Britones vicerit: quemadmodum Pyrrhus Rex Epiri dixisse fertur congressus cum Romanis feliciter, nisi complures amicos duces amisisset: Peribimus, inquit, si iterū vicerimus. Tandem Adolphus Franci Regis dapifer eos sic fregit, vt imperata facere, & obsides dare non renuerent: & Britonum Ducum arma insigniaque

Lib. 4. hi-
stor. Fran-
cor. §. 4.
vbi Britā-

nos pro
Britonib⁹
capit.
* anno

Christi
730.
Nic. Gill.
in Theodo-

rico 2.

Annon.
lib. 4. cap.
78. Ado-

nis in ata-
te 6. Nic.
Gill. in

caluo, an-
no 860. de
Herisphone.
at de ca-
rolo v. au-
ro 1356.

ultro victori dederentur. Nec dubium est quin Herispon Neomenio patre mortuo, qui regium dominatum in Armorica suscitans, res Gallorum mirum in modum detruerat, Carolo Caluo obsequium praeberit venerabundus, vt & Io. Monfortius Carolo v. Franco, idque Lutetia, ad quam Dux Brito consulto venerat se Regis clientem professurus. Tandem post varias discordie & pacis vicissitudines factum est, vt Armorica Gallie vsque adeo se coniunxerit, vt ne commissura quidem compositi dissidij dignoscatur, expiatis odiis ultimo bello, quod non Britone tantum Duce, sed etiam Gallico gestum est: tunc cum Ludouico xi. defuncto, cuius industrie Gallos nunquam poenituit, successit Carolus viii. impubes, proles manifesta Regis prudentissimi atque astuti, & Ludouicus Dux Aureliae, proximus agnatus eorum, quos lex ad regnum accerserat, administrationi obtinenda incumbere, adiutus atque accensus a Dunenfi Comite. Conuentus autem publicus decreuit, vt Anna Regis soror, Petri Borbonij Clermontani Comitis vxor, Aurelianensi vix dum xxxiii. annum attingenti, in educando informandoque Rege praeferretur. quod neque sine ratione factum est, neque sine exemplo: cum perspicuum cuique sit Theodosium, iuniorum Arcadij filium Pulcheriae sororis studio & diligentia eruditum, & ad Imperij gubernacula instructum ac emendatum in iis, in quibus inconsulta etas aut indolis facilitas peccatum ac perniciem solet inducere: maximè in subscriptione libellorum,

*Nictia
fuit domi-
nus de
Beauieu,
Comes
Marche.
Nic. Gill.

quos

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 441
quos Theodosius non perfectos socorditer admittebat. Propensionem hanc vt cohiberet Pulcheria, synographam composuit, qua Eudocia Augusta non magno pretio veniret, subscribente mox Theodosio coniugis Eudociae doctissime amantissimo: qui post detectum negotium, & honestam sororis calliditatem, desit causa incognita libellis ac literis subscribere, quarum nec causas nec merita perpeditet. Verum Anna non inferior Pulcheria, vel virili spiritu, vel sanguine, Aurelianensem vehementius exacerbabat sexus sui & Salicæ legis memorem, ac potissimum indignantem, quod a suis ciuibus metuentibus ne belli moles Aureliæ sideret, a mœnibus repulsam passus arceretur, heros aliàs præclarus, & cœlitum comitiis iam Gallorum Rex designatus. Interim ira stimulante socia arma Franciscæ Britonum Regi adiungens, a cuius filia, Anna altera, iam nubile, totius ditionis hærede futura, licet non cœlebs, præ cæteris procis diligebatur, eadem serò fruiturus, postquam illa semel Gallorum facta Regina Caroli octavi in manum conuenerit. adeo semper placuit fortunæ vbique sursum deorsumque res humanas voluere, sed regna præcipue. Itaque Carolus Francus aduersus Britones mouens, Ludouico Trimolio militiae præfecto, multa hostium opida ditionis sue fecit, quoad vtrisque ducibus sedit sententia iusto prælio confligendi ad fanum Albini: vbi tantis viribus & animis vtrinque dimicatum est, vt non foret mirum vtriscumque fors dedisset victoriam. De-

T T t

mum vicere Franci cæsis innumeris aduersariis, cõ-
 pluribus captis, præsertim Oregio Principe, & Lu-
 douico Aurelianensi fugere nescio, inde ad Bituri-
 ges deducto, atque specie carceris adseruato, & vul-
 gi probris ac vituperiis exposito: quia captiuus ve-
 nisset, qui spe regnum florentissimum Gallorum
 hauserat. Multi (vt est inconditæ multitudinis ma-
 gna in afflictos sæuitia) morti dedendum cenfebant:
 sicuti Martiano, qui post Theodosium imperauit,
 contigit Vandalis Africam occupantibus. Is enim
 inter captiuos ad Gizerichum ducem adductus, prop-
 tere fuit vt necaretur, quia cum a quila passis alis cir-
 cumuolitasset. Cæterum Deus, qui aliter decreuerat,
 præcordia barbari pupugit, vt regiam in Martiano
 indolem recognosceret, & indigna patientem iure-
 iurando obligaret, ne vnquam postea hostis fieret
 Vandalorum: atque ita fatorum prosperitate impo-
 stærum gauderet, quorum habenas Deus, vt vult, co-
 hibet, & relaxat. Eodem modo Iustinianus ille præ-
 ciso naso Imperator Leontium ducem Orientis &
 patritium in custodia triënum detinuit: quem mox
 ex Græciæ duce Imperio potiturum Paulus Mona-
 chus & Gregorius Cappadox pro certo prædixerunt.
 Sic Ludouicus regnaturus post Carolum octauum,
 & Annam viduam coniugem habiturus, dimissa Iana
 Caroli sorore, non abnuente Rom. Pontifice, vtpo-
 tere à Caroli quinti stipite ramum ducens, ignarus in-
 terea futurorum, seipsum bonorum suorum glome-
 re & copia excruciabat, spectans ægris oculis Arma-

*Procop. li.
 3. de bello
 Vandalico.*

*suidas,
 verb. In-
 stinianus.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 442
 ricam Francis prædæ esse, & Redones iam obsideri,
 ac perditum iri, nisi se maturè dederent. Tamen æ-
 quanimitas Trimollij præfecti cum virium magnitu-
 dine coniuncta parumper sustinuit, ne Redonum
 muri machinis inconsultè quaterentur, cum aliquis
 ciuium fidei & sapientiæ singularis ipsi, oratorive
 ipsius demonstrasset, Deum fore vltorem audaciæ
 & iniustitiæ aduersus Gallos, quia Britones inno-
 xios lacefferent, quos pro vicinitatis vinculo tueri
 debuerant: Datim olim Darij Persarum Regis præ-
 fectum, Atticam euersurum multo cum exercitu
 Marathonem se contulisse. Ille ad extremum, dum
 Asiam augustam putat, Europe inuius à Miltiade
 debellatus est tanta virtute, vt hunc virum, Persas
 pecudes, existimares. Lacedæmonij quoque Gylip-
 pi contra Athenienses, trophæa Niceæ, ac Demo-
 sthenis internecionem, & mala reliqua, quæ Attici
 passi sunt apud Syracusas in Sicilia, non aliundè ma-
 nasse senserunt, quàm ex improba ampliandi Impe-
 rij libidine, & innocuorum hominum offensione.
 Hęc cum ad Carolum Regem relata essent, coacto
 procerum aulicorum consilio, diu & cautè delibera-
 tum fuit, num quiduis licitum foret sine delectu,
 quod ad regnum amplificandum pertineret: an ex
 æquo & bono dirimenda veniret controuersia. Di-
 remit opinionum varietatem approbata Gulielmi
 Rupefortij Gallorum Cancellarij sententia: & pla-
 cuit veritati locum fore. Proinde ex monumentis an-
 tiquis explorandum, an iure Gallus Rex autoritatem

*Iustin. li.
 2. histor.*

*Thucy-
 did. lib. 7.*

aliquam in Armorica sibi vendicaret. Non fuit diu-
tina eius rei deliberatio : mox decedente Britonum
Duce, apud Nannetas impensè & magnificè sepul-
to, cœlo tantum, & in subditorum pectoribus pro-
pter viuidam virtutem spirante. Confestim Britones
de perenni pace cum Gallis sancienda egerunt:& de
Anna, quę sola patri optimo superstes fuerat, Caro-
lo Regi collocanda : quę tamen Maximiliano Ro-
manorum Regi Friderici III. Imperatoris filio, for-
tunę, oris & ingenij dotibus commēdato pacta per
Polyamum Austriacum nuncium ritu solemnī fue-
rat. qui tamen tardius subsidia conuenta Britonibus
pręstans, carere sponsa meruerat, ostenderatque ve-
risimum esse quod est in prouerbio, Non esse ami-
cos eos, qui procul sint. Nam etsi absentia quando-
que amorem adaugeat, attamen minuit auxilium, &
interrumpit amicitię officium, quod vtilitate ple-
rumque metimur. Quocirca placuit diuortium fieri
regno Francorum salutare, inter Carolum & Mar-
garitam Flandrensem Maximiliani filiam, qui Impe-
rio nuperrimè tum potitus, filię suę reiectione ac
repudio mirum in modum sese excrucians, in tan-
tum vt sponsam pręreptam simul cum Armorica di-
tione cōtemplatus ægerrimè, mœroris penè obrue-
retur cumulo. Non enim solus Menelaus pro chara
v. vxore bellum suscepit, nec solus amauit, inquit V-
lysses Homericus, sed bonus & sapiens quilibet suā
diligit, & curat sollicitè. - ἐπειδὴ ὅσας ἀγαθὸς καὶ ἐχέει φρον

Τὴν αὐτὴν φιλεῖ καὶ κηδεύει. -

Bapt. E-
gnatius
lib. 3. Ro-
manorum
princip.
Gillius in
Carolo
VIII.

liind. 9.

Itaque ex pace cum Britonibus facta, * & arctissimis * Anno
matrimonij nodis colligata, aucto luculenta acces-
sione Gallorum Imperio, multiplex bellum. exortū
est, tunc sedatum, cū stipendij penuria milites a-
begit, quasi cum ærario Regum irę exhaurirentur.
Miror Henricum VII. Anglorum Regem in partibus
fuisse, & Bononiā Gallicam armis tentasse, qui se sua-
que omnia Carolo debebat : vt qui expulsus ab An-
glia, dum de vita periclitaretur, ope vnus Caroli
implorata viuere potuit, & regnare. Nam Ricardus
III. quo nemo magis ante regnum laudatus fuit, aut
post magis vituperatus, peremptis Edouardi fratris
liberis testamento sibi creditis, dum omnes timet,
multos claros viros perdere destinauerat : maximè
Henricum Herefordensem Comitem affectati do-
minatus suspectum, iure familię, & propria nobili-
tate nixum : sed ita fractum bellis tumultuariis, vt
transfretare sedulo illi necesse fuerit in Galliam, & à
Carolo VIII. auxilium efflagitare, & prensare auli-
cos, qui sub Rege adolescēte gratia & potestate præ-
ualebant, vt militem, stipem, classem, & comnea-
tum consequeretur. Demum itaque Caroli benefi-
cio factum est, vt neque Ricardo diuturna lætitia,
neque Henrico longior tristitia, expiatis incommo-
dis, relinqueretur : sed præter omnium expectatio-
nem Cal. Augusti ex Sequanę ostio solueret, & in
Anglia media cum Ricardo horificis somniis & di-
ris imaginibus pridie exterrito decertaret, ac vince-
ret : & de iis, quos antè fugerat, triumpharet. vt Se-

polyd. vir
gil. lib. 25.
hist. An-
glic. in Ri-
cardo III.

leucius Magno Alexandro mortuo Antigonum cum exercitu Babylona aduentantem timens, ad Ptolemæum confugit: illicò reuersus Antigoni exercitum fudit, ipsumque occidit Antigonum, & Demetrium eius filium cepit. Nec dici potest, quoties victi & extorres de victoribus sine iustitia enixè pugnantibus triumphum retulerunt. Inde spectra & furie impium Ricardum tyrannidis sibi conscium per noctem turbauerunt, portendentes funestum illi exitum: non secus ac M. Bruto in Europam trãmissuro cum exercitu, nocte, deficiente penè lumine, vigilantem, tetra quædam imago se obtulit. Interroganti impauide, quisnam Deorum hominùmve esset, Tuus, inquit, ô Brute, malus genius: Philippis me videbis. Eadem rursus in pugna nouissima, quæ infeliciter ad Philippos Thessaliæ opidum acta est, illi apparuit, & sub oculis mirantis euauit, iniustitiæ pœnas reposcens propter Iulium Cæsarem in curia trucidatum: atque ita propter admissam sanctissimò in loco cædem, in quo more maiorum in facinorosos homines animaduenteretur, & homicidia lucrètur iustis suppliciis, vel ipso autore Cæsare, quo nemo ardentius ius ciuile est amplexatus, nec constantius Iurisconsultos amauit: à quorum scientia ne castra quidem immunia esse patiebatur: utpotè qui de iure ciuili ex immensis voluminibus in commodam & concinnatam angustiam redigendo rerum potitus postea deliberauit: & antea semper in arduis expeditionibus Iurisconsultum primi nominis aliquem

*rausaniæ
in Antic.*

*Appian,
lib. 4. de
bell. ciuili.*

*sueton. in
tulio, cap.
44.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 444
comitem adsciuit sibi, atque obseruauit honorificè: præsertim dum in Gallia atque Britannia res gereret, Trebatium Testam dilexit, ad se à Cicerone missum, <sup>lib. 7. E-
pistolæ.
famil. c. 1.</sup> ut hoc ipsum faceret, crebris literis inuitato. Vtrobique admirationi fuit Trebatius obiuris ciuilibus scientiam, & memoriam singularem: licet Gallos minime destitutos Iurisprudente homine compererit. Prætiano etenim perquam erudito fruebantur, eumque de causis & negotiis controuersis consulebant. <sup>cap. 4. et
6.</sup> Vnde idem Cicero Trebatio scribens: Scripsit, inquit, ad me Cæsar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed certè fore. Cui quidem ego rescripsi, quam mihi gratum esset futurum, si quamplurimum in te officij, studij, liberalitatis suæ contulisset. Quod scribis de Prætiano Iureconsulto, ego te ei non desino commendare. Scribit enim ipse mihi te sibi gratias agere debere. De eo quid sit, cura ut sciam: ego vestras literas Britannicas expecto. Paulò post idem Cicero gratulatur apertè Trebatio, quia in Britanniam non <sup>lib. 7. H-
pistolæ.
cap. 1. in
equo, &
seq.</sup> traiecerit, sed in Samarobrina Galliæ opido sit, commoratus, & plurimi factus à ciuibus, quibus cauebat. In equo, inquit, Troiano scis esse in extremo. SERO SAPIUNT. Tu tamen, mi vetule, non serò primùm illas rabiofulas fat fatuas dedisti: deinde quòd in Britannia non minus quàm Philoctetem te præbuiisti, planè non reprehendo. Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quòd negent te percontantibus respondere. Sed tamen est quod gaudeas.

Constat enim inter omnes neminem te vno Samarobrinę iuris peritiorem esse. Demiror Politianum hunc Ciceronis locum deprauasse; subducta Philoctetis mentione, quę opportunissima est, & congruens Phrygum proverbio, Helenam deploratis iam anno decimo rebus reddere. Gręcis reposcentibus meditantium, sera admodum prudentia Britannorum consiliis æquanda, qui aduersus Cęsarem acriter in plano littore pugnaverant, non peditatum tantum, sed & equite preualido, ac curribus, Gallicę armati, de more non multum à Troianis heroibus abhorrente. Effedarios vocabant eiusmodi pugnatōres: sed ex effedis alacriter desilientes, si res exigeret, locive difficultas, vt pedestri conflictu plus proficerent. Proinde cum Britanni fugam & deditiōnem fecissent, mox rebellarunt: Inde noua pugna, cędes, fuga, incendia, vastitas, deditiō multo turpior à perfidia, ideò sera & temeraria. Quocirca admonet Trebatium Cicero, vt qui aliis cauere nouisset, cauere ipse, ne ab Effedariis in Britannia deciperetur, obuium scilicet quemlibet proterentibus & rapientibus. Illud, inquit, semper memento:

Qui ipse sibi sapiēs prodesse nequit, nec quicquā sapit.

Atqui paulò post Philocteti comparat Trebatium, qui Samarobrinę descenderat metu instantis periculi, & Britannię nondum cognitę, exemplo propemodum Philoctetis ad Ilium tendentis cum communi Gręcorum classe, sed in Lemno insula cęteris ducibus pergentibus remanentis prætextu vulneris à sagitta

*miscellan.
cap. 87.
ubi Philo-
ctetis
rheorum
legit.*

*melis lib.
de situ
orb. 3. c. 6.
cesar lib.
4. de bello
Ciuili.*

*lib. 7. E.
pistol. c. 2.*

gitta Herculis, vel, vt mauult Pausanias, à serpente illati. Samarobrinam iuxta Ambianos & Morinos locauit Ptolemęus: Vbi, inquit, & *μαρσάνα*. vt non sit dubium nunc illam Fanum Quintini appellari, quemadmodum in Gallia & alibi passim vrbes, prius nominibus obliteratis, Diuorum appellatione censerī maluere. Nam & Plato ciuitatum nomina à fluuiis & montibus, Diisve, qui in ea regione celebres sunt, imponenda docuit. Inde Hermopolis in Ægypto à Mercurio dicta: & Diospolis à Ioue. In illa hircos mulieribus misceri Strabo adnotat, hanc verò Thebas nuncupari. Athenę etiam à Pallade cōditrice nomē cum numine repetunt, quę à *ἄθλιον* Gręcis dicitur, quasi à *ἀθάνατος παρθεός*, id est, immortalis virgo, si credamus Fulgētio. Samarobrina Celtarum non leue præsidium in Belgio: hodie insignis est recentī memoria acceptę cladis à Gallis, & victorię & pacis quę illam paulò post secuta est, * contra cęcis denud viribus Gallię, quę antè dissipatę fuerant Francisco Lotaringo Guisiz Duce inclyto res repetitum eunte Neapolim, delectu habito pubis florentissime. Eo procliuus Philippo Hispanię Regi Henrici II. Franci hosti generoso, mox genero, ansa præbita est copias magnas cogere, Emanuelem Sabaudum Regulum his præficere, & castra ad Samarobrinam metari, & suburbia ex improviso inuadere, & propugnaculum in Sabis fluminis ripa munitum occupare, interim Tribuno Francorum quacunque solertia Gallicis freto cohortibus lectissimis conatus hosti-

*In Arcadici, lib. 8.
Lib. 2. Geograph.
στυμαπο-
βελίνα.
Dialog. 4.
de legib.
in prim.
lib. 17.
lib. 1. Mythologic.
* Anno 1557. pugna ad sã quintinũ,
die v. Latrentij.
Guicciar. din. lib. 3.
rer. memorabilium.*

les reprimente : maiore tamen animo quàm fortuna, cui quidem tunc contra virtutem, vt sæpe, plurimum licuit, Hispanis & Burgundis prævalentibus, ita vt impetu facto, more fluuij nitibus quæ delicue-re exundantis, mox mitescere, & se in alucum assue-tum recòdere expedierit, hostibus vehementer mi-rantibus Gallicum peditatum Regis magis quàm sa-lutis suæ memorem, in medias equitum alas irrum-pere, nec studiosius quicquam fugere quàm turpem fugam. Id agebat tantisper Burgundio, vt vel crebra oppugnatione, vel longè obsidionis molestia, opi-dani deditiorem facerent. Quos cum sciret tenui præsidio fultos Annas Mommorencius Comes sta-buli Gallici, Nestori comparandus armato, si non il-le plus ætatis, hic plus verè sapientiæ habuisset, ex-ploratis diligenter hostium consiliis & viribus, sup-petias ire oppressis studuit, & subsidio tempestiue iuuare, vel cuniculis in opidum nocturna opera fa-ctis, vel, si res exigeret, aperto conflictu: vt potè cum peditum xvi. circiter milia bellis assuefacta cum quatuor milibus equitum cataphractorum haberet: inter quos Regales multi, quorum imitamento cæ-teri ad res pulchras inflammabantur, prorsusque de-lectabat ipsum subire cum strenuis discrimen, & ni-hil non tentare, quo vel in conspectu hostium an-ona & milite Samarobrino firmaretur. Cæterum præuolante Tribuno, & agmen suorum lætius præ-gresso, Ecomondensis Dux Burgundam manum op-posuit: atque sedulò equitatum acciuit tanto quidè

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 446
 numero, vt iam coniecturam facerent Galli Burgun-dos diutius perire posse, quàm possent ipsi vincere. Findebantur compositi ordines magna vtrinque vi. Galli telorum nimbo obruti & faucij cedere cogebantur, ac tandem extrema clade amplitudinem & splendorem regni sui confiteri, cæsis & amissis Prin-cipum compluribus: quorum fuit Io. Borbonius Anguianus Regis Nauarræ frater: captis itidem aliis tanto numero, vt hostes præda speciosa non magis lætarentur quàm terrentur, reputantes attoniti quàm ferax esset Gallia virorum illustrium, & quàm facili negotio iacturam acceptam refarcire quirent, Marte conuerso, qui modò hos, modò illos eleuat: ideòque eum Homerus *ἄλλοπρόσαλλος* appellauit. Eaque spes victos non mediocriter consolabatur: & lex Lycurgi Lacedæmonij, qui dedecus in acie acceptum præclaro facinore statuit aboleri. Id quod Aristode-mo contigit ob desertos ordines Pyli notato, deinde re ad Platæas bene gesta laudato & restituto. Nam & postea Galli Theonuillam arcem in Belgio tutissimam, & alia magni momenti opida debellarunt, & Britannos prorsus è finibus exterminarunt: & in sula sua non ignobili contentos esse iusserunt, perinde ac si infortunio Samarobrino potiores euasissent: sicuti de Romanis accepimus, qui Vespasiano Imperium tenente, in Britannia præsidio erant, rebellionem cohibentes, Iulio Frontino Præside Petilij Cerealis decessoris sui famam obruere conante, & molè pro-uinciæ susceptæ sustinere, atque difficultates hostiū

suas in ditione, Lycurg.

& locorum eluctari, Silurum gente suppeditata. Sed dum nihil ultra audeat, Ordo uices ciues alā prope vniuersam in finibus suis agentem obtruncauerunt, & ita totius prouinciæ erexere animum, vt Iulius Agricola legatus Cæsaris, Frontini successor, ratus prout prima cefsissent, fore vniuersā, multum opere in refranandis Britannis posuerit. Auxiliis repente euocatis, & iam ob Ordo uicum iniuriam & victoriam redditus cautior, nihil apud hostes quietum reliquit, quod non subitis excursibus popularetur: atque vbi sat terruerat belligerando, parcendo. rursus irritamenta pacis ostentabat: & datis obsidibus Britannos iram ponere, & rebellionis pœnitere cogebat. Iam verò, inquit Tacitus, Principum filios liberalibus artibus erudire cœptum est, & studia Britannorum studiis Gallorum anteferre, vt qui modò linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus Romanis honor, & frequens toga, paulatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus & balnea, & conuiuiorum elegantiam: idque apud imperitos humanitas vocabatur, cum pars esset seruitutis. Cuius insuaue iugum post Britanni sæpenuerò detrectarunt, militum superbiam frustra per obsequium & modestiam effugere conati, & Proconsulum Romanorum avaritiam atque interdum ignauiam fastidientes. Sed post varios motus rursus rediere ad pristinam conditionem, vectigales facti Scuero Imperatori ex Africa oriundo, dum Romam venisset omen Imperij

In vita Iulij Agricolæ. Hodie Ordo uices dicuntur, qui Ordo uices.

accipienti, eò quòd hospitem nactus esset, qui Hadriani vitam imperatoriam eadem hora legeret, legionibus quatuor præpositus & Scythicæ cohorti circa Massiliam, postquam Athenas petiit studiorum sacròrumque causa: vnde reuersus Lugdunensem prouinciā legatus tenuit, dilectus Gallis magnopere obseueritatem & abstinentiā: deinde Germanicis legionibus præpositus. Demum cum auditum esset Commodum occisum, Iulianum odio omnium imperare licitatione promercalis dominatus ab exercitu addicti, non verò iustis rationibus euectum, ab eisdem Cæsar ipse Seuerus consulatus est, Gallicanis & Illyricis militibus in eius verba iurantibus. Iuliano interfecto Pescennius Niger illi obstitit, nec non Clodius Albinus, ille Syriacæ militiæ, hic Britannicæ præfectus. Eodem enim tempore tres Augusti simul tumultuabantur. De quibus consultus Delphici Apollinis vates iuxta Spartianum respondit, sed Græcè:

Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.

Còtra cuius oraculi fidem Niger in suburbano quodam Antiochiæ obtruncatus, superstitem habuit Seuerum, à quo similiter Albinus ceditur, sed prælio ancipiti, cum Seuerus ex equo decidisset, ac delituisse in summa rerum desperatione, donec à Læto recentium copiarum duce in spem erectus & refocillatus est: mox in equum sublatus, amictusque paludamento purpureo in media Britannia, vbi Londinum, teste Herodiano, diripi incendi que iussit.

* Anno christi 209. *Era-
feb. in
Chroni-
cia.* quod opidum adeò clarum annis labētibus reddi-
tum est, vt regia sedes, caputque sit insulæ, portu &
mercimoniis celebre, Thameſi grādi fluuio, qua Me-
ridiem ſpēctat, allutum, & qui Cantium verſus pōte
miro & artiſioſe factō, velut iugo premitur. Lon-
dinum, quaſi Lindonium, non indocti nec rei An-
glicæ ignari appellatum autumant, nimirum à Lin-
do Rhodi inſulæ ciuitate, clara opibus & ſeculis, à
qua origo Londinis fuerit: idque ex ſermonis & mo-
rum Græcorum ſimilitudine in Vualica regione ſatis
perſuadetur. Rhodios autem quocunq; gentium
colonias deduxiſſe ciuitatibus ibidem conditis Stra-
bo notat: adeò vt in Hiſpania alteram Rhodum po-
ſuerint, mox à Maſſilienſibus occupatam. Sed de
Lindiis abudè dixerimus, vt ſaltem pareamus Cleo-
bulo ſeptem Sapientum vni Lindum illuſtranti pa-
triam, qui *ἡλιων ὑβέρων*, id eſt, modum optimum, di-
xit. Redeo itaque ad diuerticulum, atque vti Seucro
Romam reuerſo rebellāſſe Britannos comperi. Qua-
re expeditionem aduerſum illos ſenex ac podager
lectica vectus redintegrauit: recepitque inſulæ par-
tem Romanę ditioni ſubditam, ei que præfecit Ge-
tam iuniorem filium. Antonium nam maiorem ſe-
cum duxit aduerſus barbaros qui in ſyluis latebant,
aut in paludibus ad ilia vſque demerſi, bellicoſi alio-
quin & auidi cædis, ſcutō breui lanceaque contenti,
& gladio nudis corporibus dependente. Bello penè
confecto periit Eboraci in Britannia Seuerus morbo
grāui correptus, anno xv. xxx. Imperij, poſtquam

*Erasmus
Chiliad.
prou. Rho-
dij ſacrifi-
cium.*

Lib. 14.

*Merodian.
lib. 3.*

*spartia-
nus.*

inſulam per tranſuerſum muro ducto ad vtrumque
Oceani finem muniuiffet: quem longò poſt tempo-
re diruere Grauius & Melgo Britannici duces in in-
uidiam Romanorum, à quibus ſepè & fruſtra auxilia
contra Scotos petierant.

*Raph. vo-
lueran.
lib. 3. Geo-
graph.*

SEVERO vita functo, atque Antonino filio Ca-
racalli cognomen cum Imperij honoribus ſuſcipiē-
te, nec religionis nec iuſtitie curam habente, pauliſ-
per reſpirauere Chriſtiani, quibus Seuerus ſe ſequum
præbuerat, edictō vetās ſub graui pœna fieri Chriſtia-
nos. Nec deſunt pij auctores, qui ſextā cōtra illos per-
ſecutionē Seucro tribuāt, vt quintā Aurelio Anto-
nino, cū in Gallia martyria primū viſa fuerint. Cer-
tè in Britānia Principes indigenę longè antea Chriſti
religionē didicerant, & aluerant Commodi Antoni-
ni Cæſaris ætate, Eccleſiæ Romanæ habenas tenen-
te Eleutherio: * ad quem Lucius Corylli filius Bri-
tanniæ Rex Romanis minimū inuiſus, literas ſup-
plices dedit, eſſlagitans vt ſe ac ſuos Chriſto nomen
dare pateretur. Miſſi itaque Fugatius & Damianus
ſanctimonie exploratę viri Regem cum multitudine
vulgi baptiſmate & præceptionibus Euangelicis
initiarunt: & eiectis Flaminiſ, qui tum xxv. erant
in Britannia, Episcopos ſuffecerunt. Atque ita pau-
latim pietas in inſula latè adoleuit: cuius initium
Britanni à Iosepho Arimatheo Chriſti amantiſſimo
ſolent repetere, dum fortè profugus ac tempeſtate
pulfus in eam inſulam diuertiffet, vt inferiùs ſub-
demus, poſtquam oſtenderimus refrixiſſe religionē

*Edicti me-
minit
ſpartian.
Et ſulpi-
cius aquil-
tannus, lib.
2. ſacræ
hiſtor.*

* Anno
Chriſti
182.
*platinian
vita eius.*

in pectoribus multorum, quos Decij, Diocletiani & Maximiani acerbitas & cruciatio à vera sententia dimouebat, Carausio duce ad obseruanda Oceani littora prefecto, contra Francos & Saxones Britanniam sibi afferente, quoad ab Allecto socio necatus tyrannidis finem faceret septennium vsurpatæ: cum Allectus triennio duntaxat infremuerit, ab Asclepiodoto Præfecto prætorio demum cæsus, non melior, sed impeditior Christianorum inimicus. Et horum quidem complures in sententia pietatis ærumna ipsa stabiliēbat, qui auidius martyria gloriosa morte querebant, quàm nūc Episcopatus prauis ambitionibus appetuntur, vt verbo vtar Sulpitij. Nunquā, inquit, maiore triumpho vicimus, quàm cum decem annorum strage vinci non potuimus. Tandē parta quies, dum Constantinus Magnus præfuit Romano Imperio, quem sibi Britannia vendicat, eoque gloriatur, qui fidei Christianæ splendore primus serio illustrauit Imperium: atque, vt ait Eusebius, à mari Britanico & illis orbis partibus orsus, vbi Solem occidere necessitate quadam constitutum est, potentiore virtute cuncta illa mala, quæ orbem premebant, repulit ac disiecit, vt simul genus humanum ad sanctissimę legis culturam reuocaretur meo institutum ministerio, & beatissima fides sub potiore ductore cresceret: per quod etiam ad Orientis vsque regiones progressus sum. Egregium profectò est Eusebij de Britannia præconium: ex cuius velut sanctitatis venerandæ rogo fax accensa fuerit, quę toti illuxerit Imperio.

*Orsius li.
7. cap. 25.
anno Christi
sti. 290.*

*Lib. 2. de
vita Con-
stantini:
vbi pater
Eusebium
Iamphi-
lum tunc
vixisse.*

Imperio. Constantinum autem in Britannia natum facile vt credam, adducor. Zonaras quidem, matre Helena, patre Constantio genitum scripsit: ceterum dubitari, vtrum ex legitimo matrimonio, an concubitu voluptatis & formę gratia habito. Atqui Eutropius tradit, post Diocletianum & Maximianum sectum fuisse in Principes duos Imperium: Galliam, Italiam, Africam Constantio: at Galerio Illyricum, Asiam, Orientemque obrigisse, illumque subditis perplacuisse ob singularem animi moderationem & abstinentiam. Dicere namque solitum ferunt melius diuitias à priuatis possideri, quàm intra vnum fisci claustrum seruari. Obiisse tandem Eboraci in Britannia, vbi Constantinus ex obscuriore, inquit, matrimonio eius filius creatus est Imperator & moderator exoptatissimus. Nicephorus labitur, Constantinum Constante patre editum affirmans, idque Drepani iuxta sinum intimum Bithynicę Nicomedię, ex hospitis filia nubili & venusta, quem adultum cum matre Romam pater adduci curauerit. Sed, opinor, plerosque fefellit, quòd Drepano matris nomen, honoris causa, Constantinus indiderit: cumque ignobile opidum antea fuisset, ædificiis non vulgaribus & mœnibus amplificauit, atque ita Helenopolim nuncupari mandauit: matrem meritò amans & colens, per quam vitę vtriusque lucem aspexerat, & lac dulcissimum suxerat Christianę religionis. Helenam Suidas omnibus ornatam prædicat virtutibus, potissimum Christi fuisse imitatricem: sic instituisse

*Annal.
tom. 3. c. 1.*

*Lib. 10.
Hist. Rom.*

*Lib. hist.
7. cap. 18.*

*Adonis
Vriensis
in 6. era-
re, ibi ta-
mē Hele-
nam con-
cubinam
asserit.
Procop.
lib. 5.*

filium, vt sine superbia animosior eſſet, Deum ubi-
que metuens, & qui in foro medio vr̄bis duas colū-
nas ſtatui curauerit ſuo & matris nomine, cum in-
ſcriptione: VNVS SANCIVS. Planè tametſi non
viſa ſit Eutropio coniunx digna Romano Cæſare, at-
tamen inter Heroides Britannicas, ſeu claritudine
ſanguinis, ſeu oris iucunditate, mentisve ornatu, nõ
vltima inuenitur, Cœli nimirum Reguli Britannici
filia & delicia, vt fidi Annales prodiderunt. Sed
mediuſidius ea eſt autorum quandoque perſuaſio,
vt ſibi plurimum veraces videantur, ſi de celſis
Principibus perperam ſiniſtra effutierint. An non il-
lud eſt nugax & vanum, quod Zonaras prodidit, Cõ-
ſtantinum lepræ lue laboraſſe, & à Capitolini Iouis
ſacerdotibus edoctum nõ prius liberatum iri, quàm
ſi ſe infantium cruore tepenti proluiſſet? Medica-
mentum horridum diſplicuiſſe, rectè omninò:
ac deinde à Sylueſtro Pontifice Romano per ba-
ptiſmum animæ ſimul ac corporis labe purgatum
conualuiſſe. Non me latet baptiſmi luſtratio-
nem animo ac corpori ſalubrem fuiſſe, vel Au-
guſtino referente, & eos recenſente, qui vel po-
dagra contumaci, vel paralyſi, ita crepti fuerint in
Africa. Audio quoque libenter ego Auſtrim Mar-
celli Regis Tolofatum filiam dira vitiligine fœda-
tam, à D. Saturnino purgatam fuiſſe obiter dum
in nomine trini Dei abluitur. Hoc propylea tem-
plorum, hoc ſaxa ſculpta Tolofæ, loquuntur. quid-

lib. 22. de
ciuit. Dei,
cap. 8.

ni? cum apud Clitorium fontem in Arcadia ſacrifi-
cii Melampus ſanitati reddiderit Prœti Regis filias,
quæ ſe vi numinis irati vaccas eſſe putabant. Certè a-
quæ ſacratiffimæ humanas noxias & ſcelera protinus
expianti vtraſque vires veriùs aliquis conceſſerit.
Sed Conſtantinũ Helenę filium infami morbo labo-
raſſe diffiteor: nec tantæ rei miraculum prætermiſiſ-
ſet Eufebius eius æqualis, qui animo ac corpore præ-
ſtantem ipſum vbique recitauit, populo gratioſum,
militibus chariſſimum: quorum eſt illa vox: Augu-
ſte Conſtantine, Deus te nobis ſeruet. Noſtra ſalus,
noſtra ſalus: verè dicimus, iurati dicimus. Cùmque
ita crebrò & amanter acclamatum eſſet, veteranis
conceſſit, ne quis eorum vllò munere ciuili perſo-
nam prægrauante, vllàve collatione aut veltigali in-
quietaretur. At, inquiet aliquis, Conſtantine parri-
cidio ſe inquinauit, Fauſtam vxorem, Crispum filiũ
occidens: illam calore balnei, hunc frigore veneni,
vt Ablauius Conſul indicauit his verſiculis palatii
foribus appenſis:

Saturni aurea ſecla quis requirat?

Sunt hæc gemmae ſed Neroniana.

Sic enim refert Apollinaris, Chriſtianum Cæſarem
non temerè ſugillaturus, niſi veritas vrgeret. quippè
cùm Aruernorum Epiſcopus in clara eruditæ pieta-
tis opinione floruerit. Omnes quidem conſentiunt
facinus huiuſmodi à Conſtantino patratum, ante-
quam à Sylueſtro ablueretur: ſed plerique adiiciunt
Cripum Fauſtæ noueræ ſtuprum intuliſſe, etiam

<sup>vide Nice
phorum
lib. 7. cap.
35. & sui
dam in
verbo
xpianis.
Lib. hist.
3. cap. 41.
Zonara
rom. 3. in-
nocens est
Crispus,
In Chroni-
cis, anno
329.</sup>
 qui plurimum Constantino detrahunt, vt Sopater,
 quo nihil nugacius. Afferit enim lustrari non potuif-
 se prisca superstitionis sacris à tam immani scelere:
 idèò animum ad Christianismum traduxisse, imme-
 mor Herculem post liberorum & Iphiti hospitis ce-
 dem Athenis purgatum Cereris mysteriis. Euagrius
 contendit Crispum minimè à patre peremptum: ar-
 gumèto esse, quòd mirificè ab Eusebio laudatus fue-
 rit. Ceterum Crispum crudelissimè interfectum Eu-
 sebius perspicuè scriptum reliquit, veritus, vt arbi-
 tror, à patre dicere, ne autorè necis, quàm ipsa ne-
 ce, misericordem iuuenem ostenderet. Tacuit in super
 incestum concubitum eiusdem, ne infortunatum
 Augustum proderet quauis felicitate dignissimum
 eo misericordem, si, vt aliis placet, filium in fontem in-
 sons mactauit, à nouerca, à qua in sano amore soli-
 citabatur, falso insimulatum, repetito Phedræ erga
 Hippolytum priuignum illum pudicū flagitio: quo
 detecto de vxore quoque meritas pœnas sumpserit,
 licet liberos ex ea gratissimos substulisset, Constanti-
 num, Constantem, & Constantem: eosque perma-
 uerit ita, vt cùm Imperium à Britannico Oceano
 ad Indos vltimos produxisset, inter eosdem id æqua
 lance distribuerit, Occasus Principatum & auitam
 sortem Maximo tradens, alteri Ortus regiones: me-
 dias tertio, vt quidem refert Eusebius, qui rebus in-
 terfuit. Absoluit, inquit, igitur triginta duos Impe-
 rij annos paucis demptis mensibus, vitæ verò duplo
 plures, corpore vegeto ab omni squalore & macula

<sup>lib. 4. de
vita Con-
stantini.</sup>

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 451
 libero, & belli muniis idoneo. Quo fit vt demirer in
 Decretis Pontificum scriptum manere, Constanti-
 num quarto die postquam baptisma suscepisset, <sup>Can. Con-
stantinus
96. di-
stinct.</sup>
 donasse Syluestro eiusque successoribus palatium
 Lateranense, diadema regium ac Phrygium, Chla-
 midem purpuream, ne vilescat Pontificalis apex, in-
 quit, sed supra terreni Imperij dignitatem decore-
 tur. Donasse itidem narratur Romanam urbem &
 prouincias adiacentes, dum ipse migraret Constan-
 tinopolim Roma vetere posthabita: vt vbi Christia-
 nę religionis caput sit, ibi summus Dei sacerdos im-
 peret. Obtestatur denique futuros Augustos, ne im-
 posterum munificentiam pietatis ratione subnixam
 conuellere conentur, sensuri violati numinis vim &
 iram, si quid obstiterint. Datum Romæ 3. Cal. Apri-
 les, à Constantino IIII. Consule, & Gallicano IIII.
 Planè cùm post Consulatum Gallicani, quem pro
 certo cum Basso * gessit, & rursus cum Symmacho, <sup>* vt patet
in l. Quo-
niam, in
fi. c. de vi-
publ. &
in inscri-
ptione.</sup>
 aliquot annis interuenientibus ipse Constantinus
 discordiæ amoliendę gratia Imperium ita inter libe-
 ros diuiserit, vt mediam Orientis & Occidētis oram
 minimo trium ascriberet, poterat videri reuocasse
 donationem, præsertim si quis quæve ei post dona-
 tum agnatus fuerit, de quo quæve, tum cùm immen-
 sè donaret, non verisimiliter cogitasset. Non enim
 patitur ratio, D. Augustino autore, vt faucatur Ec-
 clesię, cuiusquam liberos paterno patrimonio de-
 fraudari. Ecclesię etenim bona pauperum alimonix
 addicta sunt. At satius est arcere inopiam, quàm ei q. <sup>in can.
vt. xvij.</sup>

cum ingruerit, medicari. Sed has iuris arguti diffimulo insidias, & ex bono & æquo cum Pontifice ago, eique saltem donatum Constantini liberalitate longissimo ævi cursu corroboratum permitto, non quidem ex consensione populi Imperio exuti (numquam enim consensisse apertè legitur) sed ex Imperatorum, qui postea secuti sunt, tolerantia, imò expressa sanctione. Neque enim mihi placet contra Deos pugnare gigantum renouata audacia: nec si quis mihi concesserit, vt vno ictu Pyrenem totam Alpésve iaculari longissimè possim, atque demonstrare canonem, quo donatio talis inseritur, nullo spectabili autore censi, & palæam vocari, id est, constitutionem sola antiquitate commendatam. Et sicut antiquum pro charo & venerando vsurpatur, sic Græcis *παλαιὸν* interdum. Aristophanes *ἀρχαῖα παλαιά* pro nugis vetustate exoletis accepit: sed non arbitrator Gratianum operis sui ostentatorem in deteriorem significatum inclinasse, imò in illum magis, quo Homerus lib. 2. *Ὀδυσσεὺς παλαιὰ τε πολλά τε εἶδ' ἄε*, id est, antiquaque multaque sciens. Quòd si obstrepere cuiquam leuior qualibet sicca palæa videbitur solemnis canon, pondus certè habiturum est diploma Ludouici Pij Carolo Magno geniti, Francorum Regis, & Romani Imperatoris, *donatum olim à maioribus suis Romanæ ditionis ius confirmantis, idque in gratiam Paschalis Pontificis. Quinetiam Iustinianus Augustus Orientis ditione atque Occidentis æquè potitus, Imperiales in Ecclesiam largitiones me-

* Anno
822. à
Christo
nato, can.
Ego Lud.
micus, 6j.
distingt.

morat, tuetur, approbat, longè quidem ante Ludouicum Pium, nec minus procliuus illo erga Rom. Pontificem. Accedit etiam, quòd in Bibliotheca Vaticana lectum est autographum ipsius Ludouici, Othonis primi Germanici Augusti subscriptione ratum, agris, opidis, littoribus & portubus vehementer locupletatum. Faxit Deus vt in quos vsus largitio celebrata est, in eosdem conuertatur, ad fouenda prima studia, ad sustentandos pauperes, præsertim si qui indigni calamitate videbuntur, ad bellum hostibus Christiani nominis inferendū: & denique ad eos redimendos, quos barbari seruitute ærumnosa oppresserint. Nemo tunc tam proteruus existeret, qui fugillet Pontificem, quiq̃ue vociferetur nauiculam Petri cœlestis nauitæ gemmis & auro nimium cumulatam præ pondere submersum iri. Nemo denique obiectabit illud Innocentij III. Papæ ad Cantuariensem Angliæ Archiepiscopum, negantis se à quaquam præcessorum ligari posse vlla constitutione, Cùm, inquit, par in parè nihil habeat imperij. Quinetiam hinnulus Damæ meticulosi fortior est, dum viuit, Leone mortuo, vt Sapiens ait. Cui quidem malo medicari conatus Dagobertus I. Rex Francorum, largitus testamento multa & fructuosa prædia Parisiensibus cœlitum basilicis, filios tandem obsecrat suos, ne statuta & donationes à se factas conuellant, si quid humanitùs ei contigerit: alioquin fore, vt ab eorum posteris, quas ipsi fecissent, sanctiones erogationesque conuellerentur. Quid superest igitur, nisi

S. si mi-
nis. de nō
alien. reb.
Eccles. col.

Vide
Raph. Po-
laterr. lib.
3. Geogr.
qui hoc
refert.

Cap. Inno-
cent. de
electione.

Annot.
lib. 4. ca.
30.

vt bene partis bene utatur Pontifex? Tum nullus ei diuitias ingentes inuideat, aut Phrygium tegmen, quod fame desiderio Syluester non fertur aspernatus, quando sanctissimis viris cupido gloriae postrema exiit. Nec verò dedecet ornatus honestior Pontifices, si tempestiuè & sine fastu sumatur, ad hoc tantum ne vilescat dignitas. Vt cum Iaddus Pontifex obuiam processit Alexandro Magno post Tyri. Gazæque expugnationem elato, & Hierosolymis idem minanti, quoniam imperata facere renuissent. Postquam nanque è longinquo vidit candidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu bysino, Pontificemque in stola hyacinthina auro distincta, tiaram in capite gestantem, præfixa aurea lamina Dei nomine inscripta, vix mentis compos, solus accedens ad Pontificem Alexander, comiter salutans nomen Dei adorauit, quem se in Macedonia vidisse memorauit, dum deliberaret quo pacto Asiam posset subigere, eiusque hortatu expeditionem suscepisse. Quare & Deo immolauit saluis ritibus in templum ascendens, gauisus admodum ostenso sibi libro Danielis, in quo Græcum quendam Persas debellaturum significabatur. Nec puto Leonem Papam, dum Attilam Hunnorum Regem flexit, & ne Romanam vastatum iret cum exercitu, benignè persuasit, sordido amictum fuisse pallio: neque item tam effœminatè indutum, quam fuit Paulus II. Rom. qui conquisitis vndique magno pretio lapillis, exinanito ad eiusmodi vanas munditias ærario, in publicum

gemma-

gemmatum, vel saxeus veriùs, prodibat, turrite Cybele non dissimilis, & luxu demum suo enectus, gemmarum scilicet pondere & glacie. Sanè nec Flamen Ioui assiduus, quem Numa Rex creauit, adornauit. *Tit. Liv. lib. 1.* que insigni veste & curuli sella regia, hunc Christi mitissimi sacerdotem sumptuoso vestitu exequauit, qui mentem detegebat hominis vani, potius quam caput tegeret. Quanto temperantior fuerat Celestinus, qui aurum gemmasque in ædium sacrarum ornamento transcripsit, tanquam in arcam communem pauperum, si quando annonæ caritas ea suaderet venditari. Hæresim quoque pro viribus exterminauit, quæ Angliam contaminarat, * Pelagio vāsani dogmatis autore. Quod vt repelleretur, missus est à Celestino in Britanniam Germanus Altifiodorensis Episcopus, & Lupus Trecafenus Præsul, qui tum signis, tum doctrina veridica, meliori religioni alienatos reddiderunt, ostenderuntque diuini mysterij vocales præcones falsò asseruisse Pelagium infantem frustra baptisate lustrari, innocentisque nasci omnino: cum verius sit Adamj parētis labe laborare totam posteritatem, vt qui Dei maiestatem læserat, fructum vetitum arboris comedens, atque ita Deo par fieri sperans, quem reuereri saltem pro acceptis beneficiis debuerat. Id verò iuri consentaneum est, perduellium posteros, vel ex secuta Arcadij & Honorij Cæsarum constitutione, egestate perenni atque infamia multari. Eluitur baptisimo iniusta nota, & sacro rore purgatur. *L. Quisquis. §. 1. c. ad l. tul. maiest. stat.*

Y Y

Joseph. li.
Aniq.
II. cap. 8.

Zornand.
lib. rerum
Geticar.

Plat. in
Hadriano

* Ann.
salutis
432.

P. Diaconus
li. 15.
Plat.
na in Cele
stino.

Can. de trin. de consecr. dist. 4. suid. in Lycurgo. pueros, sed mos delicatior paulisper ritui derogavit: aduersus Lycurgilegem, qui infantes recens natos in Eurota fluuio lauari iussit, in Clypeo nutriri, sub dio dormire, ali venatu, ac flagellari, ne, vt antea, Dianę immolarentur. Sic pręstitit aspergi mergive pueros peccati alieni reos, quàm æterna spurcitic detineri. Perrexit vlteriùs amens Pelagius monachus, bene sentiendi discipulus, male docendi magister, & liberum cuiusque arbitrium Dei gratię pręposuit: idque sufficere asseueravit ad diuina iussa implenda, nesciens liberum arbitrium à Deo mitti, cuiusque gratię accepto referendum quodcunque iuste & laudabiliter efficitur, iuxta illud Archilochi ad

Diogenes Laërtius in Pyrrhone hoc refert. Leptinum:

τοῖς ἀνθρώποισι νῆς γλαυκῆς Λεπτίνε ὠπεί,
γίνεαι θνητοῖς ὀνομαζέως ἐφ' ἡμέτερον ἀγῶν. id est,
Ea mens est hominibus, Glauce Leptine filii,
Qualem mortalibus in dies Iuppiter mittit.

Igitur Pelagio gratiæ Dei securo scelestum errorem Furix clam subdiderant, vt Britanniam contagione labefaceret, quoad medela ex virorum sanctissimorum eloquiis efficaciter adhiberetur, ita tamen ne quid offendiculi libero subderetur arbitrio. Sic contigit, vt Britanni sensim reuertētur ad priscam religionem, quam ferunt ex ipso fonte viuo & limpido, id est, à Christo deductam, interprete Iosepho Arimathęo decurione locuplete, qui Domino sepeliēdo nauerat, pollinctor vtique amabilis, nulli parces. sumptui honesto, vel iugi operæ. Obtinuit nam-

Marc. 15. Polydor. lib. 2. Anglice hist. ubi de Iosepho.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 454
 que corroborata vetustate opinio, Iosephum rebus Solymorum pessum euntibus, à Christi morte peruicacibus funesta, bonis salubri, amicorum suorum comitatu ab Oriente in Oceanum Britanicum nauigasse, siue ex industria, siue fortuito procellis actum: non aliter atque Hanno Carthaginēsis potentia florente circumuectus olim fuit à Gadibus ad finem *Arrelia. lib. 2. c. 67.* Arabia: quam nauigationem scripto ipse prodidit. Nec solus Iosephus in Occidentis regiones peruenit, sed & alij plerique ante ipsum, vt Marcialis, quę *Arrelia. nus Lemoicensis Episcopus in vita Marcialis.* aiunt Christi asseclam Lazari suscitationi adfuisse, & cœnæ supremę pridie quàm pateretur is, qui mortuus semetipsum suscitauit, ac post dum discipulis verè apparuit, pacemque illis magnoperè commendauit, & dum Euangelij prædicandi vbique gentium Apostolis potestatem dedit. Qua fretus Marcialis D. Petrum sibi necessitudine coniunctum secutus, Romam primùm, deinde in Celticam ad Lemouicum ciuitatem peruenit. Sed Britanni sacre illius cœnæ pignus ac testimonium secum attulisse Iosephum commemorant: nempè catinum sanctissimis conuiuis appositum, diutissimè in magna cęremonia seruatum, tanquam pignus quoddam securitatis Britannicę: non aliter atque Troianum Palladium, vel *suid. is.* cœlo demissum, vel potius ab Asia quodam Philosopho aut myste sacrorum perito Troi Regi datum, & idedò diligentia & cultu maximo seruatum ab ædituis: vt sumus omnes procliues ad earum rerum admirationem, quę iis vsui fuerunt, quos mirificè dile-

ximus, & coluimus: idque humanè facimus, nec improbè, imò citra superstitionem. Ecquis non gaude-
ret conspectu illius phialæ, in quam sale indito, & in-
scaturiginem aquę mortiferę proiecto, Eliſeus per-
fecit vt esset suavis & innoxia: nève terra esset steri-
lis & acidi succi altrix, vt in Lyncesto, vbi fontes aci-
didi sunt, & in Alpibus in Cotti regno est aqua, quam
qui gustant, statim concidunt? At Indi iuxta Nyſam
montem discum argenteum religioſe seruarunt Li-
bero patri sacrum, cum hac inscriptione: B A C-
CHVS SEMELES ET IOVIS FILIVS A B
INDIS APOLLINI DELPHICO SACRA-
VIT. Fuit enim discus is Delphos translatus in mo-
nimentum Indicę expeditionis. Legitur quoque an-
tiquis in libris, inquit Seruius, Herculem in Italiam
poculum, quo in sacris vteretur, attulisse litum pice,
ne carie absumeretur. Illud Rex Euander obtinuit:

Et sacer implevit dextram scyphus: ocyus omnes

In mensam lati libant, diuòque precantur.

qui nimirum cum Rege Herculi rem diuinam facie-
bant. Nec verò tam supinos existimo fuisse veteres,
vt sacri aliquid poculo Dionysij vel Herculis inesse
arbitrarentur: sed quia religio non modò per se ipsa
bona sit, verumetiam habeat accessiones aliquas &
retrimenta non contemnenda, si quis ea sine vanita-
te cultus diuini prudenter secreuerit: sicut prope-
modum accidit aurum è terra eruentibus, qui terram
& lapides artificioſe separant admoto igni, mox nõ-
nulla paulò minus pretiosa seligunt, vt æs, argentum,

4. Reg. 2.
in fin.

Virruuius
lib. 8. c. 3.

Philos-
trat. lib.
2. cap. 4.

Lib. 8. æ-
neid.

Plato in
lib. de re-
gno.

& adamantem quandoque, si diligenter exploretur.
Vehementer profectò lætarer conspectu illius cati-
ni, quo Christus opt. max. vsus esset in illa frugali
cœna Pontificum veterum dapibus anteponenda, li-
cet eburneis lectis apud eos triclinia nitescerent, &
mensæ opiparè sternerentur: vt quo die Lentulus
Flamen Martialis inauguratus traditur, C. Cæsare
sacrorum Rege accumbente. Quinetiam mensam
exoscularer, cui cum sanctissima discipulorum ca-
terua Deus accubuit: maximè cum iure Romano
Sexti Papyrij scriptum fuerit, mensam vicem aræ
quondam præbuisse, ex quo in æde Iunonis Populo-
niæ mensa augusta stetit, in quâ libatio fieret religio-
nis & amicitia testandæ gratia, propter commune
victus institutum. Inde Theocritus in Hyla: *ομιλιαν*
ἀμφὸς ἑταῖροι ἀεὶ δάμνωτο πᾶσιζαν. id est, Ambo ad ean-
dem mensam vt amici conuiuabantur. Nec quicquã
studiosius Christus Pontificum clarissimus præcepit,
quàm amicitiam inter mortales in dissidia nimium
propensos. Itaque eius mensæ animam cum corpo-
re simul refecturę libeter aſsimilo locum quandam
amœnissimum in insula Meroë Æthiopum fortu-
natorum, apparatis epulis semper refertum: *ἡλίσ*
πᾶσιζαν, id est, Solis mensam, vocant. Nam & Chri-
stus Sol merus noctu diuque refulgens, Patris sum-
mi delictum & sapientia, instar Palladis, ex vertice
celso nata, mensæ pridie quàm pateretur, accubuit,
& re vera semet velut ferculum lautissimum atque
saluberrimum exhibuit, dum panem fregit, & con-

Macrob.
lib. 3. cap.
13. & de
mensa, ca.
II.

Pomp. Me-
la lib. 3.
cap. 10.

uiuis sanctissimis impertuit : & à cœna pariter cali-
 cem, nimirum sanguinem noui Testamenti, nectare
Marc. 16. cœlesti longè suauiore sincerè & sine scelerum
1. Cor. 11. fœce bibentibus: quale nec Pallas Achilli Homericò
Iliad. lib. infudit, porrecta ambrosia amabili, ne infesta fame
19. premeretur, & in Iouis parentis domum remigra-
 uit. Certè Testamentum Christi nouum, & morte
 ipsius sancitum in conflictu aduersus demonem, mi-
 litare mihi omninò fuisse videtur, & literis sanguine
l. Milites. ipsius rutilantibus adnotatum : cuiusmodi Imp. Cō-
C. de te- stantinus ad populum rescribens militiæ strenuæ vi-
stam. mi- gore approbavit, in qua quidem Rex moriens victo-
liari. riam superstitem retulit : vt Codrus Atticus, cum
Iustm. lib. ex oraculo didicisset fore, permutato Regis ornatu,
2. vt Doricum exercitum frangeret, si modò in prælio
 occubuisset. Cæterum prisco atque exoleto ritu in-
 ter sacrificandum post thura & victimam pateris vi-
 num libabatur : sed quia Diis ementitis specimen il-
 lud prælagum veræ expiationis offerebatur, rescri-
 pto Valentiniani Aug. ad Palladium prætorio Præ-
l. pen. de fectum vetitum legitur. Eò respexit Theognis :
paganis.

C. *In senten-* *tiii.* *Athen.* *lib. 15. ca.* *20.*
 ήμεις δὲ σπονδίας θεοῖσιν ἀρεσάμενοι
 πίνωμεν. id est, Nos verò libationibus Deos
 placantes bibamus, *χαίρειν μετ' ἀλλήλοισι λυρόντες*: id est,
 iucunda inuicem loquentes. Præterea in sapientum
 cœnis moris fuit ad extremum modicè libare boni
 Genij poculum, seu Iouis feruatoris : perinde ac si
 honestè hoc pacto Deo supplicarent, & indecorum
 quiduis à cœtu honesto amolirentur, teste Theo-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 456
 phrasto. Sed & apud antiquos in solemnibus conui-
 uiis, quæ tum Charistia vocabantur, cognatis affini-
 busque adhibitis, nihil aliud agebatur, quàm vt si-
 multates & querelæ abortæ, inter sacra mensæ ani-
 morumque concordem hilaritatem deponerentur,
 & charitas mutua redintegraretur, à Christo, vt pau-
 lò antè dixi, magnoperè commendata : qui etiam
 probè nouerat sacrificio admirando nihil aptius esse
 pane vinòque. Hinc legimus Melchisedec Regem *Genes. 14*
 Salem summi Dei sacerdotem panem & vinum ob-
 tulisse, Deo benedixisse, atque ita litasse ea tempesta-
 te coram Abrahamo, qui à Noa decimus, ob vnus
 Dei cultum à patria sua Chaldæa vtrò excesserat, *Zonar.*
 pertesus impias & aniles adorationes Deorum: Et sic *tom. 1.*
 hospiti festiuo cōgratulatus est recentem victoriam
 Rex ille incognitæ omninò originis. Ipse etiam Noa,
 qui Ianus pater prisca dicebatur, vinum & far primò
 ob religionem induxit potiùs quàm ad victum, & *Fab. Pi-*
 primus Deo aras & sacra instituit. Postmodum Pon- *tor lib.*
 tifices Romani mola ex farre falsa Diis litarunt, & *de aur. se-*
 duces à victoria adorem consequuebantur pro corona : *culo.*
 Christi triumphum eo ritu portendi ignorantes. Nec præterea
 Macedones panem nuptiis adhibuisse velut vinculum sancti-
 sime societatis, gladio sectum libantes : eoque ritu Alexander
 ille Magnus *Cur-*
 Roxanem Cohortani satrapis filiam coniugem sibi *tus lib. 8.*
 duxit. Et præterquam quòd nihil est Dei nutu non
 facile, vsque ad virginis integerrimæ partum, ipsius
 naturæ (vt sic dixerim) ars penè indicat, vinum ma-

ximè accommodatum, vt verè sanguis Christi fiat.
Nam & aquæ humor sensim in vinum traducitur in
vite: quia, vt ait Empedocles,

Concocta est vinum ligni sub cortice lymphæ.

Neque obscure id prædixit Moses fatidicus, quando
vinum sanguinem vuæ appellauit: propiùs rem at-
tingens quam Pindarus, qui ἀμπέλις δρόσον, id est, ro-
rem vuæ dixit: vt Androcydes sapientia recondita
clarus vinum terræ sanguinem, dum Alexandrum
Magnum comi affatu à temulentia deterreret, & ad
sobrietatem hortaretur. quam valde commendat
Paulus Apostolus Corinthiis ex Christi præstitutio-
ne cœnæ diuinæ operantibus, sed ita comessantibus,
vt non iam sanctimonix absolutæ, imò potius stulti-
tiæ poculum haurire viderentur: Proinde meritò
obiurgati, in re tam seria & spiritus vitalis plenissima
lasciuentes. Non enim ostentamus Pasetis conui-
uium, lautum sine magico apparatu, & ministris si-
militer opiparè fercula prominentibus, sed quæ mox
euanescerent. Meritò obiurgati Corinthij, ad eò pa-
rum sobrij, vt nec satietate edendi finem metirentur:
prout dæmon sacris rebus iugiter insidiari con-
suevit, & religioni, quam scit esse vehiculum expe-
ditum in cœlum: sicut Pelagio instillauit, vt assere-
ret arrogantia nimia perditus, à semetipso iustitiam
se sine cœlesti gratia deducturum, perinde ac si è pu-
micæ aquam posset elicere. Cæterum facile fuit Pela-
gio grassari per Britanniam diu turbatam bellis, tum
externis, tum domesticis: ex quo Maximus Ruti-
piis

*Citat Plu-
tarch. lib.
de caus.
natural.
cap. 2.*

*Deuter.
cap 32.
In Olymp.
ad. 7.
Plin. lib.
14. cap. 5.*

*1. ad Co-
rinth. 11.*

suidas.

piis vrbe Anglica natus temeraria militum assensio-
ne Imperator conclamatus migravit in Gallias, &
Gratianum Augustum * trucidauit, ipse occidendus
miser paulò post apud Aquileiam in Venetum fini-
bus à Theodosio Magno Imperatore. Qua de re sic
scripsit Aufonius:

Maximus armigeri quondam sub nomine lixæ

Felix, quæ tanti spectatrix lata triumphi

Punisti Aufonio Rutupinum Marte latronem.

Mox Conanus, quem insulæ Maximus præfecerat,
Diuoto Cornubiæ Duce opitulante arripuit domi-
natum, magnùmque virginum numerum, quas è
Gallia oriundas sciebat, expulit: * quâsque omnes
vel militum littoris Gallici custodum, vel maris sæ-
uitia infontes perdidit. Sed Conano diri sceleris
pœnas dante Gratianus quidam tyrannidi incubuit,
ac illicò concidit, tanquam in suo funere Rex saluta-
ri inciperet: eiùsque loco irrepfit Constantinus vix
gregarius miles, propter solam spem omenque no-
minis, quod deinde præposterè cessit. Ille enim cum
citò in Gallias transiecisset, per Honorij Aug. duces
Arelate necatur, * triennio ante patefactam rabiem
Pelagij. qua tēpestare Romanis prorsus extorta fuit
Britannia, vt potè qui bellis vndique premebantur,
maximè Alarico Gothorum Rege urbem expugna-
tam diripiente: à quo Attalus clari generis magis
quàm pectoris Imperij gubernaculis præficitur, in-
terim dum Honorius perfugium meditaretur ad
Theodosium iuniorem Arcadij fratris sui filium,

Z Z z

** Anno
Christi
387.
Prosper in
Chronica.*

*In Catalo-
go vrbium.*

** Milia
xi. fuisse
dicuntur.
Volaterr.
& vobly-
dorus in
hoc dissen-
tiunt.*

** Anno
Christi
413.
Pas. Dia-
con. lib. 13
et 14.*

Orientis Imperio potientem : quoad postea accide-
rit, vt Attalus à Constantio Duce captus, & ad Ho-
noriū missus, trunca manu, vitę & ludibrio relin-
queretur. Tunc, herculè, Romanis opima Britannia
cedentibus consentaneum fuit dicere illud Pyrrhi
Regis Sicilia insula potiundi spe frustrati. Cùm enim
illinc solueret, retrò ad amicos conuersus : Qualem,
inquit, Romanis & Carthaginensibus palæstram re-
linquimus ? Sic mediusfidius Romani exclusi Britā-
nia, Scotis, Pictis, & Saxonibus, nedum Gallis, ean-
dem prædę reliquerunt, quemadmodum iam scripsi-
mus. Illi namque non modò indigenis ferociter in-
fultarunt, sed etiam se mutuis attriuerunt præliis, &
vastitatem luctuosam insulæ induxerunt : quoad
Britanni, qui arma magis quàm animos victoribus
tradiderant, prostratam Remp. erigere, & pristino
decori reddere omni studio constituerunt, Regem
creantes Vertegernum, præcipuæ nobilitatis virum
militaribus artibus & incredibili prudentia instru-
ctum : quem quia Anglicis præfuisse Paulus Diaco-
nus acceperat, existimauit aliunde adscitum è Saxo-
nibus, eorumque auxilio insulam totam subegisse.
Qua in re adco autores dissentiunt, vt non sit facile
enumerare sententias : cùm alius tradiderit Verte-
gernum accersuisse Saxonum manum, hisque tan-
tum soli Britannici vendidisse,

virgilius
lib. 1. æ-
neid.
Volaterr.
lib. 3. Geo-
graph. &
P. Diacon.
lib. 14.

Taurino quantum possent circumdare tergo,
vt Iarbam Libyę Regem Didoni & Sidoniis comiti-
bus. Saxonum præfectos accepimus fuisse Hęgistum

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 458
& Horsum fratres : quorum nihil intererat, dolúm-
ne an vim committerent, modò ex hospitibus ho-
stes Vertegerno facti dominarentur. Ronicem ita-
que Hengisti filiam, nihil pulchri excepta cute ha-
bentem, per blandimenta Vertegerno nuptiis con-
iungere, maxima cum Britannorum offensione, quos
Hengisti calliditas minimè latebat. Reuelata etenim
ipsis antè fuerat à Merlino vate, ad quem velut cœ-
lestium conscium de rebus suis cotidie referebat
populus, Saxones iam odio prosequutus, & Verte-
gernum ipforum dolo & necessitudine delinitum :
quem Aurelius Constantis filius per accitos Saxones
non finem, sed mutationem ærumnę conspiciens te-
lo confodit, Saxones profligauit, Hengisti filio sup-
plici ignouit, & regni parte donauit, veneno peritu-
rus porrecto per medicum, Pescentio Vertegerni fi-
lio instigante, qui medici nefarij & Regis Aurelij a-
nimam eodem pretio emerat : vt Agrippina Claudij
Cęsarum mariti sui à Xenophonte medicinam facien-
te. hic enim, ac si conatum vomituri adiuuaret, pin-
nam veneno illitam faucibus innocuis demisit : & Se-
dechias Iudęus medicus Carolum Caluum Regem
Franciæ Roma redeuntem, vel suæ, vel alienę mali-
gnitati obsequens, toxico substulit : meditans equi-
dem summa flagitia incipi cum periculo, perfici cum
præmio. Vertegerno successit Vther * Pendraco, qui
Occam Hengisti filium occulta molientem apero-
conflictu interfecit. In Saxones pugnavit ægritudine
diuexatus, & lectica circumuectus, vt animum præ-

Corn. Ta-
cit. lib. 12.
Annaliū.
Nic. Gill.
anno
878.
** Hunc*
alij filium,
alij fratrem
aiunt Verte-
gereni. vi
de Rosi-
rium Lu-
douici xi.
anno 465.

sentia sua militibus faceret: non admodum felix, sed nec infelix, cum hostes domuerit, quibus erat ludibrio dicentibus, morbum Vtheri non potione, sed ferro egere ad sanitatem, & cum mortuo solis laruis pugnare licere. Atqui ipse se nihil viuacius esse plane declarauit: vt Octavius Cæsar in pugna Philippensi inualidus & æger successum victoriæ misso demum Romam Bruti capite significans. Ferunt Vtherum à Merlino admonitum, ne antè debellatum iret Saxones, quàm ipse prælio interesset: sicut Græci Philocteten,

Sueton. in
Octauo,
cap. 13.

Cicero li.
2. de fini-
bus.

*Cui viperino morsa venæ viscerum
Veneno imbutæ tetros cruciatus eient,*

ex Lemno insula in castra sua portari curarunt, vaticinio edocti, Ilium sine illo capi non posse. Cæterum de Merlino, quandiu vixit, Britanni Reges non credere nefas putarunt, hunc pro assessore consultissimo habentes, instar Regum Lacedæmoniorum, quibus augur iugiter assedit, & interfuit Senatui. Ioas Rex Iudææ tanti fecit Elisæum Prophetam, vt illum suprema valetudine laborantem adierit, plâxerit, currum & aurigam Israëlîs vocauerit: atque iussus Orientem ^{4. Reg. 13} versus aperire fenestram, & sagittam eiaculari, ac rursus tollere, terramque ferire eadem, didicerit fore, vt ter Syri vincerentur bello, quia toties iaculo terram percussisset. Verùm Clodomirus Clodouci Franci filius tetrarcha paruissimè Auito sanctissimo antistiti, vt aliàs, à quo suafusus fuerat, ne Sigismundum Burgundum bello captum occideret. Cum

Pindarus
in Pythiis
ode 1.
lib. 1. de
diuin. ubi
de augure
Laconum.

enim morem minimè gessisset vati, iterum Burgundus armis infestans arduus iuuenis, repulsus ab iisdè sequente anno infesto certamine occubuit.

Annou.
lib. 2. c. 4.

Quæ Regibus Britannis prædixerit Merlinus, quæve docuerit, & de rebus eorum gestis tradiderit, pauca de multis licuit seligere eximia, quæ mendaciorum colluue inumbrata veritatis lucem & dignitatem perdunt. Sanè solebant Prophetæ prisca insignia Regum facinora perscribere, vt Dauidis Samuel in Annalibus, & Nathan in libris rerum gestarum. Nemo denique nescit Pontificibus Rom. præcipue datum, vt res gestas in tabulas conferrent, & ita memoriæ perenni traderent. Idem Gallis reipsum Turpinus Remensis Præsul Caroli Magni ætate præstitit, cuius Annales annorum prolixa series inuidè nobis subtraxit. Et Quintilianus, Si nemo, inquit, plus effecisset eo quem sequebatur olim, nihil in historiis supra Pontificum Annales haberemus, adhuc nauigaremus ratibus. De autore ipso Merlino proditum est, aut à nullo, aut à demone patre genitum, ex innupta virgine famæ non ambigere: nondum septennem in magicis mirifica præstitisse paterno ingenio digna, & materna sollicitudine. Didici ego Merlinum non in Britannia ipsa, sed in insula Gallico littori aduersa educatum, Senam, opinor, Britones tenui ambitu spectantem. Sena, inquit Mela, in Britannico mari Olisimicis aduersa littoribus Gallicis numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetua virginitate sanctæ numero nouem esse traduntur.

Parali-
pom. 29.
in fin.
Macro-
lib. 3. cap.
2. Saturn.

Lib. 10.
cap. 2.

Lib. 3. de
siru orb.
cap. 6.

Gallicenas vocant, putantque ingeniis singularibus præditas maria & ventos concitare carminibus, seque in quæ velint animalia vertere, sanare que apud alios insanabilia sunt, scire ventura, & prædicare, sed non nisi dedita nauigantibus, & in id tantum, vt se

lib. eodē, cap. 10. consulerent, profectis. Idem alibi refert, in Æthiopiæ tractu prægrandi flexu insulam includi, in qua sint tantum fœminæ toto corpore hirsute, sine mariū coitu sponte fœcundæ, adeo asperis moribus, vt vix vinculis contineri possint ne reluctentur. Planè Syluanos & Faunos improbos extitisse mulieribus D. Augustinus famam secutus non diffitetur, & earum appetisse ac peregisse concubitum: & quosdam dæmones, quos, inquit, Dusios Galli nuncupant, idem tentare & efficere plures asseuerant, vt hoc negare impudentiæ videatur. Aruspiciæ, quæso, Hetruscæ quis inuentor extitit, nisi puer parentis expers? Tages quidam, inquit Cicero, dicitur in agro Tarquiniensti, cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repente, & eum affatus esse qui arabat. Is autem Tages, vt in libris est Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamoremque maiorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totamque breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse. Tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint, literisque mandauerint. Prætermitto hæc quod non pœnitendus scriptor adiecit, Merli-

*lib. eodē,
cap. 10.*

*lib. de ci-
uit. Dei,
15. c. 23.*

*lib. 2. de
diuinitio-
ne.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 460
num in infantia ex angusta insula in Britannia transfuectum scapha contacta vndique tergore bubulo: nisi potius vitile fuit nauigium corio circumfutum: quali ad Mictim insulam candidi plumbi gratia nauigasse Britannos Timæus apud Plinium commemorat. Magia vtique quondam celebris apud plebsque gentes, & ad naturæ inane peruecta in Britanniam, videtur plurimum in eadem viguisse. Cæsar *lib. 6. de bell. Gall.* quidem notauit, Druidum disciplinam non aliunde quam è Britannia in Galliam translaram: ideoque ad eam solitos nauigare, qui diligentius cognoscere cuperent, vbi tam attonitis celebrabatur cæremoniis magia, vt inde data Persis, teste Plinio, credi queat. *lib. 30. cap. 1.* Auxit prodigiosos ipsius ritus Iosephus Arimatheus aduena Britanniaë plausibilis, qui de Solomonis fonte artem hauserat. Fuit namque hic sapiens Rex imbutus diuinitus secretiore sapientia: incantationes composuit, quibus morbi pellerentur, & dæmones fugarentur, non redituri. Atque, inquit Flavius Iosephus, hoc sanandi genus nunc vsque plurimum *lib. 8. Antiquitat. cap. 2.* apud nostrates pollet, vidi que, inquit, ex popularibus meis Eleazarum in conspectu Vespasiani & filiorum, & tribunorum militia, multos arreptos dæmone percurantem, admoto naribus eorum anulo, sub cuius sigillo includeretur species radicis à Salomone indicatæ, ad cuius olfactum extrahebatur dæmon, collapsa mox homine obtestatus, ne amplius reuerteretur. Argumentum discessus erat subuersum poculum aqua plenum, quod data opera appo-

nebatur. Scimus quoque Edouardum Regem inter
 Diuos relatum, *annulum habuisse, quo dum viue-
 ret, comitali morbo affectos tactu sanaret. Eum stu-
 pentibus etiam membris salutarem in tēplo Vuest-
 monasterij seruandum ædituis Rex mansuetus tra-
 didit, Hierosolymis, vt prædicabatur, allatum. Inde
 origo annulos à Regibus Anglicis magna veneratio-
 ne consecrandi, magna persuasione iis qui gestent,
 sanitatis recipiendæ. Ferunt denique Merlino aliis
 futura prænuncianti parum suam ipsius scientiam
 profuisse, in laqueos puellæ callidissimæ extremo
 senio incidisse illecebris illius irretitum, ægrè extri-
 catum obiisse, ignarum fati sui, alieni peritissimum.

*In Medea
 Tragedia, act. 3.
 in fin.*

Sic, vt ait Seneca,

Concidit Mopsus, caruitq; Thebis

Ille, qui verè cecinit futura,

Omnibus verax, sibi falsus vni.

Similiter quoque Mopsus Calchantem vatem Græ-
 cum è bello Troiano redeuntem augurandi solertia
 superauerat. vnde Calchas victus intabuit, certò sciēs
 sibi tunc pereundum, cū doctiorem se inuenisset.
 Tum verò præsertim Merlinum aiunt in sudasse diui-
 nationi, cū Igerna Vtheri Regis coniunx Arthu-
 rum enixa est, & consilium syderum eoëgisse, inue-
 stigantem quidnam de puero præmonstrarent, mira-
 bilia prorsus ea portendisse: quæ mandata literis vix
 fidem inueniunt, obruta fabulis veritate: Ita vt non
 desint qui Arthurum fuisse vnquam Britannię Re-
 gem, aut res præclaras gessisse pernegent, æquè ridi-
 culi.

*strabo li.
 Geogr. 14*

culi. Nihil enim vnquam illo sol vidit illustrius, nec
 felicius, si scriptorem lectu dignum & veracem na-
 ctus fuisset. Verùm non idcirco fidem abrogare vir-
 tuti laudique ipsius omninò decet, quia in plerisque
 fabulosa autores de illo scripserint, Græcorum hi-
 storiis simillima. Nam nec Alexandri Magni gloria
 officit, quòd in regione quæ appellatur Bazaria, so-
 lus quatuor milia ferarum deiecisse vno in saltu di-
 catur, & in eodem cum toto exercitu epulatus: aut
 quia feratur de causa capitali cognoscens, & iudicās
 aurem alteram manu obstruxisse, veluti seruaturus
 reo intactam, & accusationis totius expertem. Non
 enim odio calumnie materia impunitatis præbenda
 fuit delinquentibus. Indignatus esset profectò Ale-
 xander, si hæc de se scripta legisset: sicut amarè in-
 crepuit Aristobulum, qui singulare Regis certamen
 cum Poro Indo descripserat: & maximam apud eum
 se initurum gratiam sperabat, assignatis ei falsò re-
 bus vltra id quod clarum perfecerat. Tunc Alexan-
 der acceptum librum in Hydaspem fluuium, in quo
 nauigabat, proiecit. Et te, inquit, Aristobule, eodem
 modo oportuit præcipitari, qui talia pro me duello
 pugnaueris, & elephantos sagitta interfeceris. Et sa-
 nè debuerat Aristobulus contentus esse strenuitate
 Regis magnanimi, nō commentitiam adsciscere, at-
 que quodammodò quod gestum esset, corrigere. Nā,
 vt vera laus ornat, sic falsa admonet, & non obscure
 reprehendit. Proinde paucissima de Arthuro è mul-
 tis dicam, ne dubium cuiquam relinquam, an menti-

*Cur-
 tim lib. 8.*

*Ioan. Mo-
 nachus in
 vita A-
 lexandr.*

*Lucian. in
 lib. Quo-
 modo scri-
 benda sit
 historia.*

tus fuerim. Illud potissimum non prætermittam, quod omnes quidem sciunt, illum in adolescentia in multis regiæ dignitatis muneribus excelluisse, quæ singula reliquos principes decorare consueuerunt: nec tam curasse, vt regnum morte parentis ad se deuolutum armatis hominibus firmaret, quàm armatorum beneuolentia. Itaque selegerat dignissimos quosque equites rei bellicæ gnaros, & eorum æquabili familiaritate utebatur. Eisdem mensæ suæ, eisdemque rotundæ adhibebat, innuens scilicet nullum conuiuiarum excellere, nullum infimum censerit: veterum Celtarum more, qui, vt Athenæus est autor, circularibus mensis utebantur: sic tamen vt esset is medius veluti chori totius princeps, qui alios rerum bellicarum experientia, vel generis nobilitate, vel diuitiarum splendore antecelleret. Celtici armigeri scuta ferentes à tergo assiscebant, & dominorum exemplo circularim conuiuabantur, potantes similiter vinum ex Italia Mafsiliæ allatum, Deos ad dextram conuersi venerantes. Medium autem mensæ locum maximè honoratum fuisse adnotauit Seruius, explicans Virgilianum illud,

Lib. 4.
Dipnosophist. cap.
13.

Lib. 1. Æneid.

- aulæ iam se Regina superbis

Aurea composuit sponda, mediamque locauit.

Id tamen prerogatiuæ genus, vt licuit, Arthurus abnuebat, gloriæ dissimulatione gloriam augens, & aulicorum in se amorem & fidem. Quare breui perficit, vt totam insulam suæ ditionis fecerit vsque ad Thulem post Orchades insulas Belgarum littori ap-

P. Meli. li.
3. cap. 6.
nunc illa dicitur Polydoro.

positam, Graiûm celebratam carminibus propter breuiore noctes, imò nullas per solstitium. Thulis, inquit Suidas, totius Ægypti regnum vsque ad Oceanum tenuit, cuius insulam quandam de se Thulem appellauit. Subdit, Thulim consuluisse oraculum Serapidis, quis Regum ante se præpolluisset, aut quis post succederet. Illicò de trino Deo illi responsum datum. Ceterum Arthurus immanes consuetudines vbique obliterari mandauit, maximè eorum, qui syluestri in ora siti carne humana vescabantur, Christum nondum agnoscentes: Scoti potissimum, teste Hieronymo, qui in Gallia se vidisse prodidit Scotû tam dira cæca saginatum. non enim soli Scythæ Anthropophagos habuere. Vxores præterea vetuit esse communes: sicubi prisca obscœnitate adhuc seruata, deni vel duodeni, tanquam inita malæ mercis societate, promiscuo utebantur concubitu earum, Platonicæ Reipub. ciuibus non meliores: nisi quòd hi sine delectu numeri omnium vxores omnibus prostituunt, grandi tanti Philosophi infamia permittentis. quod neque fieri conuenit, nec potest. Nã substulit ea communionem castitatem & pudorem in vitroque sexu laudabilem: & dum omnibus virtutem cupiuit concedere, omnibus profectò ademit. Increpiti feruntur Britanni à Scuro Augusto Romano, cui incontinentium libido valde displicuit, nedum promiscuæ veneris vsus. Sed cum Iulia Augusta Argetocoxi Caledonij vxorem morderet, necnon alias Britannicas mulieres, quòd tam impudèter cum ma-

P. Crinitus lib. 3. cap. 10.
Strabo li. 4. de Britannis idè refert.
Cæsar lib. 5. de bello Gall.
In Dialog. 5. de Reipublica.

ribus versarentur, respondit illa se cum optimis viris palàm consuetudinem habere, Romanas verò occulte à pessimis cōstuprari. Antiquavit igitur Arthuri prudentia turpissimos mores, atque etiam superstitiosos: leporem, anserem & gallinam, vulgò comedi iussit, quæ antea gustare nefas putabatur, nec nisi animi & voluptatis causa alebantur olim in tota Britannia: tunc maximè in Hybernia, quæ non ita pridem Christi sacra cognouerat, docente Patritio: cuius quoque specum longo recessu opacum Rex inuisere non est grauatus, & relicto spiritu libero illum se demittere, in quem nullum discrimen dici & noctis perueniret, relicta à tergo luce, descensu aspero, decliui itinere, & tenebris assiduis subfuso, natura prorsus & fabula memorando. Ferebatur enim ad Manes peruius specus, vel certè ad locum, in quo animæ eorum, qui dum viuerent, sese vitii ac labe aliqua eluibili inquinauerant, recocti expoliretur: vt omni noxia purgatæ & hilares inde in cælum euolarent. Fortè Patritius inter immanes & efferatos populos lepido commento vsus fuerat, quo magis eos à peccatis deterreret, & vlticem speluncam adesse penè domi ostenderet. Accepi ego ex quibusdam feriis Merlini commētariis Arthurum à Gauanio militiæ magistro reuocatum, ne penitè horridum antrum scrutaretur, in quo vtique audiebantur fragores aquæ præcipitis odorem sulphureum emittentis, & vucum lugubre quiddam resonantiū, velut suo corpore destitutarum. Tum consultus

*xiphilin⁹
in seueno.*

*Jul. Cesar
lib. 5. de
bell. Gall.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 463
Merlinus à Rege, cor talpæ glutiuuit recens & palpitan, diuinationi efficax, mox verba aliquot barbara submurmuravit, quorum significatio soli Deo esset cognita, quibusve genij magis delectantur. Ratio-<sup>Marc. 5.
Talitha
cum.</sup> nem nondum didici, cum Christus clara diuinitate fretus filiam principis synagogæ extinctam Chaldea <sup>Puella, si-
bi dico,
surge.</sup> voce imperans suscitauerit. Proinde imbutus numine Merlinus specum Patritij Vlyssi in decantatis illis erroribus in Hyberniam acto ascripsit: Effossum quidem primùm Vlyssis ense ad cubiti mensuram, deinde cuniculum altissimè impressum successu temporis increuisse. quod profectò non multum à vero abhorret. Nam inferos allocuturum Vlysses Home-^{odys. II.} rus dicit ad fluxum Oceani iuisse, & foueam fecisse memorabilem ^{πυρὰ πόον ἀνεκαυόη.} Id quoque innuit Claudianus:

*Lib. 1. in
Ruffin.*

*Est locus, extremum pandit qua Gallia litus,
Oceani prætentus aquis, quo fertur Vlysses
Sanguine libato populum mouisse silentum:
Illic ymbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus: simulacra coloni
Pallida, defunctæque vident migrare figuras.*

Ex eo egressam Furiam Megeram poëta finxit, Rufino deterrima persuasuram.

- sensit ferale Britannia murmur, inquit
poëta paulò post:

*Et Senonum quatit arua fragor, reuolutaq; Tethys
Substitit.* -

Solinus quoque apertè testatur Vlysses in Britan-<sup>In Polybi-
stora, c. 25</sup>

niam peruenisse, idque manifestari ara Græcis literis in scripta voto in Caledonio tractu. Deinde Hyberniam, quam Iuuernam appellat, subdit inhumanam esse incolarum ritu, sed ita pabulosam, ut pecuaria, nisi interdum æstate arceantur, in periculum agat satietas. Nihil dixit de specu Umbrarum commercio admiranda, tametsi Cicero scripserit, huiusmodi ex cauernis & antris ostēta terræ facultati deberi. Nam, inquit, terrę vis Pythiam Delphis incitabat Sibyllam. Videmus quàm sint varia terrarum genera, & sint partes agrorum aliæ salubres, aliæ pestilentes, aliæ quæ acuta reddant ingenia, aliæ quæ retusa. Quæ omnia fiunt, inquit, ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum. Nusquam verò comperies vaticinia libentiùs edita, quàm in specu, nec sacrificia antiquorum. Sibylla etiam, quæ Æneæ omnia in futurum illi occurrura prædixit, Cumis in spelunca diuinavit. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula, sed potantium breuiore vita. Zoroastres verò primùm apud Persas, ut narrat Eubulus, naturalem speluncam ē fontibus scatentem in proximis montibus consecrauit, in honorem rerum omnium autoris parentisque Mithrę: mundum significās à Deo fabricatum speluncæ imagine, per alia quædam intus congruis interuallis disposita, elementa & plagas mundi delineans. Ideoque increbuit mos, ut in specubus seu natura seu manu factis ritus religionum peragerentur. Quo magis data est occasio Trophonio in Leba-

Lib. 1. de diuinat.

Plin. lib. 2. ca. 103.

Porphyrius interpres antri Homericæ, Odys. 13.

dia Bœotia antrum fabricandi, lemurius ac spectris ^{*vide Chiliadem primam Erasmi, ac Paulsanii in Bœoticiis.*} frequens, & oraculis percelebre: sed plus anilibus ^{*Polydor. lib. 20. Anglica historia, anno 1394.*} figmentis & sacerdotum, ut affolet, præstigiis, quæ plurimùm valent inter agricolæ & indociles nationes. Constat verò Hyberniam syluestribus gentibus abundare, quę tantum sua feritate & sagittandi vsu pollentes, Anglicis principibus sepe fecere negotiũ, ut Ricardo II. Regi, cuius cõtempna maiestate agros excursionibus assiduis vastauerunt, & prouinciam omnem populati sunt Hyberni syluestres, ægrè fugati ingenti exercitu, eodẽmque partim saucio iaculis fugientium, & Edmundo Comite Merchia Ricardi hærede designato interempto, priusquam syluestres se in sua latibula recondent, & reliqui Hyberni deditionem facerent, vel Anglico regi parent, ut quidem Arthuri viribus subacti quondam paruerant: qui fortuna obsecundante erectus, multis imperare, nulli parere decreuit. Proinde obuiam iuit Lucio Proconsuli Romano, & fugatis eius legionibus ipsum confodit: perfecitque ut terram, quam animo audacter conceperat, corpore tegeret: quod se Romam tributi loco missurum iactauit. Demum Britannia omninò fruens, cœpit æstuarē, velut clausus angusto limite, ut Orchadam insularum aliqua potitus, non tota Britannia orbem suum seorsum habente: atque cotidie Galliam prospicere, affectare procinctum, & classem in eam parare, quamuis ei Merlinus prædiceret exitum parum secundum, & gloriosum bellum magis quàm tutum fore: nec

Volaterr. lib. 3. Geograph.

plus tandem habiturum fortunę, quàm haberet iustitię. Verum Arthurus audita iustitię mentione, existimās in regnis gubernandis, non in acquirendis iustitiam desiderari, Ecquid putas, ô Merline, Romanos iustę egisse, dum suum tam longę porrexere Imperium, aut dum hanc insulam perdomuere? Num cęses Herculem, dum in Hispaniam Geryonem debellatum iuit, ipsius boues emisse, potius quàm necato boum domino eos abduxisse, legem nimirum secutum, quę omnes homines prestantioribus iubet parere, vel adigit? Mox itaque classem parari mandauit, & materiam cędi primo autumnio fabricę nauali commodissimo magis quàm nauigationi. Feruntur trecentę naues factę atque armatę trimestri spatio. Non miror, cum L. Piso tradiderit, contra Hieronem Regę C C X X. naues effectas diebus XLV.

plin. lib. 16. ca. 39.

caesar li. 5.

& secundo Punico bello Scipionis classem quadragesimo die à securi nauigasse comperimus. Sed id in Britannia laudabilius rapidę celeritatis argumētum, quod abiete deficitur nauigiis expetita, sicuti & fagocaret. Planę festinantem Arthurum, & è Cantio vela facientem diluculo, tranquillo mari, & audum profectiois pelliciente, hora diei decima sistere cępit, procella inualescente.

Interea propę iam occidente sole inhorrescit mare:

Tenebrę conduplicantur, noctisq; & nimbium occęcat nigror.

Libet Pacutianis uti versiculis, ut ostendam ventos stridentes quasi in Gallię indiētam obstitisse Arthurus:

ro: qui tamen inuito cęlo, plerisque sociis amissis, Irium Caletorum portum attingit, in quem à Britannia commodissimus traiectus patebat. Collaudatos milites confestim corpora curare iubet, & se pugna accingere aduersus Gallos imparatos, & nihil hostile meditantes. Quocirca facilius grassari licuit Regi, qui terrorem nominis sui latissimę circumtulerat: & tum suam, tum Gallorū, magnitudinem inducta calamitate declarabat captis Morinis, Neruiis, Northmanis, Armoricis, post Bononiam maritimā. Cümque ex aliis urbibus naues pręda onustas in Angliam premississet, hanc seruauit incolumem, & direptioni exemit, & Comitem ibidem prestituit sororis suę filium, quem alij Itherium, alij Iuanum vocant: à quo defluxere posterius Comites Arthuri nobilitate insignes, haudquaquam respuenda CATHARINÆ MEDICÆ Francorum Reginę, quę maternum genus Bononiensi domo deduxit, patris splendore, maiestate mariti, spe liberorum, virtute propria, alioquin illustris. Non deesse intelligo qui suspicentur has victorias & hoc decus perperam Arthurus tribui: sed ego non quid ipsi sentiant, preponere audeo erutę veritati, & Gallicis Annalibus, qui semota fabularum nube dilucidę hoc ipsum narrant de Arthurus per Galliam ouante, non tamen Galli Regis, sed Romani potius victore. Quod plerisque imposuit parum exactę temporis illius rationem habentibus, quo quidem Childericus Rex Francus à patris Merouci fortitudine & æquitate ad tempus

*vide Rosa
rium
duici xi.
Regis iust.
su editi,
de Arthu.
ro, anno
466. De
cenis post
in Gallię
iuit.*

degenerans, vxores ciuium honestissimorum libidine foedans, tributis premens, ac prædam non exactiorem faciens, regno eiectus ad Biffinum Thorin-
Annon. lib. 1. c. 7. Nic. Gill. in Childe-rico. gorum Regem profugere, latebramque habere coactus fuerat, Francis Egidium Romanum patritium Suefionibus præfectum sceptro donantibus, quoad Childerici voluptates impure deferbuissent, & Egidius simulatam comitatem in apertissimam ferociam conuertisset. Sidonius illius seculi autor meminit, Aruandi Romani epistolam interceptam, dum ad Gothorum Regem emitteretur, dissuades pacem cum Græco Imperatore, suadens Britannos super flumen Ligerim Galliæ sitos impugnari oportere, & cum Burgundionibus Galliam iuregentium diuidi. Idcirco in tam turbato rerum statu licuit tantisper absente Childerico Anglis regnum alieno domino subnixum inuadere: præsertim ductu Arthuri, qui nisi dux optimus fuerit, vix scio cui reliquerit locum. sed vincendo felix, retinendo in Imperio non perinde fortunam habuit propitiam. Iam enim suis triumphis & Francorum detrimentis satur, cum victis suo Rege destitutis mitissimè agere incipiens, ne rebellarent, vidit in somnis Mandredum, què quandiu abesset, Britannia gubernandè præfecerat, triticum aureum in aruo lætissimo satum adultumque tam auidè metere, vt falcis increpans tarditatè, simul cum aureis spicis stipulam euelleret. Quo somnio vehementer consternatus est Rex: & eo magis, quod à Merlino audierat, priusquam in Galliam transfre-

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 466
 taret, in ea expeditione tandem parum faustitatis fore: & quod Mandredi versutum suboluerat ingenium, licet summa obsequij & beneuolentiæ simulatione id tegeret veterator industrius: qui postquam sensit triennium ab Arthuro iam in Gallia consumptum, de vindicanda sibi Britannia cogitare cœpit, proceresque honoribus datis permulcere, plebeios largitione, utrosque blandimentis, interdum sparsis in Arthurum falsis rumoribus, quod illi iam fastidio esset Britannia, quodque vino Gallico delectaretur, & vxore Genebrea contempta vagis indulgeret amoribus, Sirenum tanquam in scopulis deses. Quinetiam si quando epistolam ab Arthuro accepisset de ratione Reipub. gerendæ sine cuiusquam iniuria & incommodo, protinus eam supprimebat, alia ad propositum suum conficta, quâ iuberetur demonstrare populo, neque quietem sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis ingentibus haberi posse. Proinde epistolam palam legebat contracta fronte, & ad fallendum egregiè composita, donec omnes circumiectos paulatim inflammaret, & ad rebellionem perduceret: Hybernos syluestres maximè, & reliquos ab Arthuro nuper sub iugum missos, malè coagmentata fidelitate. In summam perfecit Mandredus, vt vulgò Rex insulæ proclamaretur, nec erubesceret Genebream, aliàs in Regis optimi amore parum constantem, sibi coniugem adsciscere. Cuius execrati flagitij certior factus Arthurus meritò excanduit, & breui se ostensurum

Mandredo & consociis minatus est, scelera facilius quam bella confici. Itaque Galliam deserens, nimium moram impatiens soluit à littore Armorico, nondum contractis omnibus copiis, existimans forsitan id euenturum sibi quod Scythis in tertia Asiana expeditione: quos, cum septem annis à coniugibus & liberis abfuisset, seruire bellum domi excepit. quippe coniuges eorum expectatione virorum fessæ, vel deletos ratæ, seruis nupsere, dominos cum victoria reuersos arcere paratis: Cùmque ancipiti pugna diu aduersus seruos domini ferro pugnassent, memores tandem non cum hostibus, sed cum seruis præliandum, verbera in aciem tulerunt, non tela, & pro gladiis vsi flagellis, cæterisque seruilis metus instrumentis, fugitiuos domuere, & captos diris excruciarunt suppliciiis. At Mandredus vincendum sibi, aut pereundum spectans, audito Arthuri aduentu audacter resistere decreuit magno cum exercitu, quamuis terrerent ipsum scuta equitum & pectora equorum cruenta pariter visa, & trabes ardens ab occasu ad cælum extenta, & auditi per noctem flebiles ululatus. Nec meliore omine nauigabat Arthurus demirans nauigia sua ventis ruentibus ire vetari, & stare quodammodo in inuidiam properantis. Arbitrabantur nauitæ obesse Echeneim pisciculum (Latini Remoram vocauere) qui ingenita facultate sistit nauigia, & imperat furori procellarum, & domat mundi rabiem nullo suo labore. Tenuit ille prætoriam M. Antonij nauem bello Actiaco: & post Caij

Iustinus
lib. 2.

Imperatoris ab Astura Antium remigantis adherens gubernaculo, & quadringentos remiges vincens, donec causa intellecta excuteretur. Ægrè demum Arthurus peruenit in Britanniam cum præcipuo robore exercitus, importunissimum tyrannum vlturus, quem nulla inferendæ iniuriæ capiebat satietas: & qui ediuerso tantum coegerat militum, vt neminem in Oceani insulis reliquisse crederetur: priusque configere statuit, quam Arthurus integram classem recepisset, metatus castra haud procul à Thamesi flumine, ex ignaui iam factus strenuus, necessitatis iussu, solers alioquin ad excitandos suorum animos præmiis propositis, & instantis periculi metu. Quæ omnia superabat Arthurus erectus & fidens in bona belli inferendi causa. Et proculdubio vicisset, nisi iræ secutus consilium, in pugnam incautè & celeriter nimis profiluisset, tubas & cornua canere iubens, & Gauanium præmittens, qui equestri auxilio aduersariam aciem nudare studebat, vir vsu militiæ & fama rerum gestarum longè superior, magnam vbique stragem edens. Atquin Arthurus ad verum hostem Mandredum fisis ordinibus festinabat, difficili transitu per confertos cuneos, per corporum armorumque cumulos, & labem sanguinis. Contra Mandredus principes triariosque in cornua inducens, quò tutior firmiorque esset hastatorum acies, confessione Arthuri, qui intentus erat vindictæ, illa die singulari arte bellantes instruxisse visus: infensus interim quòd syluestres Hybernici obtutu & voce

Plin. lib.
32. cap. 1.

terribiles terga verterent, in scripta Arthuri mucrone. Arthurum itaque ipsum velut fatalem in exitium suum formidans, ex desperatione nactus audaciam, qua parte Regis ipsius lorica m laceratam inspexit, infixit vulnus, faucij dextera illicò periturus. Nam id egit Rex, vt scelerato capite extincto spem numerosi exercitus dirimeret, dissimulans animi ac corporis dolorem, seminece * voce suos subinde extimulans, ac omninò præstans quod apud Plautum sydus occasu suo procellosum loquitur in Rudente:

* *Arthurum in bello contra Mandredum occubuisse volaterranus ait li.*

3. *Geogr. Alij Mandredum vocant.*

* *Id est, Et tu fili. Sueton. in Julio Cesare, c. 82.*

In Galba, cap. 4.

Nam Arcturus signum sum omnium quam acerrimū.

Vehemens sum exoriens, cum occido, vehementior.

Fama non obscura iactabat Arthurum cum Mádredi matre consuetudinem habuisse, sicut & Iulium Cæsarem cum Bruti, à quo occisus traditur: & propterea irruenti dixisse, *καὶ σὺ τέκνον.* * nisi fortè filij quoque nomine blandiebantur veteres charissimis: vt cum Augustus Galbæ puero, qui postea Nerone sublato tenuit Imperium, apprehenso leuiter ore, dixit: *καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρρησιζον.* Et tu, inquit, fili ad imperium nostrum adnascitor. cuius rei testis idem est Suetonius. Atque ita intercidit Arthurus Britannia suppeditata penitus, Gallis ad obsequendum perductis, Leoni Imperatori Byzantino Romanisque formidabilis: perspicuè ostendens in huius mundi scena ac fabula nemini plaudendum esse ante catastrophem. Corpus Regis inter iacentium cadauera septuaginta quinque milium clade dēfā nuf-

quam repertum, materiam præbuit asserendi ipsum Ambrosia medicatum, ac vitali spiritu refocillatum à Morgane Nympha sorore in fortunatorum regionem translatum fuisse: at Mandredum licet traiecto iugulo ereptum, tamen in opaco nemore diu delituisse, proditum hinnitu equi, cui calcata lupi vestigia attulerant torporem, ne cœpto cursu nefarium hominem, & sceleris merum portentum, persecutibus eximeret. quod vix crediderim, cum lupis Anglia careat: vnde gregibus abundat, & lanicio, eodémque molli ac pretioso: nisi quis arbitretur tum quidem lupos extitisse, mox esse desiisse: sicuti in parte eiusdem insulæ, cui Vuallia nomen, cuius Regulus Ludouallus vectigalis nomine Edgardo * Anglorum Regi tricenos lupos annuos pendere iussus est, vt genus ferè maleficæ & pecori noxiæ prorsus exterminaretur. Vnde præmia venantibus propostita, vt in Attica regione, si vera tradit Suidas, vbi legelata, qui lupi catulum occidebat, talento vno donabatur: qui adultum, duobus. vnde prouerbium, Nō parcemus his magis quàm lupis. Idem propè accidit in Gallia, Carolo VII. regnante, ac viribus Anglorum admodum molestato, * ingruente annonæ * summa penuria, in agro Parisiensi, lupis numero insolito & inaudita sæuitia armenta hominésque laniantibus, ita vt coloni villas passim desererent, ac vix moenibus defenderent. Optandus tunc fuit Pythochares tibicen, qui vehementi tibię sono fertur luporum impetum cohibuisse. Liquet verò ali-

* *Anno*

959.

Polydorus

lib. 6. Anglica hist.

in verb.

Φειδομυ

1438. in

Rosario

Ludouici

xi.

Alian.

lib. de animalib. xi.

cap. 28.

quando homines multitudine beluarum sæuiente
ibidem. patriam & lares proprios deseruisse, & alias sedes
 queſſiſſe. Megarenſes à muribus exacti ſunt, Rhœ-
 tienſes à Scolopendris. Stymphalidis paludis acco-
 le Hercules immortalitate donarunt, quòd innume-
 ras dirasque aues, quibus infeſtabantur, ſua vir-
 tute expulſiſſet. Cretenſes eundem cumularunt
Lib. 4. c. honoribus, vt inquit Diodorus, quia agreſte nul-
5. de an- lum animal in ea reliquiſſet, non Serpentem, Vr-
niq. geſtū. ſum, aut Lupum. Quo autem tempore Lupi lanie-
 nam tam cruentam vi diuina in Gallia exercebant,
 contigit Iacobum Scotorum Regem excuſſum ab
 Anglorum ergaſtulis, que totis quindecim annis tri-
 uerat, paulò poſt ab intimis in palatio nocte intem-
 peſta interfectum Iugeri: quòd prior ipſe Albanum
 Ducem, aliòsque è primoribus aulicis interficiendos
 curaviſſet: ne non eſſet verum quod obiectum eſt
 Tiberio ab inſula Rhodo reduci:

- *regnabit ſanguine multo.*

Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Lupos itaque in totum in Britannia defeciſſe mira-
 bitur nemo, qui conſiderabit naturam rerum, quam
 primus ille mundi genitor perenni fœcunditate do-
 nauit, multa in dies recentia inducere, inducta rur-
 ſus abrogare. Feſtis eſt eadem inſula, que Oceano
 vndiquaque perluitur: proinde fœturæ aptior eſt,
 & prodigioſe olim homines cauda equina tenui de-
 formes progenerauit: cum Thomas cognomento
 Bekettus, ciuis Londinenſis, Cantuarienſis Præful
 propter

propter morum & doctrine grauitatem creatus, Hæ-
 rico II. Anglorum Regi viſus eſt impenſius ſtudere
 Ludouici VII. Francorum rebus. Alebat odium, quia
 Thomas ægrè ferebat ad clara ſacerdotia admitti i-
 gnaros, & admiſſos impunè luxui & deliciis potius
 quàm ſanctimoniæ vel literis operam collocare. Me-
 minerat C. Valerium Flaccum ſecundi Punici belli
 temporibus perditâ ſolutis voluptatibus adoleſcen-
 tiam, cum primùm Flamen factus eſſet, conuerſo ad
 curam ſacrorum animo, quantum priùs fuerat luxu-
 riæ, tantum poſtea modèſtiæ ſpecimen euaiſſe. At
 in contrarium Chriſti flamines è frugali plerumque
 vita dicebat ad ſacros honores prouehi, & pauliſper
 in temperantiæ & meliorum ſtudiorum obliuionem
 venire obruta diuitiis veritatis memoria, quas non
 ob ſaſtum Antuſtitum, ſed in pauperum moderatam
 alimoniam vetuſtas inſtituiſſet. Pupugit hæc obiur-
 gatio Regem, nedum Episcopos aliquot malè ſibi
 conſcios: quorum ſuaſione factum eſt, vt Thomas
 tanquam rebus nouis ſtudens exularet, & in Galliam
 proficiſceretur, poſt ſextum annum rediturus, ſeda-
 ta iam Regis ira Alexandri III. Pontificis Romani &
 Regis Franci cohortatione. Sed quia Thomas à pri-
 ſtino munere ſacerdotum peruiaciam increpandi
 non deſinebat, recruduit odium nunquam niſi mor-
 te Thomæ expiandum, qui iam vulgò inimicorum
 inſimulatione iuris diuini atque humani cuerſor, li-
 bertatis publicæ oppugnator, & regiæ maièſtatis im-
 minutor poſtulabatur. Cùmque mœſtus & inſons

*Valerius
Max. lib.
6. cap. 9.*

*Polydor.
lib. 13. in
Henrico*

*Gillius cõ
ira ait*

*Thomam
fauiſſe opi-
bus ſacer-
dotum, an
no 1163.*

*Rege repu-
gnante.*

Strodum vicum ad Medueciam flumē Rocestriæ peruenisset, fuit incolis ludibrio. Hi primū conuiciis ac pulsatione virum incessere: deinde caudam equi, quo portabatur, amputare ausi, diuinius obtinere, vt Satyrōrum more caudas sibi & posteris acciperent: quales Ptolemæus famam secutus refert in Indici maris insula nasci, ac propterea hanc *κατύπων* dici iuxta decem alias insulas lapide Herculeo insignes, apud quas nauigia detineantur, si clauos ferreos habuerint, ideoque ligneis construi ab iis, qui Anthropophagos habitatores formidant. Secuta est infamiam efrænata & contumeliosa gentis mors Thomæ à scelestis sicariis Regi Anglo gratam rem facere arbitrantibus illata. Ille tamen iureiurando affirmavit coram legatis ab Alexandro Pontifice missis, nec iussu, nec rato, sibi sancti viri necem vnquā placuisse. Obtinuit postea, vt pro Britannico exilio Thomas cœli ciuis promulgaretur. Euanuit genus id hominum caudis villosis insignitum in Britannia, vt accepi, sicut Marforum in Italia, vi genitali virus quodcunque domantium: lenita, opinor, iam Thomæ bile vel loci cœlestis amœnitate, vel cursu temporis. Remanet tamen opprobrij vestigium, exprobrato etiamnum Anglis caudæ miraculo inter sales Gallorum & vrbana dicteria. Refrixit enim toto mari discretis connexum odium, inchoatum, vt aiunt, olim dum Clotharius II. Francorum Rex Dagoberto filio in Saxones belligeranti & saucio suppetias ferens, eisdem extremè profligauit, & vastato agro,

Lib. 7.
Geograp.
in India.
Nodie non
existat in
Anglia
hec gens
Polydoro.

Platina in
Alexandri III.
vita.

A. Cell.
lib. 16.
c. ap. 11.

reliquit neminem ense suo proceriorem, crudeli edicto, & Saxonibus, à quibus Angli sint oriundi, fufnesto, Bertoaldi ducis proteruitate: qui rebellione & bello laceffens Francos, Dagobertum Regem designatum in capite vulnerans, recisos cum cute crines superbè ostentarat. Incensæ paululum inimicitie folles adiecit aliquis dæmon: ita vt Angli non nisi Francorum mortem aliquando viuere se crediderint: sæpè etiam pro scopo iuuentæ ad sagittandum exercendæ Galli imaginem proposuerint, tanquam maximè hostilem, pro salute, non modò pro gloria, feriendam. Quanto melius Balearium insularum, qui primi fundarum vsū inuenere, aut extulere, tyrones? Hi nullum cibum prius sumere dignabantur, nisi quem ex funda destinato loco percussissent: sic à matribus teneri instituti, vt signo optabili & minimè inuiso fruerentur. Contrà Galli terra marique ab Anglis diuexati prædatorias naues Brigantinas appellarunt, à Brigantum ciuitate, quondam totius Britannia numerosissima, & armis maximè idonea. Vvallos nunc dici aliquis existimet, cum abolitis nominibus opidorum & regionum in Brigantino tractu quæritur ipsum Brigantium, non prætermisum à Seneca Stoico in ludo de morte Claudij Cæsaris:

Annon.
lib. 4. cap.
18.

Nic. Gill.
in Dago-
berto. 1.

Gaguin.
testis ac-
latus.

Diod. si-
cul. lib. 6.
de antiq.
gestis.

Cornel. Ta-
citus in
vita A-
gricola

Proconsu-
lis.

Beatus

Rhenanus

Vvallos
quoque
putat.

- ille Britannos

Ultra noti littora Ponti, & caruleos

Scuta Brigantas dare Romuleis colla oathenis

Iussit. Sic Liburne dictæ sunt naues

Ccc ij

à Liburnorum prouincia & gente, cuius auxiliis Augustus in Actiaco prælio præcipuè fudit Antonium. Heret nauigiis nomen à Liburnia Dalmatiæ parte, vbi Tragurium marmore notum, Salona, & Iadera, opida nobilia. Maiores Liburnas, quæ vicenos propè remiges in singulis partibus habeant, & scapham exploratoriam, Vegetius ait à Britannis Pyctas vocari. Vtitur ea hyperbole Polydorus in Henrico vi. Anglo, vt dicat, mutaturum pellem citius Æthiopem, quam Francus Anglum toties victum, toties victorem, diligit. Quare Francis sæpè interdictum est Britannico solo: capitale esse, si quis in eo esse, degere, vellet. * Paria facientes Franci in Anglorum æmulatione, omnes homines alienigenas Albinos vocauerunt: & lege regia testamenti factionem vtramque eis ademere, nec non ius legitimæ successionis, itavt nec liberis fortunas opesque suas possint relinquere, Rege quicquid possederint occupante: nec longo tempore fieri, quo magis pro peregrinis esse desinant, nisi rescripto principis ciuitate donentur. Nam optimus princeps procliuius est aduersus legis acerbiter ad gratiam faciendam peregrinis, quos Plato Deo vltori curæ esse notauit, cum amicis cognatisque careant, maiorémque misericordiam mereantur: ideóque graua esse admissa in illos peccata, & seuerius vindicanda. Antoninus Pius Augustus omnibus Imperio Rom. subditis generali sanctione ciuitatis ius concessit, & peregrinitatem nisi propter scelus exulum non admittit, orbem Romanum inco-

Vegetius lib. 4. cap. 33. ca. 37.

ut sub E. doardo 3. Polydorus.

De iure Albanagij. Iuris in terpres Benedictus Cadurcis, ommissa Albinis origine, vel ignorata, scripsit. Dialog. 5. de legib. s. ult. in Authenti. co. v. lib. de cetero. coll. 6. ubi interpres solos Romanos incolos respicit.

Iere volentibus. Atqui in Gallia durat constitutio de Albinis ab Albione insula, id est, Britannia nuncupatis, quam omnium in Europa latissimam diximus. nisi libeat Albinos pro maximè alienis peregrinifque enarrare, à creta qua veteres consueuerant pedes mancipiorum trans mare aduectorum & venalium notare. Vnde indignabatur Iuuenalis, quòd intumescat diuitiis,

Plin. lib. 35. ca. 17.

-claro nec cedat honori

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albū.

Cæterum inter insulas insigniores post Albionem Eustathius Siciliam ponit, secutus Dionysium autorem: tertio Sardiniam, mox Corsicam, deinceps gradatim Cretam, Euboiam, Cyprum, Lesbos. Lycurgus Lacedæmoniorum legillator lege sua, quam *ἐπιλασίαν* nominabat, peregrinos omnes expellebat, ne exteris immistis ciuium mores in deterius mutarentur. At Athenienses officiosè peregrinos prosequerantur, dicata propter eos Misericordiæ ara, & bellis frequenter eorum gratia susceptis: ad eò, quod vno loco æquum visum est, alibi durissimum existimatur. Galli media semita ambulantes, exteros homines pro arbitrio cuiusque suo viuere, & familiarémque cõstituere permittunt: mori autem, & supremas tabulas condere non item. Quin etiam indigenas alicuius doctrine nomine censendos præ alienis fastidiunt. Hos lubentius (in semet seui iudices) attoniti, hiantes, audiunt, demirantur, nimij candoris argumento.

In Com. metar. in Dionys.

Cosmographum.

Theophilus iurisperitus in s. ij. de iur. naturali.

PLANE si quicquam est quod Anglos Gallis tanquam bene meritis gratiam habere adigat, adiget potissimum Guilielmi Northmani pulcherrimum facinus, & sempiterna hominum recordatione dignum. Is etenim ex concubina venustissima Roberto Northmanorum Duci editus, patre Hierosolyma proficiscente voti soluendi causa, ea lege Henrico primo Gallorum Regi commendatus est, ut si quid sibi accideret, ditione paterna potiretur. Proinde cum obiisset Robertus in Bithynia, filium nothum Guilielmum successorem se dignum habuit. ut iure dixerit Euripides in Antigone, nothorum genus nomen habere culpabile, naturam verò æquale esse legitimis. Neque enim natura genitum reiicit, sed lege tantum paterna libido coercenda fuit. unde idem poeta: *ὅς γὰρ ἀν' ἄνευ φῦν, οὐτ' ὀνομα' αὐτῶν τὸ φύσιν διαφείπει.*

Citat in Andromeda stromone 75.

Quisquis, inquit, bonus fuit, non corrumpit naturam nomine. ut quidem patefactum est, Guilielmo Northmano res in media Britannia fortiter gerente, ubi Haraldum Britanniae occupatorem fregit, & sibi eam iure recepit. Haraldus enim nihilo melior Goduino patre, qui Edouardo Regi genero auidè semper pararat insidias, viro simplici magis quam sagaci, popularibus gratioso, regnum adepto tanta lætitia, ut omnes pro eius salute vota facerent. Is tamen aulicis honoribus Goduini liberos pro inita necessitudine insigniret, & Haraldum pincernam haberet, sciens tamen improba ingenia vix vlllo flecti obsequio, ab illis sibi semper timebat: & Guilielmum

Northmanum quondam hospitem suum nonnunquam accersebat, ei que gratificabatur ut amico iucundissimo, nec nisi muneribus cumulatisimè ornatum dimittebat, atque palam, si quando sine prole decederet, regni sui successorem plausibilem designabat: ut quidem contigit anno quarto & vigesimo postquam regnare cœperat. Tum Haraldus, genere, affinitatibus, ac cōgestis opibus fretus, diadema Anglicum arripuit, nō more maiorum, sed noua prorsus audacia, * pluribus dolentibus quam repugnantibus, & Tostone fratre non obscure obstrepente, & ^{Annus 1066.} ^{Volvdor.} ^{lib. 8.} seditiones miscente. Interea Guilielmus delectum habere iuuentutis Northmanicæ, classem parare, nihil non moliri, quo res in Angliam repetitum iret: in quam quidem opinione celerius peruenit, Occano tantisper impetum dissimulante, quoad in sulam Dux in conspectu haberet, precatus Deum, uti bono Reipub. suæ, suoque, terram videret, copias in eam expositurus ea parte capta, qua optimum esse egressum cognouerat. Triginta amplius illi erant grauia nauigia, præter longa cursu velociora, bene compacta, & adhuc integra. Ea tamen magna fiducia in littus, ad quod appulerat, deduci iussit, mox incendi, ut commilitonibus fugiendi spem adimeret, & vincendi necessitatem ostenderet. Audax facinus, ^{P. Emil. in philip. po 1. Iustin. li. 22.} ^{Idem de Fabio Maximo. Eio. rimum lib. 1. Strabonem. c. 11.} dicerem impudens, nisi bene vertisset: & nisi Agathocles Siculus eodem usus fuisset, dum in Africam transmisisset cum Hannone xxx. milium Pœnorū duce dimicaturus, & reportaturus victoriam. Gui-

lielmus igitur militum animos illiciens pro concione dixit, Aut moriendum alacriter, aut gloriose vincendum: Magno periculo ingens præmium totius regni Anglici paratum: nec domum cuiquam in promptu esse, ad quam perferre liceat toto mari dissito. Ad Hastyngum vicum maritimū castra posuerat stupefactis finitimis, & sæuientes in propriam classem hostes admirantibus. De ea re certior factus Haraldus: Inuidens, inquit, o amici, nobis prædam Northmani, ideoque incendio nos præueniunt. Nihil est quod trepidetis: demonstrabo breui, si Anglicum animum roburque retinueritis, ostentatam temeritatem multum à fortitudine dissentire. Postea interritus educit suos in aciem, expeditissimum quemque inter alas equitum ab utroque cornu pugnare iubens. Guilielmus instructum ad pugnam Haraldum conspicatus, nullam moram facit prælio, equitatum in utroque cornu distribuens: mox ipse è media acie profiliens, initium & copiam pugnandi facit, nec prius desistit, tum hortando, tum feriendo, quam Haraldum trajecto sagitta cerebro ex equo labentem & oculos versantem videt, & Anglos magna ex parte faucios concidere, aut fugam integros capessere ad septem & quadraginta milia: cum sex duntaxat milia Northmanorum desiderata prædicentur. * Confestim victor Guilielmus Rex salutatus, ab Aldredo Eboracensi Præsule coronatur: regnum præfidiis, semetipsum beneuolentia subditorum confirmat, erogatis pecuniis, & vestigalibus extenuatis:

* Victoria
hac fuit
anno
1067.

nuatis: deinde, quod Imperij cuiusvis stabiliendi caput est, leges opportunas statuit, veteresque roboraui, quas Edouardus Northmanicæ alumnus atque imitator sanxerat. Has queritur Polydorus idioma Northmanico vix Anglis Gallisque intelligibili perscriptas: nesciens Principum placita & legillatorum sanctiones dignas esse singulari & inusitato sermone, quò magis vulgo admirationi sint. Gaudent enim sanctæ res abstrudi, & à communi intelligentia femoueri. Idcirco Decemviri Romani in XII. Tabulis dicendi genus exoletum & austeritate venerandum usurparunt, ut ibi, *De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ollosque, quos Censores in partibus populi locassint, ne ferunt.* & alibi: *Ne lessum funeri ergo habento.* de quo verbo Sextus Ælius, L. Acilius Iurifconsulti perantiqui dubitarunt, suspicati genus esse lugubris vestimenti, donec Lælius aperuit esse ciuationem muliebrem, à Solone quoque in funere vetitam: cui minimè paritum est in Anglia, Guilielmo Rege mortuo in Gallicæ confinio, in quam traiecerat iam grauis ætate, & ventre prominente insignis, cauillo Philippi Francorum Regis offensus, qui Guilielmum Rothomagi agentem pertæsus, rogauerat aliquando eius familiarem, numquidnam tandem pareret, qui tandiu gessisset vterum. Id resciscens Guilielmus dixisse fertur, se pariturum instar Semeles cum flammis & fulmine: idque nimium veraci vaticinio. Nam limites Francorum magna vi ingressus, igni & ferro obuia quæque vastauit: & sicut Semele

In Refario
Ludouici
xi. in fine
anni

1066.
Polydorus
queritur
in Guilielmo
coque-
store.

Cicero re-
fert lib. 3.
de legib.
ubi alia
exempla.
lib. 2.

enitens periit ruptis visceribus, forsan equo ferociter desiliente. Corpus sepulturæ regio ritu mandatum est Cadomi in Stephani æde à se extructa, cuius laquearia planctibus populi vt ex composito respōdebant. Roberto filio Northmania ex patris testamento obuenit, Guilielmo Rufo Britannia: postquā Henricus frater, sicuti pater prælagierat, regnauit, primi Henrici nomen nactus, & populo iucundissimus, quod legibus patriis ex immensa copia coarctandis & feligendis animum applicuisset, forensium quæstui & argutiis modum impositurus. Non enim Angli iure populi Rom. lites dirimunt, sed municipali, & regiis constitutionibus. Scoti contrà, Tueda flumine & Solueo amne ab Anglis separati, mentibus & legibus longiore interuallo disterminantur: olimque ipsi Anglis magis truces habiti fuerunt, & victus ferini: cum D. Hieronymus tradiderit à se adolefcentulo in Gallia viuos Scotos, gentem Britannicam humanis carnibus vescentem, ita vt nec mulierum papillis parcerent, sed eas in deliciis haberēt, alioquin gregibus & armentis abundantes, promiscuis vxoribus vterētur: adeò omnia sursum versum longa ætas mutat. Sunt verò hodie Scoti Anglis perquam rarò concordēs, & in litibus definiendis diuerso iure vtentes, quamuis connubia reconciliandis principibus aptissima plerunque intercesserint: vt cum Henricus primus Mathildem sororem Edgari Scotorum Regis vxorem duxit, tam cupidè, vt cœtui virginum consecratam abduxerit, non tamen in-

Lib. 2. E-
pistol. con-
tra Ioni-
manum,
cap. 36.

genitum odium potuerit restingui: non magis vtique quàm fieret Gagates lapis ex nigro gemmeus, cuius vena Britannicum solum pollet, qui que aqua ^{solinus in Polyhisto-} accenditur & ardescit. Ex eo solido lapide in regia ^{re, cap. 25.} Scotiæ ciuitate Edinburgo statuam fuisse positam <sup>ubi ait o-
leo restin-</sup> iustè proceritatis Arthuro Magno toti infulæ æqua- ^{qui.} biliter imperāti accepimus, habuisseque anulum au- ^{plin. lib. 33. cap. 1.} reum sine gemma in medio digito iuxta Britaniæ & Gallia præscum morem. Romani autem, vt in Numæ & Seruij Tullij visum est statuis, minimo proximis dabant, aut pollici proximis, vt in deorum statuis. Iuuuit tandem minimum auro impedire. De- ^{ta fuit statua, cum primùm Scotia Arthuro mortuo} fuit statua, cum primùm Scotia Arthuro mortuo sibi Regem optauit, & odij aduersus Anglos, & fœderis cum Gallis percussi tenacissima, Achaio Rege initium dante: qui videns Saxonum opes magis ac magis inualescere, nec potentiam eorum limitibus fluminum satis coërçeri, maiestatem Caroli Magni <sup>Polydor. lib. 5. An-
glicæ hist.</sup> reueritus mutuum pepigit auxilium: quod inuolutum viger, redintegratum maximè à Iacobo v. Scotorum Rege Magdalenam Francisci i. maiorem filiam nuptiis celeberrimis Lutetiæ ducente. * Sed dū * ^{Anno Christi 1537. mē-} transfretat adolefcentula nauigationi inuicta obiit, ^{se Ianua-} tanquam velis & remis, vt aiunt, ad cœleste regnum ^{110.} pro Scotico properaret, supremo cōiugis mœrore, quod consorte dulcissima priuaretur, & Regis maximi & amicissimi filia: ita vt plangens se consolantes increparet. Sinite, inquit, me esse hominem, & velut naufragum propter iacturam mercis pretiosissimi



mæ in mari factam dolere. Solatio illi postmodum fuit vxor Gallicana ex inclyta Guisiani Ducis domo, enixa tandem Mariam puellam, quæ nubens Francisco altero Magni illius nepoti, Delphino, deinde post Henricum parentem, inuictum Marte serio, ludicro sublatum, Rege, gustata vix regni amplissimi dulcedine, orbata marito in Scotiam incredibili Gallorum tristitia & desiderio remeavit; formæ gratia ingenio singulari digna præcellens: & quandiu vidua perstitit seculo quamuis impacato, regnum Scotiæ summa moderatione interim gubernans. Num in posterum aliud eueniat, nihil statuo, nec ariolari libet, præsertim de sexu vsque ad eò mutabili: quippè cum non sit locus Scotis legis Salicæ Francorum, quæ fœminas à regni successione arcet, sicut nec in Anglia, cui sexus discrimen displicuit etiam antiquitus. Corn. Tacitus scriptum reliquit, paulò antequàm Vespasianus imperaret, Voadicam regij generis fœminam Duce(m) (neque enim, inquit, sexum in Imperiis discernunt) Britannis addidisse animum, sumptisse bellum contra Romanos, Suetonio Paulino absente, & in Monam insulam profecto vires rebellibus ministrantem: tum præbita occasione terga, collata Britannicæ seruitutis mala, nihil proficiente patientia, nisi vt tanquam ex facili tolerantibus grauiora impenderent. Voadica igitur instigante in sparsos per castella Romanos sequitum, expugnata præsidia: factum denique quicquid ira iubere solet, & victoria. Quòd nisi Paulinus cognito prouinciæ motu

In vita
Iulij Agricola.
Xiphilin^o
antem Bⁱ
duicam
vocat, Ne
ronis scru-
lo.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 475
propere subuenisset, amissa mulieribus armis & auspiciis foret Britannia. Præfuerat cum magna dignitate Britannis Voadica, in tribunal factum ex terra palustri, more Romano, conscendere solita quoties oraret, milites extimulans ac facile impellens, voce aspera, procero corpore, capillo fuluo ac prolixo, forma honestissima, tunica sinuosa & vericolori, torque aureo decora: hasta, quam in manu habebat, spectantes perterrefaciens, exercitu ad centum viginti milia hominum comparato; quem singulis annis à Romanis tributo redimi vehementer conquirebatur: à quibus fracta bello, morbo & angore animi intercidit. Hodie quoque Elizabetha Regina post Mariam sororem inaugurata, Britannicæ imperat, alteram secum Reginam habens, id est (quando sic placuit Sophocli non ignobili tragico) orationem Reginam rerum, & flexanimam dicendi vim eruditione cumulatam, & leporem Latinè Italicæque expressum, necnon Gallicè. Nemo illi Latinas literas iure inuiderit, cum constet Carmentam Græcas ab Euandro filio ex Arcadia profugo in Italiam adlatas, in Latinas primùm commutasse. Cæterum Elizabetha longè præstantior, vltro citroque cum Gallo Rege legationes & amicitiam haud dissimulatam, vt arbitror & desiderio, fouet: amicos promereri, & inimicos propulsare gnara, viris imperitans, & vicissim viro- rum consilii parens: felix & æternùm laudanda, si in ea, quam iam pridem terit, pacis & virtutum via, simul cum Gallorum genio perrexerit: cum sit pru-

Ita Xiphilin^{us} in Nerone.

* Ab an-
no 1559.
25. sive a-
tatis sue.
Quintil.
lib. x. cap.
vlt.

Hyginus
lib. i. cap.
277.

dentis cum eo, concordiam alere, in quem victoria sit difficilis. Quinetiam maiorum facultates in posteros transmitti leges volunt, non simultates: sicut è diuerso nonnulli à mutua patrum beneuolentia desciuerunt, & materiam nouis prebuere disidiis. Zopyrus namque vnus è septem, qui à Perside Magos substulerat, transfugam simulans, precisis naribus atque auriculis, sponte mutilus, vt inhonesta vulnera à Dario passus putaretur, Babylonis inde copiis prepositus Persas introduxit, & urbem Assyriorum clarissimam Darij imperio adiecit, tam tristi astu superatam, vt Darius diceret, preoptare se nihil incommodi passum Zopyrum, quam viginti sibi Babylonis dari. Atquin hic, qui tato opere suis Persis studuit, ex Megabyzo filio, qui dux contra Athenienses in Ægypto fuerat, nepotem substulit Zopyrum, qui à Persis ad Athenienses transfugit. Sed quorsum ego tam longè ab Anglis & Francis abeo? An nescimus Philippo Pulchro tandem bene cõuenisse cum Anglo, inducta prorsus disidiolorum preteritorum oblivione, secuto matrimonio Edouardi secundi, ab eo Edouardo geniti, qui post Guilielmum Northmanū primus est habitus, dum Isabella Philippi Pulchri filia longè pulcherrima* pro sempiternæ pacis pignore Angli iuuenis in manum venit? Ex qua editus Edouardus III. quem mater sagacissima impulit, vt apud Ludouicum Hutinum auunculum se Franciæ clientem pro Aquitania, quam nutantem tenebat, sacramento profiteretur. Nam Philippus Pulcher

*Hærodot.
4.3. in s.*

** Anno
1303, corro
natur an-
no 1308.*

ore, mente & nomine conspicuus, ex Ioana Nauarreg Regina vxore tres filias, totidemque filios substulit: * quarum secunda Margarita Ferrando Santij Regij Castulonensis filio locata est: tertiam Catharinam mors prematuratione inuolutam prociis multis preripuit. Mares liberi fuere, Ludouicus Hutinus, Philippus Longus, & Carolus Pulcher: qui tres regnum tenuere Francorum, seruato naturæ legisque ordine: ad eò monstratos vix dum regno fatum preceps auferebat sine prole mascula superstite, aut ea minimè vitali. Tres enim hi Reges fratres gradatim totidem lustris intercederunt. Quocirca lege Salica manum prebete proximus agnatus in solium regium ascendit. Is fuit Philippus Valesius trium Regum proximè defunctorum patruelis, filius nimirum Caroli Valesij, qui Philippi Pulchri extiterat frater. Frendebar Edouardus huius Pulchri nepos, materno iure Galliam sibi vendicans, legem Salicam insulsam dicens, & antiquari dignissimam: idque per Oratores facidos suadere proceribus Gallis conabatur. Quibus falsè responsum est, legem regiam à Pharamone latam maximum & sanctissimum esse Galliæ munimentum, ad naturæ amussim fabricatum, quauis colu & gynæceo angustius. Dux etenim natura in multis potiores fecit mares mulieribus. Accedebat, quòd armis & consiliis regna acquiruntur & stabiliuntur: in vtrisque verò quàm parum valeant mulieres, in promptu esse. Proinde Anglum contentum esse oportere ea insula, in quam fors ipsum relegasset, & iis terminis,

** Ita in
Rosario
Ludouici
x. Polydo-
rus duas
tantum,
lib. 19.*

quos Oceanus ei præscripisset. Emissi feruntur versiculi de hoc dissidio in huiusmodi sententiam, quàm nobis vestigia antiquitatis odorari licuit:

Martia non trahitur muliebri Gallia flo:

Digna viro Rege est, vel magè digna Deo.

Cæterum Flandri erga Anglum propensiores, Philippum Gallum reperti regis nomine fugillarunt, velut fortuito, non iudicio allectum. Contrà Franci Edouardum Picti disterio notarunt: quia nuperrimè se Galliæ Regem nuncupari edicto præcepisset,

* Anno 1340. in Rosario Ludouici xi. Polydor. lib. Anglica hist. 9. in fin.

appictis liliis tribus in Angliæ insignibus, * præter tres iubatos Leones, quos non ex Africa, sed ex mera Gallia eduxisset: nempe autore Guilielmo Northmano Angliæ domitore perpetuo & præclaro. Placuerat huic Duci Gallo Leonis victrix natura, & cõsensu hominum, penè etiam animalium omnium, regia ferocitas. Ideoque cum Lucullus Romanus Mithridatis euerso regno in Troade quiesceret, vocem hanc in æde Veneris audiuit: τὶ κνώσας, μεγάθυμος

Suid. verbo κνώσας.

λεων, ἡλεεινὸς καὶ ἐργυρὸς. id est, Quid dormis, magnanime Leo, hinnuli sunt prope te. Quare surgens Romanus dux Mithridatem prorsus oppressit. Nec deest pietas & clementia Leoni, planè Regibus congruës,

Ælian. in historia animal. lib. 17. cap. 10.

& eos Deo assimilans. Victis enim & proiectis ignoscit, & parentes suos senio graues alere dicitur. At verò Angli Leonis effigie picta iactabundi, à Gallo illo Guilielmo superati, mox adiuti & illustrati, nobilitate, armis & opibus, non valde memores patris adeò generosi se ostendebant: sed pertinaciter fœmina-

minarum regno studia sua accommodabant, inuita lege regia multis seculis vsurpata in tractu Celtico: Ita vt complures eorum assererent, neuiquam fœminæ inuidendum esse sceptrum, quæ aliquando (maximè in Anglia genita & educata) sedi Petri Apostoli sanctiss. præfuisset: rarum vtique & auditu iucundum facinus, famæ & scriptorum testimonio iam pridem ventilatum Ioannis VII. Pontificis Romani. Is Anglicus cognomento, sed re vera & domo Maguntinus, sexum mentitus in adolescentia Athenas profectus est vnà cum docto viro, cui fœminæ pro mercede disciplinæ pudicitiam permutasse putatur, falso rumore forsitan, ac breui perfecisse, vt antiquo vrbs splendori iam cladibus infuscato doctrinæ excellentia responderit: ita vt Romam reuersa omnium in se oculos conuerterit, præsertim sacrarum literarum notitia & explanatione: quæ non parum ei profuit, vt Leone III. defuncto, pro mare habita ex ingenio, cultu & vestitu, Pontifex crearetur. sicut Agnodice illa Attica, quæ Hierophilo medico se in disciplinam dedit, sexum occultans: cum edixissent Athenienses, ne seruus, néve mulier medicinam disceret, aut faceret: cumque sedulo multum profecisset studiis, mulieres ægras clam curabat, sexum illis detegens suum. adeò vt iuxta Hesiodi prouerbium, medici medico inuiderent, & tanquam glabrum & imberbem corruptorem insimularent coram Arcopagitis: à quibus propè fuit vt damnaretur, nisi suum sexum & alienam calumniam

platina in
Ioanne
VII. anno
Christi,
1583. in
Chronico
Palmerij.

Iul. Hyginus Augusti liber
Ius lib. I.
cap. 174.

patefecisset, & causa cognita obtinuisset, vt imposte-
rum ingenuæ fœminæ impunè medicarentur aliis.
Ediuerso Euclides è domo sua Megaris Athenas ad
Socratem audiendum commeabat tunica muliebri
& pallio versicolore amictus, caput & ora velatus, vt
vel noctis aliqua hora consiliorum sermonumque
cuius fieret particeps: quoniam decreto Attico cau-
rum fuerat, capitale fore, si quis Megarensium Athe-
nas pedem intulisse prehensus esset. Laudanda her-
culè fuerat Ioanis prodigiosa versutia, nisi malè de-
fuisse, biennio, mense vno, diebus quatuor, post a-
deptum honorem puerperij seu abortus doloribus
qualis esset reuelans, & moriens. Inde factum aiunt,
vt nemini liceat esse Pontifici Romæ, priusquam in
Lateranensi Basilica sexus fides explorata fuerit: vel
ad hoc, vt se hominem sacer Pontifex meminerit
pro castimonia aduersus naturæ stimulos luctaturum.
Quid si Ioanni forte accidit vt sexum mutaue-
rit? sicuti è diuerso T. Liuius asserit, eo tempore, quo
T. Gracchus Proconsul apud Beneuentum contra
Hannonem Pœnum pugnavit, proposita seruis li-
bertate, qui caput hostis retulissent, ex muliere vi-
rum factum Spoleti, ancipitis pugnæ indicio, cum
Romanis impedimento essent capita hostium, pretiũ
libertatis facta. Nam ea abscindentibus tempus tere-
batur, occupata dextera: quoad signum datum est
abrogati edicti, nec dubiæ libertatis strenuis futuræ.
Plinius ipse se vidisse testatur in Africa L. Cossicium
nuptiarum die in mare mutatum.

*A. Gell.
lib. 6. cap.
10.*

*Decad. 3.
lib. 4.*

*Lib. 7. hi-
stor. nat.
cap. 4.*

Nec satis antiquum, quod Campana in Beneuento

Vnus ephëborum virgo reperta fuit,

vt inquit Aufonius, exempla alia subnectens. Sed
ij non credent hoc euenisse, qui non recordantur v-
xorem Loth in salem versam, & Deum mira facere
oblitum suspicantur. An non ille est, qui fœminis
quibusdam spiritus viriles inludit, aut diuinos po-
tius? vt Deborah Prophetisse, vxori Lapidoth, quæ
populum Israël iudicauit sub palma sedens. Hæc
præterea comitata est Baracum Regem aduersus Ia-
bim Principem Chanaan nongentis curribus falcatis
superbum, & Sisara duce copiarum: quem è prælio
demum fugientem in territorium Heberi Cinei fœ-
derati, laela dormientem mactauit clauo per tempo-
ra traiccto, callida mulier Heberi vxor, nihil à natu-
ra sui sexus degenerans, dolo malo bonoꝛe plura
quàm iusto certamine conficientis. Nam nec deco-
rum est mulieri arma tractare: idque lege Hebræa
cautum est, ne mulier gerat arma* virilia, nec vir
muliebri vestimentum, vtrumque Deo execrandũ.
quanquam Plato & alij quidam Philosophi nihil
eximium supra mulieres in prælio præbituri aliter
lege parum virili sanxerint. Pro penatibus & liberis
etiam feras pugnare docent: vtique pugnant alio de-
stitutæ auxilio. Nec puto Æthiopes, quos Eusebius
à Regina muliere quondam gubernatos more regio-
nis tradit, in arcendis prouocandisve hostibus tam
ipsum arma expectasse, quàm Imperium & consiliũ.
Cæterum huius muliebris dominatus non leuem fi-

*Lib. Epi-
gramat.*

Genes. 19.

Iudic. 4.

*sic ver-
tit sãctes
Pagninus
Deuter.*

*cap. 22.
Dialog. 7.
de Legib.*

*Lib. 2. Ec-
clesiast.
hisor. c. 1.*

dem addit Eunuchus ille Candaces Reginae Æthiopum gazæ præfectus, qui vadens Hierosolyma adoraturus, dum redit in curru sedens, & Esaiam Prophetam legens, à Philippo Apostolo fido comite & interprete, aqua obuia & spiritu sancto lustratus est. Adhuc in India Æthiopica Prestei Ioannis subditi, ab Oriente contermini mari Rubro, religionem Christi, quam à maioribus acceperunt, D. Philippi præceptionibus institutam prædicant. Nam, ut arbitror, mulieris imperio iam pridem obsequi desiere: & Mæotici *γυναικωνपालίδες* * etiam privati ac multum præposteri mulieribus obtemperantes: iuxta quos P. Mela ponit in Scythia regna Amazonum. In Europa, inquit Hippocrates, genus est hominum Scythicum circa paludem habitans Mæotim, quod à reliquis gentibus maximè differt. Sauromatæ appellantur. Horum femine equites sunt, arcubus utuntur, & sagittas iaculantur, ex equis cum hostibus congregantes: neque prius nubunt, quam tres hostium confecerint, & sacra Deo patrio more fecerint. Quæ nubit, ab equitatu libera est, nisi communem expeditionem necessitas iubeat. Mamma dextra in infantia priuatur æreo instrumento igne candefacto, ut robur in humerum & brachium dextrum transferatur. Et hoc mihi verisimilius videtur, quam sine viris genus suum Amazones diutissimè propagasse. Viros quidem habuere, sed de industria debilitatos, ne iure suo uterentur. Atque ita Thermodoontis feraces ripas in Cappadocia occuparunt. Afiq̃ partem vsque ad Syriam

Id est, mulieribus parentes. Lib. 1. ca. 19. In lib. de aere, aquis & locis.

Diodor. siculus li. 3. de anti- quor. gest.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 479
bello subegerunt, donec Hippolyten earum Reginam Hercules baltheo ablato domuit, & audaciam ac gentem muliebrem repressit, ita ut vix ex reliquiis Penthesilea superfuisset auxiliium allatura Troiæ adversus Græcos, & Achilli absenti minatura exitium,

Aurea subnectens exerta cingula mammae Bellatrix.

Sed diu aliò detorsere *Ex virtutem. Nam ipsam Achilles tamquam vernum flo-* *gil. 1. Æneid. Calabro lib. 1. Derelictorum Homer.*
rem gladio demersit, & ex equo moribundam deturbavit, ipsius vires fiducia minores declarans, & fortunam post bladiuscula initia in extremo foeminei sexus arma nausentem. Penthesileam tamen secuta est tempore Alexandri Magni Thalestris circa Thermodoonta amnem Themiscyren campos incolens, & inter Caucasum montem & Phasim fluvium imperitans, trecentis foeminis comitata Regem victoria gliscente elatum adiit, duas læceas dextra preferens, leua corporis parte ad pectus nuda: haud dubiè ausa fateri ad communicandos cum rege liberos se venisse, ut regni generaret hæredes: foeminei sexus se retenturam, mares reddituram patri. Cùmque exorasset, XIII. dies in obsequium desiderij absumpsit, antequàm regnum suum repeteret, uterum plenum referens: ut Saba plenum animum, dum ab Austro vltimisq̃ terræ finibus venit, secuta Solomonis famam, & periculum factura sapientiæ admirandæ. Poterat Semiramis armata iure laudari, quæ post Nini Assyriorum Regis obitum Babylonem cocto latere & bitumine condidit, Æthiopiam regno suo

adicit, Indiæ bellum intulit ante Magnum Alexandrum victrix: sed regno potita duos & XL. annos filij Nini concubitum petens, ab eo interfecta est. Dion non verò refert, Semiramim marito Regi aliquando perplacuisse, optionemque ab eo retulisse quiduis postulandi: Illam tum petiisse Imperium ad quinque tantummodò dies, atque obtinuisse: intra quos potentiam sibi, populo non dissentiente, vendicans, satellitibus maritum interficiendum mandavit. Miror quòd Tomyridis Massagetarum Regine exitum literis non prodiderit Herodotus: atque quemadmodum victrix & arrogans supra Scythicam feritatem domesticos in sese cõcitauerit post Cyrum, qui subactis Lydis & Asia, Massagetis insulabat, extinctū. Cyrus enim tanquam formidans, castra sua deseruerat vino & epulis appositis refertissima. Quod cum Regine nunciatum fuisset, Spargapifem adolescentulum filium ad insequendum cum tertia parte copiarum misit: qui doli ignarus, se ad epulum; non ad prælium accingens, & incautus cum suis à Cyro reuerso per noctem oppressus est. Tunc mulier non in lachrymas, sed in vindictæ desiderium soluta, collecto exercitu, æquo Marte cum Cyro certauit. Tandem ne doli expertem sexum ostenderet, itidem simulato metu hostem elicit ad notas militi suo angustias: mox repentè conuerso agmine, natura loci adiuta, vicit: adeò vt Cyro caput amputauerit, atque in virem cruore plenum coniecerit, iubens satiari sanguine, quem tantoperè sitiuerat. aperto documē-

Iustin. li. 1.

Alianne li. 7. var. histor. c. 1.

Herodot. lib. 1. & Iustin. li. 3.

Frontinus lib. 2. strage. cap. 5. ubi male Tamaris legitur.

to mortalium Imperij fame in præceptis ruentium: vt præterea declarauit Zenobia Palmyrenorum Regina inter duo Imperia Parthorum & Romanorum, & satis procul à Syrio littore, post mortem mariti Odenati, qui Nisibin & Orientis pleraque à Persis bello extorserat, Mesopotamiãque receperat. Imperauit itaque Zenobia liberorum suorum Herenniani & Timolai iure diutiùs quàm sexus pateretur, castitate singulari excellens, regali prorsus more viuens, ac Persico apparatu, galeata ad conciones procedens, limbo purpureo per vltimam fimbriam pendentibus gemmis, facillè persuadens eloquentia facili, vigentibus oculis, venustate incredibili, voce clara & virili subditis accommodata: ita vt, licet sobria, cum Persis & Armeniis potaret, historiæ rerum Orientis perita, Romanam Græcè plerumque legens, nec literas ab armis discludens. Hanc fregit Aurelianus Augustus dubio certamine apud Emessam. Demum illa de fuga retracta Romæ triumphata est, eocurru urbem ingressa quem sibi composuerat, Romanam se visuram cum eo sperans. quod eam non fefellit; quamuis ex voto non inuiferit. Solatio victæ fuit Tetricus senator Pop. Romani Præses in Gallia, Victorine matris instinctu Imperium sibi assumens: in quo non pauca feliciter gessit, ab Aureliano superatus tandem, & cum Tetrico filio, quem in Gallia Cæsarem nuncuparat, in triumphum ductus chlamyde coccinea, bracchis Gallicis ornatus, deinde viuere permissus, & totius Italiæ præfectura dona-

Pollio in 30. Tyrānis, 14. c. 28.

El. Popiscus in Aurelianus.

Pollio & Popiscus ad Traianum, anno Domini 276. in Chronico Eusebij.

tus. Nam & Zenobiæ vberes possessiones concessæ non longè ab Hadriani palatio, vt more Romano cum liberis vitam honestissimè transigeret, & Zenobiæ familiæ nomen daret, posteritate satis beata. Sed hac beator extitit Fredegundis Clotarij primi Francorum Regis nurus, Chilperici Tetrarchæ, mox in solidum Regis, coniunx, vt etiam quauis Zenobia

claudia.
lib. 1. in
Eutropiū.

versutior & immanior apprehenditur: quia

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum:

Cuncta ferit, dum cuncta timet: desæuit in omnes,

Vt se posse putent: nec bellua tetrior vlla est

Quam serui rabies in libera colla furentis.

Sic Fredegundis proculdubiò ex seruili conditione, quòd forma liberali polleret & obsequio apud Andoueram Reginam simulato, & quia ancillarum vernarum è grege nata, ingenuis moribus censeretur, Regi Reginæque mirificè placebat: ita vt hæc futuri nescia nusquam nõ Fredegundem suam prædicaret. vt Seuera olim prioris Valentiniani vxor Iustinam famulam, cum qua aliquando in balneo lauerat, pulchritudinis eximie gratia libenter commendabat viro Imperatori, ea laudatione vsque adè inflammato, vt lege lata, Seuera non repudiata, Iustinam nuptiis iustis sibi habere liceret, & Valentinianum iunio-rem cum aliquot filiabus ex ea gigneret. Atqui Chilpericus Andoueræ cœnobio virginum inclusæ Fredegundem, quam deperibat, suffecit, ancille suæ factus mancipium: cumque tum genuina inconstantia, tum procerum consilio rursus Fredegundem res suas

Annon.
lib. 3. c. 6.

socrates
lib. 4. hi-
stor. c. 31.
& c. 57.

suas sibi habere iussisset, Galsontâ * Atanagildi Hispani Regis maiorem filiam sibi copulauit: ac deinde illecebris Fredegundis irretitus fastidiuit, quoniam deformis videbatur, nuperrimè obducta facie lentigine, idque porrecto per Fredegundem pellicem vino, in quo Stello lacerta versicolor esset immortuus. Qua foeditate motus Chilpericus dormientem Galsontam in strato regio crudeliter præfocauit: iterum post Fredegundem lymphaticè insanens, quantum omninò Fredegundis estuabat post Landericum palatio præfectum, neque aliud per quietem somniabat. Interdiu verò coram Rege Landericum suum obliuisci nequaquam valens, saltem obrectando memorabat, non sine Regis suspicacis lætitia: quoad accidit Fredegundem meditabundam in cubiculo à Chilperico lustrante leuiter à tergo pulsari virgula, quam fortè manu gestabat venatum profecturus. At illa putans, optansque ictam se à Landerico amare, Ecquid facis, inquit, ô dulcissime Landerice: Quæ vox vbi aures regias violauit, indignans & ferme animi impos effectus, iram & obstinatum amorem, odiúmque in adulterum, vix lenire potuit, mare cœlo confundens tragicis clamoribus, Fredegunde interim se pudicam periuriis asseuerante, composito vultu ad innocentie fiduciam. Nam vt de mulieribus ait Iuuenalis paulò ditioribus,

* Galsontam vocat Gregor. Turonensis, li. 4. §. 23.

Annon.
lib. 3. c. 5.

Annon.
lib. 3. cap. 57. & Re-
sariū Iu-
dovici xi.
anno 587.

satyra 6.

- nihil est audacius illis

Deprensas: iram atque animos à crimine sumunt.

Præstabat castas humilis fortuna Latinas

Fff

*Quondam, nec vitii contingi parua sinebat**Tecta labor. -*

Plaudendum est nostro seculo, quo talia monstra ab aula exoleuerunt. Namque olim citius vno oculo quam vnoviro contentas clarissimas foeminas inuenies. Citetur Sefosis vetustissimi Aegyptiorum Regis casus. Is captus oculis responsum accepit decimum post annum, vt placato Deo, qui in Heliopoli coleretur, & inspecta mulieris facie, quæ nullum nisi proprium nosset virum, oculos ex integro reciperet. Ceterum ab vxore propria incipiens, & multas percurrens, vix vnam intactam reperit holitoris cuiusdam filiam, quam restituto visu, vxorem duxit, reliquas flammis deuouens. Sed quorsum Aegyptiã mulierem nomino? cum familiaria exempla superent. Scimus Leonoram Guilielmi Piætonum & Aquitanię Ducis filiam Ludouico VII. nupsisse, doratam Aquitanica ditione ex patris testamēto, qui voti soluendi causã D. Jacobi Gallecum sanum petens in eodem accepit tumultum, * luctum relinques hæredi, ac paulò post festiuitatem ob nuptias Leonoræ cum Francorum Rege. Exacto postea decennio incessit Regem optimum cupido visendi Hierosolyma, & vxorem, quam acrius oculis suis amabat, secū ducendi, ne, vti dicere solebat, dimidium animę dūtaxat suę illuc perferret. Quò cum venisset, Leonoram proteruam & morosam, votis que suis aduersariam sensit, non modò cum Aymone patruo Principe Antiocheno clandestinas insidias aduersus aman-

Diodor. siculus lib. 2. de antiq. quor. gest.

** Anno 1137. à Christo nato.*

tissimi mariti conatus molientem, sed etiam amore improbo Saladini Sarraceni Principis flagrantem, & propediem mare cum eo traiecturam, nisi sparsus rumor scelus vulgasset, perfecissetque vt Rex consultissimus in Galliam reuersus diuortiu cum Leonora fecerit, quæsito cognationis matrimonium præpedientis colore, & restituta dote luculenta: qua tamen multari adulteras ius ciuile præcipit. Itaque Leonora Henrico Northmanorum Duci locata est, tantumdem pudicitia habere credita, quantum prorsus territorij. Denique marito * post Stephanum Angliæ regnum adepto magnos motus compositu difficiles in Galliam excitauit, Ludouico Rege nihil non agente vt controuersias compesceret, abundè lucro sibi ducens, quòd vxore mala careret: vtpotè qui ob integritatem & mansuetudinem Pij sortitus fuerat cognomentum, quod erga vxorem parum illi profuit: non magis vtique quàm Philosophi Marco Antonino erga Faustina Antonini Pij filiã, & coniugem suam, quæ barbari gladiatoris amore incensa maritum sine tristitia grauem, & sine ignauia verendum, admodum torfit: donec ex Chalæorum consilio occisi gladiatoris cruore Faustina ablueretur: mox enixa Commodum filium gladiatorij ingenij, Reipub. incommodissimum. Planè Fredegūdis in turpi amore Landerici deprehensa, & periculum periculo redimi cogitans, in necem Chilperici coniurauit, submissis scariis, qui vesperi redeuntem de venatione semotis stratoribus mactarent, simul-

Nic. Gill. in Ludouico 7. anno 1147. & 1152.

l. Cum mulier. ff. soluto ma trimonio.

** Hic fuit Henricus II. Polydor. li. 13.*

Int. Capitolinus in vita M. Antonini Philosophi.

Greg. Tur.
ronensis
lib. 6. s.
46.
Annon.
lib. 3. cap.
57.

que vociferarentur, Regem à latronibus Aufrasiis circumuentum occidi. Proinde Rex Francus, Agamemnonis è Troiano bello reducis exemplo inte-riit, & priscam fabulam facinoris domestici veritate impleuit in Calensis villę prætorio: Lutetiam inde feretro regali transeuctus, vt sepulturam acciperet, maximo sacerdotum gaudio, quorum opibus & deliciis iam gliscentibus impense ac iugiter aduersabatur. Superstes illi fuit filius Clotarius anniculus, cuius natalidie adeò exultarat, vt Abolitionem publicam indiceret, & reos scelerum carcere eximi impu-nè iuberet, vt tradidit Annonius. Certè prosperri-mus fuit infans à patris funere regno suo, & vagitu solo ferè hostes suos debellauit, tutore fretus Lan-derico, qui patris Chilperici necè concinnarat, igno-scens tamen infanti innoxio: aliter atque Iulius Cæ-sar, qui Pompeij Magni nepotes, filiámque Pom-peiam, simulque Faustú, & alios ex agnatione eiuf-dem, occidi iussit, ne vel catulus superesset vltor quandoque precepti hostis. Sanè Landerici integri-tas erga puerum tum præsertim manifestata est, cum Childebertus vindicaturus mortem Sigiberti * pa-rentis sui Metensium Regis, quem Fredegúdis frau-de & imperio trucidatum à duobus perduellibus submissis perspexerat: & Austrosiarum lectissimo-rum robore congregato, addito Burgundionú sup-plemento, mandarat Gundaldo ac Vuintrioni du-cibus de Remensi Campania digressis Suefsionum agrum igni & gladio vastare. Iamque latè vagantes

P. Orosius
lib. 6. cap.
16.

* Hic erat
frater
Chilperi-
ci, mari-
tus Brune-
childis,
qua fuit
soror pesti-
ma Gal-
fonta in-
terfecta
dolis Fre-
degunda
à marito
Chilperi-
co, anno
570.

& securi magnas prædas egerant, cùm Fredegundis audacia plus quàm muliebri paruulum complexa Clotarium, obnixè Landericum & socios bellatores obsecrauit, ne se desererent, vtque tutelam pupilli & Reipub. Rege suo orbatę ex bona fide gererent. Non enim, inquit, puto vos ignorare quantum li-bertas seruitute, victoria calamitate potior sit: & lõ-gè melius esse acriter dimicare ac propulsare illatam iniuriam, atque ita in solo patrio occumbere, quàm molliter per socordiam & metum indefensum re-linquere: maximè cùm Deus communis vindex ad-iutorque sit eorum, qui spem & animum in defen-sione potius quàm in offensione collocant. Agedum experiamini, num Aufrasiij numero superiores, vi-ribus impares, eandem in bello virtutem retineant, quam in pace & otio procacitatem contra improui-fos ostentarunt. Hæc cùm dixisset, Martem arte iu-uandum edocuit, intempesta nocte iubens syluam proximam cædi, & Landerico audaciam exemplúm-que præbente, frondem cuiilibet equitum in manu tradi, vt procul aspicientibus hostibus sylua, non in-structa acies, appareret: eò magis quòd equis tinti-nabula appensa pabulandi gratia in syluam itum si-gnificabant. Proinde Aufrasiis aduentantibus, & ni-hil huiusmodi suspicantibus, Landericus pro fron-dibus ferrum stringi imperat, & signum dari, præc-udente semper Fredegunde Regem infantem efferen-te, & hortante pugnatos vel miseratione imbellis principis ad rem nauiter gerendam. Putassès vnam

Thyiadum Orgia Libero Patri celebrantem acutos
 ululatus & minaces cantus emittere, quoad incautos
 aduersariorum ordines grauis armaturę equitatu fu-
 sos ad internecionem hilariter conspexit, filium ad-
 pectus premens & exosculans: vt Constantij vxor
 Faustina filiam paruulam, dum Valens Cęsar Gala-
 tas oppugnatum iuit, iuncto sibi Lupicino Duce. Nā
 similiter lectica circumferri inter agmina infantem
 iussit pro Imperiali germine iras militum inflamma-
 turo, sicut, inquit Ammianus, Macedones contra
 Illyrios pugnaturi, aliquando infantis auspiciis vi-
 ctiores euaserunt. Itaque Fredegundis in extrema se-
 necta moriens, tam pietatis in filium, quā crudeli-
 tatis in maritum retulit elogium, vna penē magna-
 nimitatis laude immania flagitia obliterans.

SUPEREST fœminici decoris propugnatrix Ia-
 na Gallica, vel Anglorum Annalibus mirum in mo-
 dum, sed non pro meritis laudata, & quam Martem
 muliebrem dicere iure possimus, atque rebus ma-
 gnificè gestis præferre Telefillæ, quæ Argiuorum à
 Cleomene Laconum Rege afflictorum muros tutata
 est, sui sexus freta præsidio, præsentī animo, hostiū
 impressionem sustinens, nec bellicis exterrita cla-
 moribus. Atqui Iana non modò murorum securā
 ambitu Anglos profligauit, quoad vixit, sed patenti
 planitie crebrius: tunc maximè subueniens, cum de-
 ploratę viderentur res Francorum, interim Anglicę
 fortunę planè cedentes, postquā ad ipsius curam
 Caroli septimi Regis, boni magis quā felicitis, spe-

lib. 16.
 rer. gest.

Annon.
 lib. 3. cap.
 86.

Polydor.
 lib. 23. re-
 rum An-
 glicar.

Pausan.
 in Corin-
 thiaci.

etare tuitio incepterat. Namque Henricus v. Anglus
 Gallicos agros, viros, & opida latè possidebat: eō-
 que angustiarum Carolum perduxerat, vt inter io-
 cos Biturigum Regem ipsum appellitare non eru-
 besceret: quia Gallus tantisper fortunę impetum de-
 feruiscere sperans, Bituriges tanquam arcem tutif-
 simam elegerat: ob vnā causam bello petitus, quod
 Northmaniam & Aquitaniam cum Andibus conce-
 dere recusasset Anglo, qui legatos Clarigatum mise-
 rat, * olim inclyto Carolo vi. patriæ, & septimi hu-
 ius parenti amabili. Obtulerat vtrò tamen celebra-
 quædam Vasconię loca petitori, quæ fastidita fuere
 ei, qui Galliam totam animo auido iam hauserat, re-
 pteque parata classe Harfleo opidum maritimum
 ad Sequanam positum aggrediens, mari in Gallorum
 necem pacato, & velificantibus obscundante. Har-
 fleo expugnato grassatum est in Northmaniam exul-
 tantibus Anglis, non incruenta tamen victoria. Sed
 profectò multum iuuat principiò hostium aciem, tā-
 quam hastæ, retundere. Vbi enim incaluit dulcedo
 vincendi, ægerimè coercetur. Exemplo Anglorum
 Dux Io. Burgundus lassam externo bello Galliam
 contemplatus, & admonitus à quodam familiarium,
 ne occupandi occasionem fugeret, nisi refocillatos
 aliquando hostes fugere mallet, opida quædā Galli-
 ca sibi arrogare præsumpsit in Picardia & Campania:
 ne transuersum quidem vnguē ab antiquo gentis
 suæ odio discedens, Tanneguiō Castellano Parisio-
 rum præfecto conatibus eius, vt licebat commodius,

Emilius
 in Carolo
 vij. &
 Polydorus
 in Henri-
 co v.
 * Anno
 1414. in
 Rosario
 Ludouici
 vi.

Nic. Gill. *ann* 1417
in Carolo
vi. &
 1418. resistente, & Galliam iacentem ac ferè in os prostratam miserante: sed frustra. tametsi Burgundus tanquam arborem excutiens, Anglis legèdi fructus an-
 fam dedit. Nam dum Carolum Delphinum irreue-
 renter alloquitur, contumaciam luit, trucidatus ab
 Delphin^o, iis, quos iam pridem tædebat ærumnæ Gallicæ, & qui
 nouerant non minus parendo quàm imperando re-
 gna firmari. Sed Ioanni mortuo successit Philippus,
 in Anglorum gratiam nihil non faciens, quòvel bel-
 li vel pacis specie Gallorum res in deteriore loco
 ponerentur. Itaque Carolo VI. Rege senecta, quæ
 propè naturalis morbus est, & angoribus variis cir-
 cumsepto persuasit, vt certam pacem ac necessariam
 bello ancipiti molestoque præferret, vtque ex Hen-
 rico Anglo hoste præualido generum faceret, Ca-
 tharina filia sponsa, & Galliæ dominatæ concessio ei
 ac posteris: Ita vt Rex Francus, quandiu viueret dū-
 taxat, vteretur, frueretur. Hoc modo depectis ple-
 rique restitere apertissimè, nuptiarum solita gaudia
 Reip. funesta impostera fore præsumentes, * &
 Caroli Delphini absentis vicem dolentes, nec igna-
 ri, Gallos tunc quandoque fortiores esse, cum victi
 fuerint: præsertim Vicecomes Narbonæ, & Comes
 Boucanus Scotus, qui à Delphino de Pictonibus re-
 uerso Comes stabuli Gallici factus est plausibili ac-
 clamazione militum. Hi namque viderant paulò an-
 tè quàm strenuè ipse nauasset operam in cohortibus
 Anglicis aperto Marte frangendis, & Thoma Duce
 Clarentiæ Regis fratre occidendo, qui audacter ma-
 gis

* Nuptia
 facta an-
 no 1410.
 in Rosario
 Ludouici
 xi.

gis quàm fortunatè Gallos in certamen prouocauerat. Tunc Gallica pubes communi consensione vo-
 cèque dexteram efferens, simul dimicaturam se pro
 Delphino significauit, vsurpato vetere rei benè ge-
 rendæ signo, ac planè militari, vt Seruius adnotauit,
 Virgilianum illud explicans,

Tum vero augurium Rutuli clamore salutant,

Expediuntq; manus.

Elatasq; alit, quæcunque in bella vocaret,

Promisere manus.

lib. 12.

Æneid. v.

bi Luca-

nū citat.

Inde Lucanus:

Cæterum non respondit magnanimitati fortuna, &
 Burgundis Britonibusque Anglo studentibus diffi-
 culter eripi Gallia potuit: sed potuit demum mor-
 tuo Henrico III. Anglorum Rege, dum Lutetia fi-
 nitimisque opidis ac vicis potiebatur. Nam Carolo
 VI. Franco post naturæ satisfaciente, tanquam aduer-
 sarium malè recõciliatum apud cœleste tribunal ac-
 cusaturus excomposito sequeretur, filio ipsius Caro-
 lo regnum lacerum obtigit sine consueto honore
 inaugurationis: adeò vt non nisi decurso septem an-
 norum spatio diademate ornatus fuerit: interim, vt
 antè diximus, Biturigum Rex inimicorum suffragiis
 ludicris nuncupatus, Henrico VI. puero Lutetiæ iu-
 ra dante, auspiciis Ioannis Bedfordiensis Ducis pa-
 trui, quem testamento pater Galliæ gubernandæ præ-
 fecerat, tanto odio Gallorum flagrantem, vt non nisi
 illorum mortem viueret. Impiger alioquin & cir-
 cumspectus Princeps variis præliis Gallos afflixit,
 hostes nihil metuens: rumores tamen falsos in ca-

vtique

Rex obiit

anno

1422.

stris disseminans de illorum viribus & insidiis, vt milites suos admoneret diligentie. Aduersus tantum bellatorem diuina prouidentia iam Galliam adiutura equites duos rem viriliter restitutos induxit, Stephanum Hiram, & Potonem Xantraliu, qui cum fama sua Galliam angustatam extenderunt, maximè propugnata Aurelia, & eruptionibus crebris in Anglos obsidentes factis, tam feliciter & plausibiliter, vt non putem horum conspectum Gallis minus iucundum debuisse videri, quàm Romanis Castor & Pollux extitere, ex equo pugnare visi in acie, dum A. Posthumius dictator cum Octauio Mamilio Tusciano dimicaret. Sed præterea Poto orationis suauitate asperos quosque flectere gnarus, id egit legatus apud Burgundum Ducem, vt Anglis subsidium suppeditare desineret, infensus quia Bedfordiensem rogatum vt obsidionem Aurelianensem solueret, quoniam ciues se fidei suæ commiserant, exorare nequiuert. qua similitate Gallicus status mirificè refectus est, potissimum Comite Salberio glandis ignitæ ictu ab vrbis obsessis interfecto, & quodammodo fortitò electo, diuinitus nimirum extincto Anglici conatus principe, si Bedfordiensem excipias, qui noui tumultus sedandi gratia in Angliam transmiserat, atque noui delectus habendi, conscripto non paruo militum numero, Ioanne Talboto legionibus prefecto, ex non vltima nobilitate, & strenuitate primaria. Ille demum visus nullo Gallorum minor, nisi fortè illo, à quo fortiter victus est. Eius fa-

*Cic. lib. 2.
de nat.
Deor.*

*Polydorus
in Henrico vi.
Nic. Gill.
anno
1428.*

ma increbescente fertur Ioannes Britonum Dux * *Anno 1425. id- que post pugnam Vernoliensem.* ab Anglis desciscens, in partibus Gallorum esse maluisse, metuens ne victa Gallia cladis contagium in confines terras Armoricas paulatim serperet. Proinde gratiam Duci referens Carolus Rex Arturum ipsius fratrem Richemontis Comitem supremo magistrum militiæ honore donauit, quando Boucanus Scotus Vernolienfi prælio ceciderat simul cum Narbonensi Vicecomite, & aliis perpetuò lugendis, nisi pro Republica intercidentes solatia beatorum manerent. Nihil verò, si singula percurras, tam firmavit vacillantem Galliam, quàm aduentus Ianæ puellæ fatidicæ, * *Anno salutis 1428. Nic. Gill. & Polydorus. Ille Barri oriã ait.* ex Lotharingia Galliæ suburbana oriundæ, vel ex Vaucolore Barrensis ditionis, nisi coelestem ciuem malis conicere: quippè cum supra humanam virtutem, nedum supra sexum, sese bellicis factis dictisque sapiētissimis extulerit. Putasses Spartanam nurum disciplina virili imbutam, aut Camillam alteram Metabi Regis pulsi regno Priuernate filiam, in dumis & ferarum lustris nutritam, quia patet in fuga, Dianæ ipsam vouisset.

Vique pedum primis infans vestigia plantis

Institerat, iaculo palmas oneravit acuto,

Spiculaque ex humero parue suspendit, & arcum:

pro palla & crinali auro cincta Tigridis exuuiis in- *Lib. II. Æneid. & ibi quomodo ab L. ante uasit occisus.* cessit, vt ait Virgilius: frustra petita nuptiis iuuenum eximiorum, & virginittatis non minus anxia custos, quàm fertur Diana extitisse, aut Iana hæc Gallica, nõ fecus ac Camilla exitum tetrum habitura post asser-

tam iam Galliæ libertatem. Nam & Nigidius perquam doctus autor Dianam ipsam Ianam prius fuisse appellatam prodidit, D litera mox causa decoris addita, ut in verbis Redeo, Redhibeo. Proinde Iana bono Fræcorum à Deo edita nihil prius habuit, quam Carolum Regem adire, mirantem Parisienses alióque nobiles ciues Anglorum imperium ferre didicisse, qui antea ne mores quidem ferre poterant. Cùmque impunè paruo comitatu, etiam per hostiles terras, ad Regem peruenisset, annos nata circiter viginti, facie non inuenusta, vigore oculorum animique pari, ipsum inter aulicos amictu pretiosiore fulgentes, & dissimulata maiestate, ac ferè cum regni statu mœsto, cognouit, salutauit venerabunda, & colloquium salutare petiit: aliter atque Syfigambis Darij Persarum Regis mater & captiua, quæ primo congressu Hephæstionem Alexãdri Magni amicum intimum pro Rege supplex adiuit, excusante Alexãdro comiter imprudētis factum, ideò quòd Hephæstion alter Alexander esset. At quia Iana deligens in cœtu procerum Regem minimè errasset, id in religionem versum est presentibus, factumque lubentius, ut puella remotis arbitris in Regis colloquium veniret, admoneretque futurorum, ac prædiceret se adiutrice fore, ut Angli è Francia abigerentur, quæ victoribus passim arma magis quam animos cesserat. Planè bello conficiendo non cristis ornatam galeam efflagitauit, nec aureum gladium, qualem sibi porrigi ab Ieremia Propheta in somnis vidit Iudas ille

Macrob.
lib. 1. satural.
cap. 9.

Rex autē
Francus
Chimone
runc degebat.

Diodor. si
culus lib.
de gestis
Alexandri.

2. Machab. 15.

Israëlis restitutor, sed neglectum & iam rubigine obductum, latentemque inter scuta quædam & tela vilissima in fano Catharinæ agri Turonici, nullaque in re amabilem, nisi quòd flosculis Liliij insculptis perplacebat. Quæ res facit, ne putem fuisse illū ^{Raphaël} Iulij Cæsaris gladium, quem sibi ab hoste ablatum, in ^{Volaterra} Aruernorum templo suspensum cùm aspexisset ^{Philologia li. 30. cap. de trophæis.} victor, non est tamen passus amoueri. Solebant namque victoria potiti, eorum quos domuerant, adempta arma templis dedicare. Inde Camilla Aruntem sacerdotem apud Virgilium in pugnam prouocat, quia auro armatus splendet:

- *sive ut templis præfigeret arma*

Troia, captiuo sive ut se ferret in auro.

Longè secus tamen accidit, Arunte acrius bellante,

Hasta sub exertam donec perlata papillam

Hæsit, virginèumque altè bibit acta cruorem.

Et ensis Goliath à Dauide superati templo affixus, postmodum vsui fuit ipsi victori inermi, vtpotè à ^{1. Reg. 27.} sacerdote Achimelech indicatus. Prætereo gladium D. Iulij Cæsaris in delubro Martis asseruatum, donec ^{Sueton. in Galba, cap. 8.} Galba detractum sibi sumpserit. Nec verisimile est defuisse armis cōsecratis titulum superbum rem gestam explicantem, cùm quandoque eorum qui vicebant, tela templis addicerentur: ut hasta Melcagri, qua aprum Calidonium confecerat, templo Apollinis, ut in Corinthiacis scripsit Pausanias. Nec nouum est gladiis quibusdam fatales & occultas vincendi rationes esse: ut Martis gladio Scytharum Regi-

Ggg iij

bus præcipuo hac occasione detecto, si credimus nõ vulgari historico, dum pastor buculam claudicantem animaduertisset, sollicitus vestigia vulneris & cruoris insequens, gladium reperit incautè calcatū, effossumque Artillæ Hunnorum Regi obtulit, tam gratum munus, vt animum eius arrexerit ad Europam subigendam, non sine detrimẽto Galliæ & suo, cum in campis Catalaunicis fugæ pretio salutem redemit. Specimẽ verò suarum virium & virtutis præbuit Iana, cum afa est Aurelianum opidum longè obsidionis tædio pressum commeatu importato iuuare, Anglis prospectantibus & muliebri terrore percitis, ac demirantibus in muliere virilem audaciam felicitati coniunctam, maximè traiecto flumine cum lectissimis auxiliariis, quibus nota vada, vel vtribus tenui tabulato subiectis, vel patrio nãdi vsu, se, arma, equosque regentium, valde interim obstupefactis hostibus, & nihil inuictum fore duce fœmina suspicantibus, si ad manus veniretur. Iana verò exiguæ lintri credita, nisi armis nitentibus emicuisset, nantibus præcurrẽs alacriter, videri poterat Venus noua Gnidum in concha transmittens. Sed & armatam Venerem cultam à Laconibus didici in tẽplo, quod alterum superstructum habet instar superioris contignationis. Nec ignota est equestris statua, qua Romani Clœliam virginem donauerunt: quia à Porfena Rege Romam obsidente in pacis cõditionibus inter obsides accepta, cum castra illius fortè haud procul à ripa Tyberis locata essent, dux

*Tornandes
in lib. rer.
Geticar.*

*Pausan.
lib. 3. siue
in Laconi-
cis.*

agminis virginum inter tela hostium flumen tranauit, sospitesque omnes propinquis restituit: atque ita ex publica perfidia laudem comparauit, Porfena merito reddita, & in honore habita, ac redire domū impunè iussa cum quibus vellet comitibus. Ceterum Iana fallere nescia, pugnare gnara, inter primos gladium sacrum in Anglos vibrabat, & gladio quouis præstantiorem animum: tantisper duce Talboto suos inflammante Galliæ fruendæ emolumento, hortante etiam ne mirarentur vni mulierculæ spiritum adesse virilem, cum Galli viri, vt dicebat, se fœminis inferiores præbuisent. Nihil tamen profecit, quominus Angli dimisso Aureliano castra aliorum transferrent, * ciuibus Pæana Deo canentibus, & Ianam vno ore laudantibus: quam sagitta in crure dextro sauciam vehementer lugebant. Leue autem fuisse vulnusculum coniicio, aut repente sanatum, incantatione fortè: sicuti cum Vlysses obliquè ruens aper super genu vulnerauit, & carmine sanguis profluens retentus est. Luxatis quoque membris carmen auxiliari M. Cato tradidit: eò magis, quòd Iana paulò post præliis interfuit, dum vrbes Anglis extorquerent. Nam ad Patayum * confixit cum Potone Loreo & Bemontio contra sex Anglorum milia Talboto duce superba: vbi pugna maxima ac multiplex legionariis militibus, sagittariis, equitibus, ancipiti euentu diu dimicantibus, tam auidè, vt pereundo recreari viderentur: nec prius desitum est, quàm Talbotum capi accidit, quem facta cum Potone permuta-

* 1429.

ore laudantibus: quam sagitta in crure dextro sauciam

vehementer lugebant. Leue autem fuisse vul-

nusculum coniicio, aut repente sanatum, incanta-

tionem fortè: sicuti cum Vlysses obliquè ruens aper

super genu vulnerauit, & carmine sanguis profluens

retentus est. Luxatis quoque membris carmen auxi-

liari M. Cato tradidit: eò magis, quòd Iana paulò post

præliis interfuit, dum vrbes Anglis extorquerent.

Nam ad Patayum * confixit cum Potone Loreo &

Bemontio contra sex Anglorum milia Talboto du-

ce superba: vbi pugna maxima ac multiplex legio-

nariis militibus, sagittariis, equitibus, ancipiti euen-

tu diu dimicantibus, tam auidè, vt pereundo recreari

viderentur: nec prius desitum est, quàm Talbotum

capi accidit, quem facta cum Potone permuta-

tione Angli recuperarunt. Deferuescebat Talboti iam multis annis inueterata fiducia: præsertim quòd ipse iactabundus aliquando dixerat Henrico Regi, tunc Franciam ab Imperio Anglorum ereptum iri, cùm Carolus Rex coruum album vidisset. Contigerat autem pucros quosdam lustrantes in vestibulo regiæ coruum creta illitum tractare, prospero sanè augurio, & spectantibus iucundissimo, præterquam Talboto capto, necdum in sua præsidia reuerso, & Anglorum fortunam senescere indolente. At è diuerso Fræci solito lætiores genio sine lasciuia indulgebant, sese accingentes solemnibus Regis Caroli Rhemos cogitantis, vt cœlesti oleo more maiorum atque gaudio perfunderetur: idque Iana sollicitante, & numinis consensionem allegante, non paucis aulicis refragantibus, quibus periculosum putabatur Rhemis Regem credere, ad eò circumiecta opida Anglorum fidei obnoxia armis perstrepebant. Porrexere tandem manus sententiæ puellæ Alenconius, Borbonius & Vandomensis Duces: nec pœnituit: quippè cùm ex animi sententiâ Rex coronam festiuum caput cinxerit: milites donatiuo, populum congiario, honorauerit. Quasi triumphans in arcem à templo perductus. Acclamatum est illi, *Carolo Regi Francorum aeterna salus*. Christus seruet fortem, iustum, bonum principem, auspiciatissimum Regni sui restitutorem, hostium expulsores inuictum, stipatum fidelissimorum clientum numero, maiore virtutum. Verùm quia magnanimitas in otio ringitur plus quàm

quàm in negotio, illicò consecrato Rege redintegratum est belligerandi desiderium à Iana subtristi, quòd ensẽ, quem tantoperè amabat, fregisset, quãdo paulò violentiùs, terrendi tantum gratia, quãdam impudicas scœminas quateret, quas procul à castris esse antea edixerat: per experimenta cognoscẽs, parum armis profici, cùm Deus victoriarum dispensator spurcissimè offendatur. Mutatione itaque gladij visa est immutasse fortunam, quæ paulisper sexũ spernebat, & despuebat. Proinde cùm Iana pristinum retinẽs animum Compendium inuisset adiutum ciues longa obsidione molestatos, & penè extrema patientes, dum non potest in arcto contineri, dum audet erumpere, dum cæteris lætiùs equo puncto aulam suorum prægreditur, in potestatem cohortis Burgundæ venit, traducta in Anglorum manus, & magna vi auri pensata. Diu deliberatum est Rhotoromagi à primoribus, utrũ seruaretur in columis, Talboto dicente, siquidem scœminam violassent, inuidiosam fore vindictam nõ minus quàm fugam olim eorum, quibus terrori fuisset. Reclamatum est illi à militibus, veneficam, & præstigijs Magicis imbutam Ianam asserentibus: quorum importuno conuicio paritum est, puella flammis exusta, vt tanquam aurum excoctum splendidiorem animã redderet Deo. Causabantur quidam Ianam, cùm sciret Anglos eo vini auidiores, quo magis deficiuntur, captiuos quosdam, qui nouerant vini copiam Aurelianum aduentare, in liberiore custodia habuisse de industria, vt

fugerent, & suos certiores vini instantis facerent: mox nocte concubia curasse vt carris vinum importaretur misto papauere: quod aurigis fugientibus per Anglos interceptum, somnum profundum illis conciliabat, & somni cognatam mortem Francis ex improviso contra sopitos per tentoria irruentibus, & pecudum instar iugulantibus. Id num Ianę bono dolo euenerit, an magis hostium malignitate exprobratum, nolim affirmare. Tantum habeo admonere morientem illam tanquam ex testamento Francis reliquisse mœrorem, & prosperitatem eandem, quam viuens iisdem vbique attulerat. Nunquã enim desiere pessum ire Anglorum conatus, & sponte sua festinabat ad Francos victoria, rotæ exemplo ex cliuo in præceps labentis. Et fuit gaudium breue ac voluere Henrico Anglo Caroli Franci ex sorore nepoti, qui

* Anno salutis 1431. inducta 1444. r^m p^{te} 1449

Lutetiæ diademate insignitus, * nondum pubes, simulato ciuium studio & clara celebritate, sexto post anno sensit se mœnia Parisiorum occupasse, non petora deuota Carolo, quem seria hilaritate receptum tanto ardentius coluerunt, quanto diutius optauerant.

Variè postmodum luctatum est inter Francos Anglosque. Sed hi ad acti ad petendas inducias, se squianales impetrarunt magis quam obseruarunt: & quãuis Græci inducias ἐνεχρίαν vocauerint, id est, manuum temperationem, quia eo tempore, licet pax non sit, à pugna tamen abstinetur: certè Angli ex opidis Gallix, quibus potiebantur, clandestinis incursionibus erumpebant, & prædas agebant opimas,

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 490

plerumque noctu aut interdiu laruati & terrifici: Hoc tolerabilius fuit in Hannibale in Gallia hyemante, & se non venisse iactitante Gallorum lacerandorum causa, sed magis vt pro ipsorum libertate aduersus Romanos pugnaret. Sed cum de fide ipsorum dubitaret, Punico ingenio, diuersarum ætatum comas artificiosè compositas, & vestes varias, ac laruas conuenientes parauit, teste Polybio: quibus subinde mutatis vix innotesceret familiaribus: atque ita inter ignaros sepe versabatur, eorum sermones explorans & consilia. Proinde Galli indignantes proteruitatem Anglis impunè sedere, & solum suum illis sedem belli esse, spe pacis abiecta, decreuerunt aperte bellum illis indicere & inferre. Rege Carolo non dissentiente: cui Northmania prorsus restituta est post annos triginta quàm Henricus quintus eam inuaserat. Qua subiugata Carolus frustrandum amplius minimè ratus, sed pandendum benignæ fortunæ sinum, & blandienti obtemperandum ducens, primo quoque tempore bellum in Aquitaniam trās tulit iam nutantem audita Rothomagensium defectione, & Francorum aduentu, multis ciuium Burdigalensium plaudentibus: quasi non in potestatem Gallicam, sed in defensionem denuò illis eundum foret: aliis altercantibus, qui dignitatibus Anglicis in vrbe pollebant. quæ tandem pulsata machinis deditioem facere coacta est, non sine imitamento vicorum & opidorum complurium, quæ similiter genuinum dominum amplectebantur vsque ad Ba-

ionam ultimam Aquitanix ciuitatem, Cantabricis obiectam gentibus, & presidio Anglico obstinatam. Hec enim cum fame ferroque vrgeretur obfessa corona militum lectissimorum, tormentis preterea quassata iugiter, quousque ossa murorum ostende-

Nic. Gill. anno 1451 ret, dedi recusauit vsque ad diem XIII. Calendas Septembres: cum albente celo & sudo apparuit Crux candidissima ab Anglis Francisque pariter aliquandiu spectata, & ciuibus non minus iucunda, quam exitit Constantino Augusto contra Maxentium dimicaturis, & de belli euentu sollicito, dum quiescenti ostentum nobile in celo splendere visum, & vox audita. victoriam eo signo promittens.

so Tomen^o lib. 1. hist. eccles. cap. 3. 8. Sed & re ipsa idem signum in cœlesti plaga milites aspexere, & iussu Augusti religiosissimi crucem armis suis appinxere: quæ post à Christianis vsurpata est, rubra quidem ab Anglis, à Gallis candida, qualem Baiona sedulo in suis vexillis & clypeis integrauit, Angliam valere iubens, & velut Dei hortatu pristinum obsequium Carolo-Regi præstitura, in quo constantissimè mansit. Atqui Burdigala sollicitantibus quibusdam procerum rursus Anglos admisit, quos Talbotus delectu nouo habito deduxerat, nec vitæ finem timentes, nec gloriæ, donec vtrumque acceperunt, simul atque Comes Clarmontius, Ioannes Borbonij Ducis filius, Regis gener, pubem Gallicam armis assuetam eò duxit tanta celeritate, vt non cunctando, sed properando rem restituerit. Primo congressu Fronfacum opidum terruit, à Carolo Ma-

gno impendio extructum, tunc cum Sarraceni ex Hispania profecti Galliam incurfarent, vt eo propugnaculo sifteretur. Dispositis ad oppugnationem machinis, Talbotus pugnandum aut fugiendū considerans, opperiri Gallos ausus est: quibus consulto placuerat ad Castilionem Petragoreum castra transferre, & hostem ad certamen elicere, funestum quidem Gallis in primordio, in extremo gloriosum, statim ac contigit Talbotum ignita colubræ æneæ pila* mortiferè sauciari, & senio ac vulnere tardum, solitum animi præfracti ardorem cohibere, & filium æquè pugnacem admonere, vt sibimet maturè confuleret: transisse omninò ad Gallos Martium numen, Deumque ducere per singulas gentes Imperium: nunc esse in Gallia, vbi & robur armorum. Proinde Anglos dolio pertuso Danaidum hausisse quicquid victoriæ & lætitiæ sumpserant, vndique nimirum perfluente: Sapientis esse Dei voluntati cedere & potioribus. Recusabat filius patrem deserere, præsertim inultum & moribundum, detestans impium telum velut dextra fortunæ variabilis eiaculatum: quia in tanto militum numero Angliæ columen elegisset. Diremit lugubre colloquium Borbonius militiæ Francæ præfectus, atque securim in vertice Talboti iuuenis abscondit, & comitem patri charissimo ad Manes vsque adhibuit. Hic fuit exitus Ioan. Talboti Comitum Salopiensis post quatuor & viginti annos quam in Franciam bellatum venerat, hostibus valde formidolosus, Anglis verò salutaris: quorum pote-

stas simul cum tanto duce in Gallia corruit, ita ut nihil illis reliqui citra Oceanum fieret præter Caletum, & contributa illi castella. Nam Burdigala, Castilio, Fronfacum, deditioem extemplo fecere, Anglis pereuntibus partim, aut incolumitate impetrata fugatis. Supplicationes Deo publicè habitæ. Laudatus est mirificè Borbonius, & Camillo Romano prælatu: quia non vnam tantum urbem Romam, eamque nondum captam, ab hostibus eripuisset, sed regnum penè occupatum pristinae libertati & decori restituisset, maiorum suorum imitatione, quorum origo, mens, æquanimitas nihil non redolet Gallicum. Florebunt utique Borbonij, quandiu Gallorum Regi, cuius necessitudine splendent, hæserint, & tanquam palmites permanferint in vite.

*lib. de mo-
nibus Ger-
manor.* B O R B O N I A M verò gentem è Gallia primùm profectam in Germaniam Cornelius Tacitus est auctor. Manet, inquit, adhuc Boiemi nomen, significat- que loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. De Boiis hoc ille scripsit, quos sicut & Heluetios è Gallia digressos apertissimè testatur. Boij namque, qui nunc Germanicè Bauari appellantur, qui que trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transferant, vna cum Heluetiis patriæ tædio, vel innata migrandi consuetudine, in Galliam irruerunt: parum opportunè, tunc cum Iulius Cæsar in eadem res gereret. Per quem prælio victi, pacis conditiones accepere, & dedere obsides: redire domum iussi Heluetij Boios in Gallia dimisere: Quia,

inquit Cæsar, egregia virtute cogniti erant, petiere Hedui à Cæsare, ut in finibus suis collocarentur, & obtinere. Portionem agri vltro concessere: ius & libertatem parem communicauere, mirabili amoris & societatis argumento. Extendere sensim ditionem suam Boij Heduis innoxij, atque ibi confedere, vbi Borbonij nunc extrant, Aruernis finitimi. Alibi enim Cæsar testatur Gergobiam, quod opidum nunc Clar-*lib. 7.* montem Aruernorum nominamus, Heduis à se fuisse attributum, eamque fuisse meram Boiorum sedem ex reliquiis prælij Heluetici. Sed nequibat obliuisci Cæsar, vir memoria singulari, Boiorum egregiam fortitudinem olim contra ipsos Romanos declaratam, nedum contra alios: tunc potissimum dum L. Posthumius Consul designatus cum toto exercitu in Gallia deletus fuit ad syluam Litanam, cuius arbores dextra læuaque circa viam Galli ita inciderat, ut immotè starent, sed momento læui impulsu occiderent incautos: cumque oras extremæ syluæ circumfedisent, vbi agmina Romana intrarunt saltum, obruta sunt arboribus leui impulsu cadentibus. Ibi Posthumius omni vi ne caperetur obnixus, cum xxv. armatorum milibus occubuit. Caput eius Boij ouantes templo intulere, ex calua auro cæzata sacrum poculum facientes templi antistitibus, quo in solemnibus libarent. Recurrebat præterea Cæsaris animo Ptolemei Regis Macedonum casus, postquam Arfinoën sororem Lysimacho & Philippo liberis & Cassandriæ urbis possessione priuasset, arbitratus bel-

la tam facile quàm crimina patrari, cum Gallis qui duce Belgio Græciam peruaserant, ausus configere, caput temerarium amisit: quod lancea fixum tota acie ad terrorem hostium circumtulere, paucis Macedonum fuga seruatis, reliquis captis; aut cum Rege Ptolemæo occisis: quem ob immodicam audaciam vulgus fulmen appellarat, vt scriptum reliquit Paulanias. Quamuis Ptolemæus se milites habere iactaret eorum filios, qui sub Alexandro Magno toto orbe victores stipendia fecissent, armis tamen Gallicis concidit. Inde victoria & præda cumlati Galli Boij rediere. Cæterum Borbonij dici cœpere multo ante Cæsaris seculum à Borboro amne, qui Pellam Macedoniæ, Alexandri patriam, alluit ambitque: ex quo Theocritus Chius obiecit Aristoteli, quod Borbori fluenta præferret Academiæ. Planè antiqui victi fluminis titulo accolæ victos significabant. Eò pertinet illud Lucani lib. 1.

Infin. li.
24.

Lib. 10.
scilicet in Phocæis.

Plutarch.
in lib. de exiliis.

Araxes,
Armenia
maioris
fluminis.
De Nymphæ
æ fluminis
et monte
seruius i.
Georgic.
lib. hist.
9. cap. 11.
anno Chri
sti 409.
Ætæpæ
v. a.

Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes:
Aldam vrbes Asiæ domitas, pulsumq; Nyphatem,
inquit Virgilius, eadem figura loquendi. In Gallia verò quantum increuerint res Boiorum, siue Borboniorum, Sozomenus indicat, de Britannia statu loquens, Arcadio & Honorio Augustis, Constantino per militum factionem ea tempestate Imperium per Occidentem sibi ascribente, ac è Britannia traiciante, vt copias ad Burboniam ciuitatem oppugnandam, quæ mari adiacet, adduceret. Hodie namque Burbones mediterranei sunt, quondam ad Oceanum vsque

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 493
vsque protensi. quod non obscure demonstrat Paulinus scribens ad Ausonium poetam non multo ante ætatem Arcadij & Honorij:

An tibi me, Domine illustris, si scribere sit mens,

Qua regione habites, placeat reticere nitentem

Burdigalam? et piceos malim describere Boios?

Quâ enim à Burdigala vergitur Oceanum versus, Meduli populi littus piceæ arboris ferax colunt. Metropolis Borboniæ hoc tempore Molinum nuncupatur, olim autem Borbonum, vt liquet ex Annonio describente Tassilonem Ducem Boiorum Germanicorum à Pipino Caroli Magni parente in fidem & clientelam receptum: necnon Vuaifarum Aquitaniæ datis obsidibus illicò perfidum: Proinde à Pipino bello petitum, & quibusdam castellis & opidis multatum, in quibus, inquit, fuere Borbonum, Cantilla, Clarus mons, manu capta, præter dedita in finibus Aruernorū. Huic expeditioni Carolus (cui post Magni præclara facinora cognomentum tribuerunt) adolescentulus interfuit, patri optimo specimè eximium futuræ virtutis ostendens. Nec Clarmontia ditio, vt antea, Borbonæ copulari perrexit, modò defiliens & diuellens, modò eidem sese ferruminās, amantium solita leuitate suauissimaque. Nodus certè tunc factus est maximus, & plus quàm Hercules, cum Ludouicus IX. publicis sacrisque rebus princeps commodissimus, quem Galli viuum suspexere, coluere mortuum, non tanquam numen fecissent, sed tanquam intencissent, Roberto filio de quinque

Lib. 1. Epi.
Stolar. ca.
Deserè.

lib. 4. ca.
64.
65.

maribus natu minimo, Comiti Claramontano, Beatricem hæredem Borboniæ domus despondit designauitque tunc cum Africam cogitaret, quam post

* *Anno Christi, 1269. Nic. Gill. 1244. 48.* memorabili classe * debellatum iuit, comitatus nobilissimis Francorum, potissimum Archembao Borbonio Beatricis parente, armis & pietate inclyto, qui tamen eò non peruenit, sed in Cypro insula morbo præreptus intercidit. Videbatur enim indoles iuuentulæ planè regia, præcipuèque ob formæ insigne decus: quod tamen in eam aspiciébant oculi venustissimum, animi pulchritudine superabatur. Ex ea Robertus Ludouicum substulit filium, cui Ducis Borbonij agnomen primò inditum, * Philippo vi. Valensio hoc agnationi & virtuti illius concedente. Ludouico successit Petrus, Petro Ludouicus alter, & Iana filia Caroli quinti Regis Fræcorum vxor. Hic Ludouicus abauis sui æmulator iugis, in Africam similiter nauigauit, Tunetum expugnauit, onustus manubiis & præconiis reuersus est: quæ repetita fuit in secunda classe eiusdem Ludouici soluentis de portu Genuensium, fausta quidem, ventis in necem Punicam conspirantibus, vt Dux audior fidei Christianæ metas, quam vitæ suæ prerogandi, Libyam appelleret: à quo sospes & victor tandem rediit, adeò vt si ætas illa plures illi pugnatore similes tulisset, nunquam extorra inde fuisset sincera religio, quam latè propagarat. Carolo vi. Regi periucudus audita Sarraceno clade, quibus pessimè * cupiebat. Dissimulauit tamen lætitiã, ne præcoci iubilo fortunam

* *Anno 1383. iuxta Nicol. Gillium, qui genealogia Borbonum describit, anno 1234. Idem in Resario Ludouici xi.*

* *Anno 1390. fuit secunda nauigatio Borbonij.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 494
irritaret, Galliæ tunc infidiantem Anglorum ministerio, in quorum potestatem venit Ioannes Ludouici huius filius pugna apud Agincurtium commissa: in qua non ij qui in caliga militari iuuentam inopem traduxerant, sed illustrissimi quique duces, aut cecidere vtrinque, aut capti fuere *. Firmius tulit fortunam auferam quàm credi possit, in eodem perseuerans, quo pugnauerat, vultu, & nulla mœroris emissa voce: ita vt quid mallet, incertum relinqueret intuentibus. Quocirca Henricus Anglus Rex nò est veritus percuntari, num à Gallis deficere vellet, mercedem libertatis percepturus. Tum Borbonius toruè aspiciens: Quàm malè, inquit, de animo meo iudicas, & incassum speras, vt Galliam deseram, pro qua mortem oppetere nunquam dubitabo, vitæ immortalis aliqua specie. Talis libertas loquendi Borbonio duodeuiginti annorum captiuitatem in Anglia peperit, ac demum mortem, postquàm iam penè numerauerat redemptionis pretium. Itaque iacuit Londini, sepultus splendide, inscripto elogio, quod eum Angli Regis captiuum quàm amicum esse maluisse testificaretur. Ioanni superstes fuit Carolus: Carolo liberos non habenti successit Petrus frater, Ludouico xi. Regi gener futurus connubio Annæ heroinæ: qua necessitudine nihilo magis se extulit, fortunæ obsequia & damna æquabili modestiæ lance appendens. Sed per dor vagus in percensenda Borbonum serie & stemmate, nec commodè me inuenio in tam diffuso & excellenti tractatu, qui sen-

* *Anno Christi, 1415.*

sim à nobis libatus multū hodie illustratur ANTONIO Rege Nauarræ, CAROLO Borbonio Cardinale purpureo, & LVDOVICO Principe Condeo, integerrima fide, & prudētia singulari spectatis, quales nec habuit Græcorum sapientū vllus, nec is quidem, qui tam multa dixit tacendo, Pythagoras. Cognatos ipsius complures prætereo, quos nunc laudibus non onero, quia nulla gēs eas nescit. Faxit Deus ne tanta obrepat Galliam obliuio, vt expulsos Anglos à Ioan. Borbonio Caroli VII. Regis genero non recordetur, Calero excepto, quod Rex cotem acuedē Gallicę iuuentutis vocare solebat: admoneri eo suos innuens, ne bellicum decus languescere permitterent tam vicino hoste interpellatum: prospiciēsq; ex otio multiplex bellum rediturum. Sic Scipio Nasica tertio bello Punico seruandā esse Carthaginem pronunciauit, ne ablato metu æmulę vrbis, felicitas Romana luxuriari inciperet, atque in semetipsam ruere. Et sanè nostro seculo postquàm Caletum ditiois Francę esse occœpit, bella ciuilia ingruerunt. Speciosum tamen est Reipub. Gallicę Caletum esse quod non metuatur, sed pareat, & Angliam non minimo freto discretam prospectet, ipsiusque argētum pro mercimoniis eliciat. Est enim emporium portu frequentissimo nobile, publicaque Morinorum taberna. Portum Itium vocat Cęsar, commodissimi in Britanniam traiectus. Ptolemęus autem Icium promotorium posuit, & Gessoriacum Morinorum celebre nauale, portum, sicut & P. Mela,

L. Florus
lib. 2. cap.
15. in Epi-
tome.

lib. 5. de
bell. Gall.

lib. 3. c. 2.

intelligens Caletorum, quo nihil dicit esse notius. Solebant namque antiqui indere nomina peculiaria claris portubus separatim ab opidis, quibus adiacerent. Inde alibi idem Cęsar: Nostri, inquit, vsi fortunę beneficio, tamen impetum classis timebant, si fortē ventus emisisset: naçti portum, qui appellatur Nymphęum, vltra Lyssum milia passuum tria, eò naues introduxerunt. Et ne Galliam longiùs egrediamur, Mafsiliensium portus mercium toto Oriente aduectarum copia florens, Halycidon nominabatur: nisi malimus Lacydonem dicere cū Eustathio. Quare dictu incredibile est, quantum Galli lætati sint, recepto per Henricum II. Regem Caletum, perinde profectò ac si in vna ciuitate totam Britanniam domuissent, tum propter opportunitatem portuosi littoris, tum propter diuturnum desiderium, quod eius potiundi sustinuerant, ab eo tempore quo Philippus Valefius amiserat, peractò iam, si pauculos menses dempseris, vndecimo supra ducentos anno: ac proinde cõfirmatis ibidem Anglorum animis ac liberis. Nam Edouardus III. coloniam Britānicam eò victor deduxerat, & præsidio robustissimo munierat, natura loci & manu alioquin valde munitum, præsertim specubus ad Oceanum spectantibus, per quas æstus aque crescentis ductili facilitate ambire opidum potest, & ita inexpugnabile reddere. Constat Caletos in maxima perseuerantia fidei Anglis restitisse, & famē plusquàm Saguntinam tolerasse, obsidione in vndecimum mensem prorogata, versa vsque ad eò in ra-

P. Mela,
lib. 2. c. 5.

Eustath.
in Dionysium interpres.

Philippus
vi. amisse
anno

1347.

septembri
recipitur
Ianuario,

1558.

Polydor.

lib. 19. hi.

stor. Anglor.

biem fidelitate, igne, ferro, machinis fessi, vt vrgente fame animalia quæuis comederint, eorúmque detracta tergora, fœdo, sed laudabili constantiæ monumento. Omnia quidem egerat Philippus Rex, vt in patentem campum Anglos eliceret pugnandi gratia: verùm maluere illi terra marique Caletum circumuenire, classe penè æquor vastum abscondente, & ne quâ commeatus afferretur speculante, quoad deditio extorqueretur. Qua facta ausi sunt illustres Gallorum duces Godofridus Charnius, Mommorencius, & Staius Richemon, de recuperando Caletto deliberare, armis astum adiicere, corrupto arcis custode quodam Genuensi: sed detecta conspiratione parum profectum. Fortuna enim tunc Anglis pernoctabat, & curiosè agebat excubias. Ferunt Annam Mommorencium militiæ Francæ magistrum, in Belgio degentem captum nuper, nempè prælio Samarobrino, auorum suorum pulchra imitatione, Caletto expugnando incubuisse, consiliis & artibus Henrico Regi clàm per internuncios patefactis instruxisse: ac demum captum plus ipsum Gallis suis profuisse, quàm si liberè domi egisset. Profunt enim damna tristia, cum Deo lætanti placuit. Summam verò peractæ victoriæ Galli tribuerunt Fr. Guisiorum Duci, vel testimonio Michaëlis Hospitalis Franciæ Cancellarij, tam lectu digna scribere soliti, quàm scriptu digna quisquam Heroum præstantium gerere queat. Versus ipsius aliquot subnectam, si prius hoc impetrauero, vt de Cancellarij nomine & ho-

Nic. Gill.
lib. 1.

Annal.
1347. in
Philippo
vi.

nore, qui Francis Angliisque communis est, pauca de multis afferre liceat. In hos tamen ab illis honor tam mirus, ipsiusque nuncupatio peruenit. Guilielmus enim Northmanus victo Haraldo Britanniæ occupatore, sciens armis regna quæri, legibus quæ sita feruari, eas que ad bene beatæque viuendum pertinerent, promulgauit, forenses formulas ordinauit, scribarum collegium instituit, diplomatis signandis præfecit, collegij principe Cancellario appellato: cuius functio paulatim increuit, ita vt nihil illa censetur magnificentius. Imperatoribus Romanis, inclinante iam Imperio, eorúmve iudicibus seu præsidibus, qui in prouincias mittebantur, vsurpata fuit Cancellarij vox pro consiliariis atque assessoribus peritis legum, qui præfides ac duces armorum quàm iuris scientia præstantes possent instruere, si qua dubitatio in controuersis dirimendis occurrisset. Hinc est rubrica in Codice Iustiniani, de assessoribus & domesticis & Cancellariis iudicum. Adhæc in rescripto antiquissimo, quo Carolus Magnus Hildegardæ uxoris dulciss. honoris gratia Kemptense monasteriũ fundauit, re ditibusque fulciens anno DCCLXXIII. dũ Romæ apud Adrianum Pontificem ageret, Amelbertum Cancellarium suum subscribi fecit pro Luperto Cancellario maximo, vt nos legimus in rebus Germanicis. Ita liquet factum dictantibus aulicis commodis, vt è multis vnus excelleret. Atqui Flauius Vopiscus obiectat Carino Imperatori Narbona oriundo, quòd præfecturæ vrbane admisisset vnum ex

Polydor.
lib. histor.
Angl. 9.

Munster.
lib. 3.

Cancellariis suis. Non admodum enim clara videbatur dignitas eorum, qui turba & numero excederēt: sicut de similibus Referendariis scripsit Iustinianus Cæsar, quos ad octo redegit, ne vilescerent, sed tantum iustitia & honore auferentur, quantum numero decreverent: oblaturi libellos supplices principi, & relaturi quid ex æquo & bono subscribi deceret, quidve reiici, induci, & linea transversa, litura, vel gladio cancellari. Unde Cancellarij nomen deductum est: quia penes eum sit ius libellos iniquos refellendi, cancellandi, delendi, tametsi Regi perplacuerint, tanquam monitores sine furo & assentatione dulciter increpantes, si Rex forte indulgentius nefario homini delicti gratiam fecerit, aut in damnum tertij inauditi, vel Reip. vel suum, quædam donauerit. Sunt enim Reges propensi ad benemerendum de quibullibet vsque ad benefacta malè collocanda: vel fortè, quòd putent non decere aliquem à sermone principis tristem discedere, ut Titus Cæsar dicere solebat, ærarium nimia largitione exinanians: Diem se perdidisse dicens, quo toto nihil cuiquam præstitisset. Itaque visum est antiquitati Assessorem summum Regi adhibere, non Augurem, qualè Lacedæmones suis Regibus selegerunt, ut M. Tullius prodidit, sed Iuriconsultum vnicum supremumque, cancellare ineptos libellos, & effusas donationes gnarum, vel si quid contra manifestam iuris rationem prece dolòve impetratum fuerit, speciosæ potestatis argumento. quam non videtur spreuisse

Chri-

Tit. de Re
servandariis, in
Authent.
col. 2.

Sueton. in
Tito, c. 8.

Lib. 1. de
divinat.

Christus mirificus legislator, delens chirographum decreti, ut ait Apostolus, & affigens illud cruci: nimirum ut ritè id cancellaret, tãquam dæmonis fraude, mox iugiter, porrecto libello, accusantis à muliercula elicitum. Sursum versum igitur inducta cruce (ut ait Sidonius)

- perdidit omne

Quod lapsus dedit Eva suo chirographon illud,
Quo persuasus homo est. -

suoque sanguine subsignavit diploma iucundissimum perennis abolitionis concessæ hominibus verè & piè fidentibus cœlesti Cancellario, excelsi Dei patris interpreti, preces à populo certatim fusas offerenti. Talem Siggonem Referendarium describit Gregor. Turonensis, Lib. 5. c. 3. qui Sigiberti Metesum Regis anulum tenuit: & Annonius Andœnum Dagoberti, qui, inquit, Referendarius ideò dictus est, quòd ad eum vniuersæ publicæ deferrentur conscriptiones, quas anulo Regis, vel alio sigillo sibi credito firmaret, subnotaret. Athenis verò, ut est apud Suidam, ἐπιτελεστής; seu præses; vnus erat è Senatorum numero, custodiens claves tēpli, in quo esset ærarium, & publicum sigillum. Non prætermittam quod Procopius notat, Tribonianum Lib. 1. de Pamphylum Iustiniani Aug. Paredrum, id est assessorem, eo magistratu fungentem, quem, inquit, Romani Coëstorem, Latini Iuriconsultum vocat, cum Ioannes Cappadox præfectura prætorij fungeretur. In l. fin. Nec abhorret, quod Zeno Imp. rescriptis pragmatice, de diuersis rescriptis. c. de diuersis rescriptis.

Carmin.
16.

K k k

cum præficit: ubi interpret, iacta feliciter alea, Cancellarium exposuit, & Iustinianus Augustus ita usurpauit. Solebant autem antiqui anulo plurimum signare, quorum Augustus Sphingis notam inter initia Imperij retinuit: donec lepore non infaceto eorum, qui epistolas & edicta acciperet, ænigmata vocantium perductus est, vt Alexandri Magni imagine signaret. Mæcenas ranam sculptam sibi habuit: in publicis, opinor, anulo regio vtebatur: nam Augusti creditur fuisse Cancellarius, vt eius familiaris Horatius innuit, à frequente amico rogatus, vt apud Mæcenatem suffragaretur.

Imprimat huius cura, Mæcenat signa tabellis.

Dixeris, experiar: si vis, potes.

Lib. 51. Dion Cassius addit, Augustum promiscuè sigillum præcipuum credidisse Mæcenati & Agrippæ, & tantum ambobus tribuisse, vt literas ad Senatum scriptas vel aliò impunè relegerent & immutarent. Planè Mæcenate mortuo constat Augustum ægrotantem in XI. Consulatu, deplorata salute, vt credebatur, postquam de Republica multa grauius differuisset, Calpurnio Pisoni Cos. collegæ libellum dedisse, in quo scripte erant copiarum & reditus ciuitatis, tradito Agrippæ anulo, tanquam ipsi obsequandorum rescriptorum & libellorum curam iniungeret, & iustitiæ sollicitum præ cæteris iudicaret: ad eò magnum habebatur regium custodire anulum, id est, post principem in publica gubernatione præstare, quo nihil potest esse sublimius. Ideoque Assuerus Rex infensus

Xiphilin.
in August.

Esther 8.

proteruo Aman, ademit ipsi anulum, transferens in Mardochæum Esther coniugis suæ patrum, antea ipsi Aman tantoperè inuisum & despicatum. Quintiam extat diploma Ludouici Aug. Carolo Magno editi, quo victum Diui Germani sodalibus Parisiensibus in palatio Aquisgrani præstituit, idque anulo regio signari iussit, anno Imperij sui XVI. Idibus Ianuar. Alexander Magnus iam deficiente voce morturus, detractum digito anulum Perdiccæ tradidit, scilicet optimum amicorum deligens, cui partum Imperium crederet: sed cunctante Perdicca, vt quod optabat, modestius acciperet, intercessit Meleager, & Perdiccam tutelæ prætextu regnum inuasurum persuasit. Ex quo liquet Cancellarij munus omnium fuisse splendidissimum & antiquissimum, quamuis appellatio eius censetur nuperrima. Budæus valde æstuat, vt honoris originem à Minoc extrahat, quem Iouis magni δαειτλὸς Homerus dixit, id est conuersatorem & discipulum, vt Plato exposuit. Cæterum Minos Rex Cretæ fuit, non Regis Cancellarius, ideoque leges à Deo didicit, cui Reges potissimum curæ sunt, vt idem poëta scripsit, Deique Reges alumnos ait, διοφειων εασιλων * animos collaudans, suauissimo legum pabulo enutritos, quibus semotis nullum regnum stabiliri poterit. Lex verò, opus regium, inuentio est & donum Dei, vt placet Demostheni: legis peruigil & excellens custos Cancellarius: qualem re ipsa se præbuit, dum viueret, ideoque à fato maxime laudabilis vir Michaël Hospitalis, cui Musæ statuam

Annor.
lib. 5. cap.
10.

Cur.
tius li. 10.

Inl. unica. ff. de off. præfector. ex Platone Minoc.

Lib. 2. Iliad. * id est, à Ioue nutritorum Regum.

Inl. 2. de legib. ff. Et à solo

principe lex fit. C. de legib. l. ult.

libentissimè ponent, nisi Iurisprudencia, simul-
 que Philosophia hoc decus præripuisset. Idque non
 ambigüè significatum est superioribus annis, Carolo
 IX. Rege suam Galliam opidatim lustrante, cum for-
 tè eruta fuit, & è sinu terræ altiùs effossæ statua inciso
 Aristotelis titulo, quæ apprimè M. Hospitalem li-
 neamentis ac figuram referebat, vt nec sibi ipsi ma-
 gis sit ille similis, sicut nec animi dotibus ab insigni
 Philosopho multū differt. Vnde benè ominari cœpi
 de componendo turbulentæ Reipub. statu, quia
 Gallorum Cancellarius Regi maximo intimus Ma-
 gni illius Alexandri doctorem effigie exequasset. Nec
 parum pōderis apud me habuit casus eiusmodi, me-
 moria recolētem Senātus Rom. decretum Albunæ
 Sibyllæ sacra in Capitolium transferri iubentis de
 Tibure opido, vbi colebatur vnam ob causam, quia
 simulachrum eius librum in manu ferens inuentum
 fit in Anienis gurgite, atque ita iuxta ripam pro dea
 coli incoepit. Vespasianus quoque è Iudæa profligata
 reuertens spem Imperij maximè fouit, quod per idē
 tempus Tegeę in Arcadia, dum vaticinantium instin-
 ctu humus foderetur, sacrato quodam in loco vasa
 operis antiqui reperta fuerint, & in ipsis simillima
 Vespasiani imago. Nos itaque Hospitali humanissi-
 móque viro, honoris gratia, tunc versiculos dedica-
 uimus comiter supra expectationem accipiendos:

*Quisquis Aristoteli doctum te contulit, idem
 Blandicus docto fertur Aristoteli.*

Sed & Aristoteles in quodam hymnovirtutis laudes

Lactant.
 lib. 1. cap.
 6. hæc fuit
 sibylla x.

Sueton. in
 Vespas.
 cap. 7.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 499
 stringens, cuius quidem pulchritudine incitati ho-
 mines mortem oppetere non recusant, vt Hercules
 & duo Ledæ filij laboriosis conatibus declararunt, &
 si quisquam alius Heroum virtuti sese dedit. Hūc, ^{Laert. lib.}
 inquit, immortales auctiorem meæ reddent Musæ, ^{5. in Ari-}
 quæ Memoria matre editæ, Iouis Hospitalis decus ^{stotele.}
 augere solent. Et ab eodem *μουσοῦν ἰσχυρῶν* appel-
 lantur, *καὶ διὸς ἐνὶ σέβας αὐξήσαι*. Et se profectò in ære
 Hospitalis Cancellarij esse Musæ non inficiātur. Hic
 enim non minus apud eas in pretio fuit, quàm Cy-
 rus Panopolites Præfectus prætorio designatus, Con-
 sularis, ac patrius Theodosio iuniore imperante, ^{suidas}
 poëta percelebris: quem Eudocia versuum amans, ^{verb. cy-}
 apud maritum principem iustis laudibus extulerat, ^{rim.}
 & inde ad honores, quoad liuor ipsum Constanti-
 nopoli in Phrygiam amandaret, vbi consenuit. Vi-
 dimus tandem Ioan. Moruilierum Præfulem Aure-
 lianensem, sigillorum Regiorum & iustitię custodē,
 Hospitali seni occupatissimo adhibitum aliquando,
 non sine gloria & claro modestię testimonio: quale
 præbuit Ianus quondam Italię regno præcipuè poti-
 tus, cum Saturnum hospitem Imperij consortem fe-
 cit, & simul ferinum hominum victum morésque
 mansuefecit ac expoliuit: aut Gratianus Augustus,
 dum laborante statu Romano Theodosium ex Hi-
 spania vltima accitum sibi vltro adiunxit, & æquabili
 autoritate donauit: : ne à fabulis Herculem ferendi
 cœli participem ab Atlante Mauro factum repetam,
 néve inculcem illud Solonis, qui dignitate pollen-

tes viros apud Reges comparabat iis calculis, quibus in supputandis componendisque rationibus vulgò vtimur. Interdum enim maiore numerũ, interdum minore significant. quanquã hoc potissimum in Gallia acciderit Ludouico XI. regnate, potentioribus aulicis duriusculo, & Petrum Moruilierum Cancellarium suum præ reliquis admittente arduis regni negotiis optatissimum, aut Northmanę familię nobilissimę, aut huius nomophylacis gentilem sanguinis luce spectatum. Inde Moruilierus res repetitum missus in Burgundiam vnã cum Comite d'Eu & Narbonensiantistite, coram Philippo Duce liberrimè verba fecit, iuris sui fiducia: quia Carolus Ducis filius lembum Gallicum è Dieppæ portu soluentem cum eximiis vectoribus intercipi mandasse arguebatur, sicque Ludouicum Regem lacepsiuisse. Cùm verò recessisset legatione functus Moruilierus malè coagmentata gratia cum Carolo Burgundo iuuenilis ardoris pleno, exarsit mox bellum atrox Boni publici nomine colorem querens contra Regem, vt populus ac Carolus Dux Biturigum Regis frater Burgundo & Armorico Duci studeret. adeò in fatis est flagrantibus Gallię bellis & discordiis Moruilierum a-

Philipp.
Cuminus
in Ludouico
XI. c. 1.
¶ 2. An-
no 1464.

Vide Ro-
sariũ Lu-
douici XI.
anno
1465. &
in Catalo-
go Cancellari-
orum
1455.

liquem legibus & sigillis præfici: sicut agitata procellis naui magistrum solertem expetimus & præficiamus, cui prora & puppis credatur. Verùm accepi ego illi Moruiliario suffectum à Rege Ludouico XI. in tanti honoris cura Io. Iuuenalem Vrsinum Italum, Antiocheni Pręsulis fratrem, qui antea de gradu suo

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB VII. 500
deiectus fuerat, alioquin valde industrius, non ignarus se sigillis sacris adhiberi, cereę prorsus materię & liquari in quamuis formam idoneę, quales sunt Regum voluntates. Nec hoc ipsum nescit quisque patritius Francis sigillis incumbens, & gentis suę ceris imaginibusque splendorem adiiciens: nec minus suę prudentię fauis dulcissimis quàm cera regia delibutus, & fortè memoria repetens id quod Ludouicus, dum sigilla Iuuenali traderet, fecisse narratur, nempe ea ori ipsius leuiter impressisse, ne videlicet secreta regni vnquam refereret. Quod & Hospitalis retinuit, vir constans & temperatus, neque effusa letitia secundas res apprehedens, neque aduersas cursum diffugiens, & eodem vultu vtrique fortunę sese exhibens, celerius vtique recurrenti, quàm vllus Oceanus: vt paulò antè declarauit euentus Caleti rursus Gallię conglutinati: in quo describendo ipse vates optimus Merlinum Britannię vatem fatidicum valde illustrauit, atque superauit:

*Namque erat in fatis rediturum haud antè Caletum
Ad veteres dominos, quàm se regina marito
Traderet externo, veterumq; propagine regum
Posthabita, nouus hic succederet aduena regno.
Ipse Valesina venturum è stirpe nepotem
MERLINVS vates multo prædixerat antè
Sanguinis vltorem nostri, cladiq; futurum
Creacię, cecidit qua Francica penè iuuentus
Omnis, & extinctæ sunt longa in tempora vires.*

Hospital.
lib. de Ca-
leti expu-
gnatione.



At prosperè diuerso legitur fuisse Oenomano Pi-
 sæorum Regi exterus gener, qui filiam Hippodamiã
 regnũque inuitus ex oraculo concederet: vt con-
 tigit Pelope ex Asia illuc traicente, qui regioni po-
 stea suum nomen ac fines multò ampliores reliquit.
 Similiter Latino Regi, cui maximè nubilem filiam
 collocaret, consulenti Faunus Deus respondit:

Externi venient generi, qui sanguine nostrum

Nomen in astra ferant. -

Itaque Lauinia Æneæ Troiano auspicate nupfit. At-
 qui Angliæ genius commodè ferre non poterat Phi-
 lippum Hispaniæ Regem potentissimum, in cuius
 manum Maria regni Anglici hæres grandis natu ve-
 nerat, Caletum olim quesitum aduersus Philippum
 Valesum Regem Philippo marito amissura: quam-
 uis hoc opidum arce, muris, marique munitum, non
 nisi hostes cœlitus demissos timere posse videretur.
 Sed Francisco Guisiano Duce obsessum didicit supe-
 rari, Henrico Valeſio Rege priscam cladem nouis
 armis feliciter expiante. Ferunt autem Philippum
 Hispanum titulo tenus Anglis tantum imperantem,
 subodoratum Francam expeditionem aduersus Ca-
 letum & Guinam, eiusque certiolem fecisse quam-
 primùm Mariam vxorem & proceres Anglorum,
 necnon opem ac præsidium obtulisse: idque negle-
 ctum ab Anglis Hispanum astum metuentibus, ac in
 caducum parietem inclinantibus, collocata defen-
 sionis spe in Caleti præfectum opulentum magis quam
 illustrem: vt potè qui DC. militibus temerè credens,

&

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 501
 & ciuium charitatem loco autoritatis nactus, pactus
 ferè censetur, vt ipse quietem, miles autem licen-
 tiam haberet. Proinde consultissimo Duci Guisiano
 non magis cum viris tunc bellandum fuit, quam
 cum Luna æquoris gubernatrice, & cum fluctibus,
 ne his reciprocis pugnacium Francorum manus eli-
 deretur, quæ per relabentis maris inducias assiduo
 tormentorum tonitru magnam arcis & murorum
 ruina edidit.

Expugnata prius turris, mox regia muro

Iuncta domus, primos aditus patefecit in urbem.

Armatis data pax & inermibus, vrbe relicta

Illæsi ciues alio concedere iussi,

vt idem

Hospitalis cecinit, Guisiani victoriis dignissimus
 scriptor. Debellata deinde Guina cum adiacentibus
 opidulis, Strozio è Florentiæ principibus rem im-
 pigrè gerente, & Mommorenciis fratribus nihil à
 patre maximo Constabili degeneratibus, atque in-
 uictò animo ostendentibus viam nullam virtuti in-
 uiam esse: vt ianua Franciæ, quæ tandiu Anglis pa-
 tuerat, tandem obstrueretur: quodque hostibus lō-
 ga fortunæ indulgentia struxerat, ocyssimè, vt asso-
 let, dissiparetur, cuius quidem benignitas inter mor-
 tales alterna est. Accepit itaque fidem propè antiqua
 narratio, de Celtis scilicet, erecta mente inundans
 mare sustinere solitis, & in medios fluctus stricto
 gladio irrumpētibus armatis, tanquam interriti ter-
 ribile elementum domare contenderent. Pacati etiã
 quieuerunt Manes nobilium Francorum, qui Philip-

L 11

*Vausan.
lib. 1. Elia
corum.*

*Virgil. li.
7. Æneid.*

*Maria
Anglica
35. annos
accidit.*

*Ælian. li.
varie hi-
storia 12.
cap. 23.*

pum Valefium Regem contra Edouardum III. Anglum secuti, pro patria dimicantes occubuerunt iuxta Crecium Comitatus Pontiui opidulum, & quibus labor ex itinere hostili dolo mistus non parum obstiterat. Anglus etenim simulatione fugæ post latam agrorum hominumque vastationem integras vires seruauerat in id temporis, quo solet hostis superari. Quocirca innatus Francis ardor & configendi desiderium perfecit facilè, vt defessus exercitus & dudum ab Abeuilla digressus ferrum illicò stringeret, minante Valefio Rege se breui demonstraturum Anglo aliud esse populari indefensos, aliud cum hoste decernere. Nam & Ligurum sagittariorum XII. milia mercede cõduxerat. Itaque his fretus, nisi Anglus anteuertisset, in Britanniam transmitters destinaret, vt in suo eum solo frangeret, Scipionis exemplo, eodem consilio teterrimum Annibalem à Romæ ceruicibus depellentis, bello in Africam translatò. Cæterùm vbi fors imperauit in Gallia decerni, Ligurum sagittæ umbone Anglico exceptæ, vicissim arcus & tela sensere letalia: ita vt equitatus Gallicus ab vltimo agmine gerendæ rei gratia in principia præuolaret, numine infenso nihil admodum proficiens boni, sed ad crudelissimi hostis satietatem vel captus, vel interemptus. Desiderati imprimis sunt eo prælio Io. Boëmus Rex, Carolus Aléconius Philippi Regis frater, duo Ludouici, alter Lotaringiæ Dux, alter Flandriæ Comes, atque, vt semel dicam, adèò attritè fuere tum Gallorum opes & vires, vt re-

* Anno
1346.
Vide Gil-
lum in
Philippo
VI.

Polydor.
lib. 19. his-
tor. Angli-
cæ.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 502
colligere difficilimum postea fuerit: vtque, sicut iam antè narraui, Caleti debellandi occasio Anglis præbita fuerit. Voluit Philippo mortuo Ioannes filius, nominis inusitati & infausti Regibus, fractam spem nouare, & pœnitendam aciem in melioris euentus fiduciam sustentare, arbitratus, quod erat, neque omnes copias Franciæ in Anglum productas, neque amissas omnes ad Crecium, & tandem aliquando fortunam in partibus Gallorum fore, ac lilia amplexuram. Vt apud Homerum Iupiter in monte Ida in *Iliad.* 8. aurea statera expendens fata Græcorum & Troianorum iugi certamine afflictorum, his meliora portendi declarauit, illos terrenus protinus & fulmine feriet: ne Græcus Deus semper scilicet videretur, qui Dardanum ex Electra genuisset Troiani generis autorè. Verùm ne decennio quidem post flecti numen potuit, vt Gallis opitularetur, nullo infortunio, nulla prece, litantibus. Exacerbatus igitur Ioannes Valefius valde ac meritò, quod post Caletum Guina opidum ditionis Anglicæ factum esset * infami proditi-
tione: quodque Edouardus Princeps Valliæ regis filius iuuenili ferocia exultans (vix dum enim XXIII. ætatis agebat annum) Burdigala erumpens in Tolosatum fines grassatus, & transmissis Garumna flumine Carcasum, Narbonem, & Beteras opida nobilitatè vastasset, procellæ in morem, recurrens Burdigalam à præda. Edouardus verò pater vulnus vulnèri accumulans, & malum malo, loca Caletò finitima non iusto bello, sed prædatione pariter diuexabat:

* Anno
1354.
Nic. Gill.
1355.
de duello
oblato pa-
tri princi-
pi de Gal-
les, Poly-
dorus lib.
19. vbi de
Narbona
& Tolosa.

singularis certaminis aleam à Ioanne Rege oblata per internuncium Euchanium tribunum recusabat, ludificans ac dicens, oportere se timere Ioanni in meliores vsus seruando. Quamobrem præ nimia patientia in rabiem versa decreuit Ioannes Vuallie Principem ab Aquitania exterminare, imminentem iam Pictonum iugulis, verum audito Francorum aduentu atque exercitu milibus quadraginta insigni, ad æquas pacis condiciones descendere paratum, præsertim hortatu legatorum opportunissimè ab Innocentio vi. Rom. Pontifice missorum in hæc & illa castra subinde desilientium, vt Regum iras componerent, ostenderentque seorsum vtrilibet meliorem & tutiorem fore certam pacem sperata victoria: Franco tamen neutiquam persuasuri, etiamsi persuaserint, nimirum toties laceffito, & inertes dextras iungere pudenti, nihilque magis metuenti, quàm ne Vuallius impunè effugeret. Atque ita Rex meliore voto fatoque dignus, re infecta legatos discedere permisit, fera pœnitentia recantaturus: non aliter atque Clotarius i. Rex Francorum respuens pacem, obstidens, & tributum à Saxonibus supplicibus oblatum, prætulit obsequio præfenti anceps & atrox certamè: quò fugiens, cum fuisset de pernicitate contendere. vt & Magnus Pompeius, in quem Cæsar nihil omisit eorum, quæ ad reconciliandum inimicum facerent: ne amplius fortunam periclitari vellet amissa Sicilia, Sardinia, duabus Hispaniis, & Italicis copiis, nihil admisit Pompeius, æqua parte haud con-

Platina in vita Innocentij. & hoc 1356. die 18. septemb. In legatis fuit Cardinalis Petragorius, vt Gillius scribit.

Annon. lib. 2. cap. 27.

Iul. Cæsar lib. 3. de bello Cui-li, tribulum mitit ad pomp. pacandum.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 503
tentus, qui se omnia habiturum confidebat, vt amisso exercitu dignitati suæ superstes per Thessalica Tēpe fugeret trepidus, quoad in Ægyptio littore occideretur, reuulso humeris capite, mox ad victorem perlato. Cæterum Ioannes Pompeio cautior, & animosior sciebat fugientibus non modò hostes, sed etiã suos timendos esse: pugnantibus, hostes tantummodò: vt Darij Regis ab Alexandro superati exitus declarauit. Illum enim Bessus Nabarzanis assensione inauditi facinoris coita societate, apud victorè gratiam inire falsò suspicatus, fuga propè elapsum fraude trucidauit. Proinde mirifica constantia in pugna perstitit compeditus iniquitate loci, in quem aduersus Anglos alacer procurrerat, propter vepres & dumeta frequentia, paucis à Pictonica vrbe miliaribus: * vbi tam aspero munimento sagittarij Anglici se turabantur, & eminus non leuem armaturam tantum, sed etiam triarios vulnerabant: maximè Caroli Delphini alam primæ frontis, qui peditatui Anglo propius accedere satagebat, vt arcus superuacuos redderet, non minus quàm pater Rex in feriendo pertinax. Sed arbuttis ac fatis vetabatur. Sanè Cleomenes Lacedæmonius Dux aduersus Hippiam Atheniensem, qui equitatu, vt Frontinus tradit, præualebat, præfenserat, quantum momenti habeat impedita planities: dum eam, in qua pugnandum foret, arboribus cæsis iussit sterni. Itaque Delphinus arduus magis quàm felix, tunc parum auscultauit Petro Borbonio Duci, qui retardandum impetum mo-

*Chr-
tum lib. 5.*

** Locum
quidã di-
xit vocari
hodie ma-
leperisfū.*

nebat, donèc hostes iram & pharetram exhaustissent: & cum stare expedit, currere esse pigerrimū. Enim uerò dum Delphinum ferro & audacia iter faciètem Borbonius non deserit, dum agmina soluit & laxat, glomeratis hostibus circumuentus inter primos cecidit: & ne diutius pugnaretur effecit, territis adeò Gallis, vt præter solitum terga verterent, & inclusum à circumfusis Regem de pugna fessum à recentibus & vegetis capi paterentur. Aiunt alij fugâ elapsum propemodum, cæsis multis obuiis, nisi Dionysius Morbecus Atrebas Anglis studens & gloriæ, ipsum retraxisset, mœstum amisso Philippo filio, & prospecta multa nobilitate, quæ cruento corpore dumos tegebat, nondum satiato Principe Anglo tanta strage, nec saltem Annibalem imitante, qui in Cænensi prælio iussit Pœno militi ferro parcere post certâ victoriâ, & missis duobus modis annulorum Carthaginē, taxantem mensura Romanos equites, quos strauerat. Nā Edouardus calamitatē exprobrauit victis, à Pictonibus traducens Burdigalam exutos armis, in quibus nihil iam præsidij esse poterat. Vbi verò deferbuit insolentia victorię, Vuallius Princeps Ioannem in Britanniam trāsuecturus, & patri lætitia perfuso traditurus, humanissimè cum eo agere cœpit, tum propter necessitudinem, quæ intercedebat, tum ob pristinæ maiestatis respectum, & vicissitudinem rerum tunc magis à gaudio degenerantium, cum securitas præsumitur. Idque præsentis fortunæ solatium saltem Rex capiebat, quia officio-

Luc. Florus in Epitome lib. 2. cap. 6. Alij tres modios missos scribunt.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 504
 sissimè tractaretur regia reuerentia, interim tamen dolorem altum corde premens: atque Edouardo seni suadenti, vt curarum oblitus iucundiùs viueret, respondens sacrum illud ex celebri carmine: Quo-^{sic Polydorus lib. 19. hist. Anglic.} modo cantabimus canticum in terra aliena? Et profectò difficile est in summis miseriis non angī, & hominem prorsus exuere. Præsentiebat etenim Rex fore, vt bona Gallię parte in se redimendo multaretur, tertia * fermè, eaque florente Aquitania, cum aliquot Belgi opidis, & tanto auri numero, quantum ad regnum exinaniendum sufficeret: sic postliminio per Caletos ad id ipsum reuerteretur datis obsidibus pro pretij exoluendi residuo. Ad quos liberandos bona fide, dum in Britanniam denuò transfretasset, auctus nuperrimè Burgundi Ducatus successione, ex ægritudine Lōdini moritur, * inferendus regiis maiorum suorum tumulis in ædem Dionysiam, cultu mirifico, licet funesto, Gallis Anglisque tanquam æmulatione mœroris complorantibus. Præ cæteris querebantur stellati equites pridem à Rege clarissimo & planè cœlestis honoris titulo decorati, ex inuentione & præscripto Ioannis Regis hortantis stellam auream conspicuo in galeri vel chlamydis loco gestari, magnanimitatis & fidelitatis indicio. Sunt qui putent Iulij Cæsaris imitamento hoc introductū, vt cuius simulacro in vertice stella crinita eminuit: sed non nisi à funere, cum ludis eius honori ab Augusto editis stella similis in cœlo continuis septem ^{sueton. de Cæsare, cap. 38.} diebus affluisset, ita vt vulgò crederetur anima esse

* Vide P. Cuminum in Iudou. xi. cap. III.

* Anno 1364. die 8. Aprilis.

Cæsar. Planè Ægyptij inter Hieroglyphicas stellæ
 notam plurimi fecere, hominis masculi animam si-
 gnificantes: Interdum etiam noctem, ut Orus Apol-
 lo prodidit. Deinde stella per noctem & opacas te-
 nebras nitet splendidiùs, quàm dum Luna peruigilat
 sereno cælo. Sic decet regiõs amicos & clientes ad-
 uerfis obscurisq̃ue Regum rebus in obsequio & fide
 perdurare, & incerta in fortuna certam beneuolen-
 tiam ostèdere: alioquin qui secundis nitidisque suc-
 cessibus amicè adsunt, obsequuntur, sepulchris non
 absimiles fiunt, in scriptionem nudam sine re, sine ef-
 fectu retinentibus. In hunc equitum ordinem coo-
 ptati anniuersario solemnique Regis epulo post rem
 diuinam factam excipiebantur. Itaque accidit, ut dũ
 festus dies celebraretur à Rege & adscitis equitibus,
 non procul à Lutetia, in antiqua Audoëni domo,
 malè feriat Angli opidum Guinam Caleto, ut antè
 dixi, finitimum impressione facta caperent*. Quod
 cum est rescitum, cunctos irritauit equites, pro Re-
 ge animam proiecturos, & ex principibus aulicisque
 clarissimis selectos. ne quis putèt hunc ordinem su-
 pra equestrem Romanum non fuisse. Equites enim
 Romani vix erāt patritij, sed inter plebeiam & sena-
 toriam conditionem medijs. Inde Velleius: Fuit, in-
 quit, C. Octavius, ut non patritia, ita admodum spe-
 ciosa equestri familia genitus, grauis, sanctus, inno-
 cens, diues, atque ita dignus Octauij Augusti parens.
 Dion Cassius inter cetera moderationis signa Mæce-
 nati summo Cancellario Augusti peculiaria, refert
 eum,

Lib. de Hierogly-
 phicis, seu
 sacris no-
 tis. πωτὴ
 δὲ νύκτε
 inquit.

* Anno
 1532. ut
 in Resario
 Ludouici
 22.
 A saint
 Ouen.

Lib. 2. hi-
 stor. Roma-
 na.
 sueton. in
 Augusto.
 Lib. 55.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB VII. 505
 eum, cum tantoperè autoritate præstaret, in equestri
 statu vitam exegisse. Non igitur ambiuit latum cla-
 uum, non purpuram, equites à curia secernentem;
 sed aureo contentus fuit anulo equitum Roman. in-
 signi, & cen su vbere sine auaritia. Decretum enim
 id ius tantum vetere lege fuerat ingenuo ipsi patri a-
 uoque paterno cccc. sestertia census habenti, ut in
 XIII. ordinibus theatri sedere quiret. Sed hoc iuris
 à Cæsaribus sæpè indultum iis, qui ex aliqua causa
 postularent, Plinius scribit. Putem, quia equites in
 Senatum plerunque tanquam ex seminario trāsfer-
 rētur, & transcriberentur, complures Senatorum a-
 nulum aureum retinuisse. Idcirco cum Flavius Appij
 Cæci sc riba dies fastos publicasset, & formulas actio-
 num antè populo celatas optimatum astutia, & pro-
 pterea Ædilis curulis ac Tribunus plebis factus esset,
 Senatum cõtiguit tanta indignatione exarsisse, ut anu-
 los aureos abiecerit, ut in antiquis lectum est Anna-
 libus. Stelliferi ordinis excellentiam Edouardus III.
 Anglus imitari noluit, exæquare studuit. Præterquã
 quod iam antea antiquatum mensæ rotundæ, indu-
 ctum ab Arturo Rege, honorem & ritum redinte-
 grauerat, die Diuo Georgio cõsecrata, in annos sin-
 gulos exhibitis hastilibus ludis, & opiparis conui-
 uis alterno buccinæ & citharæ concentu: instituit
 postmodum ordinem vulgò Iarterium, sex & vigin-
 ti equitibus præstantissimis perpetuis compositum:
 ita ut in vnus defuncti locum alius sufficiatur, Rege
 principe collegij cæruleo colore palliati. At, quod
 M m m

Plin. lib.
 9. cap. 36.

Lib. 33.
 cap. 1. &

* Anno
 1345. in
 Resario
 Ludouici

* *Nā ex ea corri- gā nomē larterij tractum, inscriptio Gallica habuit, ut ait Polydor. lib. 19.* *Honi foit qui mal i pensē.* caput est, * singuli equites ligaculo auro, gemmis refulgente, crus sinistrum infra poplitem fibula vinciebant: & sculpra in inscriptione Gallico idiomate significabāt, ignominia dignum, quicumque malè cogitet. Magna ceremonia in castello Vindeforio nobile institutum coli incœpit, atque perseveravit prætextu sacri Georgio tutelari equitum numini faciundi, cūm veriùs militi pedestri dicari palàm debuisset, nempe Amori nudo, nec inermi, cūm arcum & tela cum facibus eminus vrentibus ferat. Siquidem rumore increbescēte perlatum est mirificum equitatum hunc cingulo regio insignem, originem suam debere fasciolaræ Heroidis Salberinæ casu illi è tibia decidentis, atque protinus à Rege peramante collectæ. Nec illepidè vetus quidam pœtra triumphum Cupidinis olim descripsit instructa pompa, in qua Jupiter ante currum triumphantis ducitur cathenatus, excusaturus proculdubiò Britānum Regem impeditum crure magis quàm animo, vinculo scilicet puriore, quàm Cestus prædicetur Veneris. ad eò à tenuibus quandoque primordiis magnarum rerum incrementa proficiscuntur. Quinimò penitus rimāti latet in nexu cruris honestissima cohortatio, ne equites fugere velint, prodigentes honorem in constantia & magnanimitate situm. Ceterum exigui huius cinguli vsum fuisse veteribus principibus comperturn habeo, & quidem vsque ad luxum auri & serici. Quod in Carolo Magno obseruatum est, & in altero Magno, sed Romano Pompeio: cui dum Gn.

Lactant. lib. de fals. religione, ca.

II. Regi autē Anglo Comitissa de salbery chara fuit

Notat Eginhartus in vitæ Caroli.

Lentulus Marcellinus Cos. pro concione nimiam potentiam obiectaret assensu populi, inuidiosæ querelæ præsto fuit Fauonius, animaduertens eximij Ducis crus candida fascia alligatum: Non refert, inquit, qua in parte corporis sit diadema. Atque ea cauillatione regias vires ei exprobrauit.

POST Anglicum equitum ordinem memoretur Burgundus, inductus à Philippo Duce, qui viuis beatus est habitus: at post mortem, Pij probique nactus est nomen. Is * fodalitium xxiiii. equitum secoryphæo honorauit aureo collari, à quo torquis inpectus propendēs aurei velleris imaginem referret. Strabo quidem, Iasonis cum Argonautis expeditionem in Colchos, ad querendas opes aurumque barbarum respicere arbitrat, propter torrentes regionis auriferos, vbi accolaræ perforatis tabulis ac lanatis pellibus aurum excipiunt. Nec multum ab huius cōiectura abhorret Medea decepta fugiēs à patre Æeta propter virum, quem post fugere coacta est. Adde expilatam regiam: atque, si placet,

- *traditum fratrem neci:*

Et scelere in vno non semel factum scelus,
vt inquit Tragicus. Quæ ratio est diuitiarum repente partarum, vt malis videlicet arribus sæpissimè cōgerantur. At bonus Philippus benigniùs velleris aurei symbolum ad virtutem, quam sequitur gloria, præuenit labor, transtulit, iuxta illud Hesiodi:

τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωτὰ θεοὶ καὶ ἐμπόροι ἐθέλουσιν ἀθάρτοι.

Subdit longam & arduam viam

M m m ij

seneca in Medea. In lib. operum dierum. id est, ante virtutē fidorem dii posuerunt immortales.

Val. Max. lib. 6. c. 2.

Anno 1429. in Regario Ludouici xi. Lib. ii. Geogr.

ad illam esse ad extremum facilem & amoenam. Unde Iasoni longum mare & procellosum enauigandum fuit, certandum cum dracone, cum tauro flammam vomente, id est, opinor, cum vitis monstro quolibet magis horridis. Non etenim tot pericula adiisset profectus domo, felix, & ibidem quietus, propter auream arietis pellem, quamuis smaragdis & hyacinthis farta fuisset: sed virtutis consentaneum præmium expectauit gloriam:

- *viliſque comantem*

Sidereis toros pellem nunc fundit in artus,

Nunc in colla refert, nunc implicat ille sinistra,

In Argo nauic. li. 8. vt ait Valerius Flaccus: apprimè quadrans Burgundo instituto, & auro pensili in pectus ingenuum & generosum demisso è collo, arduoque gutture, instar monilis eximij. Quare studiose eiusmodi aurea insignia etiamnum ostentantur à Philippo Hispaniæ Regi, Burgundum genus extollente, quod utique à Gallia oriundum est.

Alibi de Burgundo Ducatu dicendum restat. ÆMVLATIONE decora cōtigit deinde, vt Rex Ludouicus XI. quo nemo Francorum regnum cautiùs stabiliiuit, vel fusiùs dilatauit, Diui Michaëlis ordinem produceret * faustis ominibus. quippè cum penes Michaëlem Deus opt. Max. regnorum curam & dispensationem statuerit, vt quocunque inclinaret ille, securitas subsequatur: quemadmodum Daniel propheta arguit ex euentu Persarum & Græcorum. Est autem bellator ita modestus Michaël, vt in duello contra dæmonem maledictis se vinci passus fue-

* *Anno Christi 1469. mensis Augusti Calēdis. Cap. 10. Epist. 11. da.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 507
rit, dummodo re ipsa fortior discederet, de corpore Mosis & de vano cultu numinis extincti scilicet depellendo disceptans: hoc tantum hosti regerens. Imperet tibi Deus. Non immeritò Græci cum vocant *αρχαγγελων**. Nam & cœlestium angelorum exercitum ducit, & cum illo Draconem capitibus septem & totidem diadematis fultum debellauit. Insuper fitum est sanum Michaëlis venerationis antiquæ in edito promotorio Oceani Northmanici, quod Cornubiæ Angliæ littori imminet, Galliæ tam fidum, tam additum, vt cum Angli Carolo VI. Regi Northmaniam extorsissent, mons hic terra marique obsessus, presidio humano non destitutus, cœlesti abundè firmatus, dedi semper renuerit. Didici ego antiquitus in eius montis ramentis, quod vndis Oceani allatur, & propter eiusdem refluxum litus habet asperum, mulieres solitas furæ Proserpinæ sacra facere, Æthiopum colorem imitantes, toto corpore nudas, & herba oblitas, quam Galli glastum appellant, ritu certè tetro, & è Britannia profecto: sicut iis qui ex Ponto Constantinopolim nauigarunt, occurrit ad dextram locus ab vrbe non plus LXX. stadiis, quem Michaëlium dixere, antè Vestæ consecratus: quoad ibidem Michaël apparuerit, mala & morbos propellens, Dei ope implorata, vt retulit Sozomenus. Nam & Michaël splendore circumfusus Alberto Auranchio antistiti sese tertio obtulit, ædem sibi extrui efflagitans, tanquam vnius Dei famulo nõ ultimo. Nam antea mons ille accolis terrori, non

*Nicot. lib. 3. de Isaacij angeli imperio. * Id est, archiduce captiuarum. Apocal. cap. 12.*

Nic. Gill. in Carolo VI. 1419. Or. Rosarium Ludouici XI.

Plin. lib. 22. cap. 1.

Lib. hist. Eccles. 2. cap. 3. Nic. Gill. in Dagoberto 2. anno 699.

vsui erat, obantrum Tombelani gigantis, qui toti regioni vastitatem & perniciem magnam inuexerat, rapto viuens, & prædas vndiquaque conuectans, vorax supra Milonem Crotoniatem, qui bouem quadrimum in Olympicis per stadium humeris circumtulit, & solus eo die comedit: nec magis frugalis quam Combletes Rex Lydius, qui dilaniatam noctu uxorem mandere non erubuit præter manum in ostertentis postridie repertam, si non ludit Athenæus. Atqui Tombelanus turpe ducens sudore quærere, quod sanguine & impetu parari posset, vim intulerat Helenæ Hoëlis Comitissæ Britonis filię, & iuenculam iugi impatientem mori coegerat, finem scelerum non facturum, nisi Arturus ille Britannorum præclarus Rex transmissis in Galliam copiis feram hanc suam manu peremisset, se furiis deuotentem, quibus, ut reor, horrorem incussit. Decem cubita impleuisse gigantem statura accepimus. Ea moles deprehensa longo post tempore, præroso fluctibus littorè, cum ossa paruissent Orestis cadauer magnitudine excedentia, quæ Tegeæ inuenta à Laconibus oraculo monitis septem cubitum duntaxat fuerunt: quique auditu prodigium refutauerat, oculis acquievere. Quod autem Michaëlem Oceano conterminum consulto Rex Ludouicus respexerit, testantur conchæ auro simulatæ cum aurea Angeli effigie ex equitum collo in pectus honestum demissa, Oceani spoliis quodammodo ornata, velut margaritarum inuolucro naturali, quæ ut in Indico Oceano, sic in Britannico in-

Lib. 10.
cap. 1. ubi
Combletes
ait semet
ingulasse.

In Rosario
Ludouici
xi. anno
494.

solimus in
Polybist.
ve, cap. 5.

ueniuntur, tenuiores tamen & decolores: ex quibus Iulius Cæsar thoracem Veneri genitrici dedicauit. Plin. lib. 9. cap. 35. et ca. 25. Apud Gnidiorum delubrum huic diuæ sacrum conchæ muricum similiter colebantur. Nec dubium est, conchyliis potissimas pelagi opes naturam condidisse, si quis præterea purpuras consideret inficiendis Regum paludamentis destinatas. Itaque conchyliata monilia lilij flosculis sparsa libenter prætulimus bullæ aureæ, cordis humani instar sculptæ, qua quidem æquè Romani ingenuos pueros donauerunt, exemplo Tarquinij Prisci Regis filium suum eadem ornantis, quod in bello aduersus Latinos & Hetruscos anno ætatis XIII. hostem percussisset. Pueris bullas non inuidemus: viris præstantioribus laudamus Gallicum Michaëlis ornamentum, quod non sine delectu equitibus concedi consuevit, sed iis, quos singulari honore Rex prosequitur, atque fraterna fermè beneuolentia, siue indigenæ, siue externi fuerint: non leue initi fœderis pignus id esse ducens, nisi recusauerint, ut Dux Britonum metuens Angli Burgundique offensionem. Vidi equitem clarum, quia se censumque suum infra id decus æstimaret, idcirco reiicere: tam magnum in recusandis honoribus seipsum præbens, quantum gesserat in promerendis. Itaque non reprehendi id honoris sine fastidio reiicientem nostra ætate, atque affinem quendam meum, quem nominare adhuc nolo, ut æmulos inficientes deprehendam, & interea moderatos viros magni faciam. Nec obliuiscar M. Catonis, qui obie-

Plutarch.
in Proble-
mat. et
de viris il-
lustris.

P. Emi-
lius in Lu-
douico xi.

cit M. Fulvio nobiliori ex Hispania vltiore reuer-
 fo, & vt est apud Liuiū, in vrbe ouanti, quod milites
 ex leuiffimis caufis corona donaffet. Quis, inquit Ca-
 to, vidit corona donari quemquam, cum opidum
 captum non effet? aut castra hostium capta non ef-
 fent? Itaque libenter commendo liliati monilis fe-
 curum equitem, alioquin strenuum, & alios etiam,
 quibus Rex absentibus tanti ornamenti insignia mi-
 fit: à quibus videlicet presenti animo in præliis adiu-
 tus fuiffet. tametsi olim Theodosius Augustus lege
 lata, quam Francus mos obliterauit, cingulo dignita-
 tis in absentia donatos cæteris postpofuerit. Cæte-
 rum non paucos vidi nobilium, qui in aula miraren-
 tur tam mirum & pretiofum claritudinis & virtutis
 castrensis signum iam passim tribui: sic fore, vt de-
 fpicatui aliquando dueretur: sicut fertur Socrates
 imprecatus ei, qui facile omnibus gratificans, nihil
 animaduerteteret, cui largiretur, tanquam (vt ipse di-
 cebat) Gratias virgines prostitueret. Ego non sum
 adeo curiofe Lynceus, vt quemquam indignū per-
 uiderim è multis, quos propter illustres natales, aut
 bene nauatam in armis operam, meritos Rex perspi-
 cax agnouit, aut certè fecit: sed perantiqua res est ex-
 probratio multitudinis in dignitatibus alienis. Non
 vacauit illa C. Iulius, cum peregrinos in Senatum al-
 legiffet, potiffimum Gallorum nobiliffimos: ita vt il-
 lud vulgò iactaretur, Gallos Cæsar in triumphum
 ducit. Et amarius quiddam, fauente Cicerone, dica-
 cibus obviolatum ampliffimum ordinem sic accidit,

vt

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 509
 vt Laberio mimorum scriptori Cæsari cumprimis a-
 mico fedile querenti diceret in curia: Recepiffem te,
 nisi angustè federem: in nouum Senatus numerum
 iocatus: viciffim illud audiens: Mirum si angustè fe-
 des, ô Cicero, duabus sellis fretus. nempè modò stu-
 dens Pompeio, modò Cæsari Tullius, malè audiebat:
 quod malè dicentibus plerumque contingit. Nec
 debuit eos incessere nondum tam illustris, vt caligi-
 nem nouitatis domesticæ effugeret: quamquam si
 virtus eloquij per se ipsam estimetur, magister clarif-
 simus. Sanè Ludouicus XI. optionem faciens triginta
 sex equitum, qui è tota aulicorum turba Michæ-
 lis militiæ, honoris causa, nomen darent in Amba-
 fiano opido, eorum in numerum se, Carolūque
 fratrem Aquitaniæ Ducem, Ioan. Borbonium, ac de-
 nique Ludouicum Luxemburgensem Fani Pauli, &
 Franci stabuli Comitæ gloriofè referret, nec non al-
 ios maiorum fuorum ceris & imaginibus censendo.
 Tanneguium à Castello non est aspernatus, vi-
 rum meritorum prolixitate memorandum: vt potè
 qui Carolo VI. Ludouici ipsius auo imperante præ-
 fecturam Parisiorum prudenter & prosperè gesserat,
 & pullulantes seditiones compescuerat, priusquam
 Burgundo Duce instigante adolefcerent: sed & Mō-
 lerio è castello Burgundos fortiter extruserat, per se-
 ueranter regni commodo addictus: Quocirca Caro-
 lo VII. vsque adè gratiosus, vt incassum fieri Rex
 pateretur negotium, cui auspiciando Tanneguij con-
 filium non accessiffet*. Cæterum vbi post patrē sce-
 sem.

N n n

l. fin. C.
 lib. 12. vr
 dignit. or.
 do serue-
 tur.

stob. in
 sermone
 15.

sueton. in
 Iulio, cap.
 80.

Nic. Gill.
 in Carolo
 vi. 1416.
 1417.
 Rosario Lu
 donici xi.
 anno
 1424. &
 Gill. 1426
 vbi aggre-
 gat lo. Lo.
 uetū, Præ.
 fidē liquē-
 sem.

ptrum tenuit Ludouicus Rex, aliàs non admodum æquus iis, qui diuturnis obsequiis pernitiùm in aula excelluerant, nihil habuit hoc vno antiquius: nullum exploratiùs selegit, cuius fidei arduum quilibet concrederet. Tannegium quoque suum dignū putauit, coram quo ex vinculis causam dicere iubetur Io. Balua antistes Andium, galero purpureo

nuper à Paulo II. Pontifice Rom. insignitus Rege efflagitante, mox insidiosissimè & perfidè Regi insidiatus, clàm Duci Burgundo obsecundans, & miscèdis cum Carolo Regis fratre simultatibus incubans fortunè pristinæ obliuione, & præsentis scelicitate stupefactus, vt præ arrogancia seipsum non caperet: quam coniectus in latumias vndecim annis decoxit, bonis publicatis & splendida supellectile, auleisque impendiò elaboratis, ipsi Tannegiuo Castellano per Regem vltro concessis, vt cum in Prouinciam sibi decretam venisset, tam publicè videretur magnificus, quàm frugi domi esse consueuerat. Nam Rex ipsum Ruscinoni & Sardinia administrandæ consultò præfecerat, tametsi inuitum, & vt dicebat, dubitantem, ne non Hispanica gens imperium suum ferre posset, aut ipse mores eius & licentiam. Fuit tamen Prouincialibus iucundissimus & salutaris: nec facilitate autoritatem suam, nec seueritate amorem ipforum extenuans. Familias inter se armata manu contendere iniussu Principis, ac temerè rixari, aut specie belli prædaturas agi, edicto vetuit. Consuetudines prauas antiquauit melioribus placitis, promi-

Paul. æmil. in Ludouico xi. Melius Regis, an. no 1469.

Philipp. Cum in Ludouico xi. c. 1.

scuas tolerauit: vt illam, de circulo humi reis præscribendo à iudice, ne exire liceret, nisi sententiæ paritum esset, aut actori satisfactum: eò magis quòd Pompilius legatus à Senatu ad Antiochum Regem, vt Ptolemæum armis laceffere desineret, cunctanti virga solum, quo insisitebat, impunè notauit, respòsum petens, priusquàm Rex circulo excederet: atque obtinuit ex Senatus voluntate. Ita Tanneguius animorum Prouinciæ peritus, ac certò sciens parum profici iurisdictione, si iniuriæ sequerentur, se suosque domesticos cohibuit: quod ferè non minus est difficile, quàm prouinciam regere. Non ex commedatione aut precibus comites adsciuit, sed ex longis ac innocuis stipendiis & meritis. Quo autem itinere & apparatu Ruscinonem peruenerit, paulò post referam, si parumper in Cantabria, per quam à Burdigala contendit, diuertero: quæ tum in Gallia, tum in Hispania, atque inter medias Pyrenæi cautes panditur, pugnacis iuuentæ ferax, vt expertus est Hannibal, quem secuti ex Gallia Hispaniaque complures milites, effecere vt Romanos variis præliis profli-garet.

Cantaber ante omnes hyemisq̄, æstusq̄, famisq̄

Inuictus, palmamque ex omni ferre labore.

Mirus amor populo, cum pigra incanuit ætas,

Imbelles iam dudum annos præuertere saxo,

Nec vitam sine Marte pati. -

Sic enim scripsit Silius Italicus de bellicosa natione, quam ægrè Augustus Cæsar subiugatis Gallis Hispania-

Lib. 3. de bell. Puni.

nisque euincere potuit, æditiõibus iugis partim
 munitam, partim syluis & conuallibus erumpentē:
 ita vt Augustus in summis difficultatibus ex cura &
 labore in morbum prolapsus, Tarraconem Hispani-
 nię se contulerit, C. Antistium bello præficiēs: dein-
 de Agrippam, cui propè aduersus suum exercitum
 pugnandum venit, nomine Cantabrico ita exterritum,
 vt dicto minimè audiret. Vix est eluctatus multis
 amissis veteranis, aut ignominia notatis. Atquē
 postquàm extrema Cantabri vndique, velut indagi-
 nē cincti, viderunt, sese à captiuitate, quæ immine-
 bat, vindicauere certatim; igne, ferro, inter epulas
 vt Florus ait, venenõque, quod ibi vulgò ex taxis ar-
 boribus exprimitur: neque gens vlla magis serò Ro-
 manis paruit, vt innuit Horatius:

*nion Cas.
lib. 13. &
54.*

*Lib. 4. ca.
11. Epi.*

*Lib. 2.
Carmin.
od. 6.*

*Septimi, Gades aditure mecum, &
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra.*

Sed vt tardiùs in ditiõnem Romanorum venerant,
 ita nouissimè ab ea defecerunt: nec quidè tunc cum
 Sarraceni Rhoderico Rege Gothorum cæso Hispaniam
 occupantes, mox in Galliam per Pyrenem cõ-
 fidenter transmiserunt, tanquam vadimonio de victo-
 ria accepto. Vnde à Sarracenis voce Punica Byscaini
 appellari cõepere: id est, proterui & rebelles. Anno-
 nius tradidit, regnante Clotario II. in Gallia Frãcio-
 nem Ducem Cantabris imperitasse, tributum annua pẽ-
 satione Francis obsequentem: hoc mortuo Canta-
 briam Constantinopolis Cæsari subditam, postremò
 subtractam à Sisebodo Rege Hispaniæ. Nec dubium

*P. xiiii.
in Theode-
rico 11.*

*Lib. 4. de
hist. Frãc.
cap. 13.*

est, quin Carolo Magno paruerit cis vltraque Pyre-
 nem victori: ac multomagis Ludouico Hutino Phi-
 lippi Pulchri filio, regnum Nauarre ac diadema Põ-
 pelonæ adepti, * maternæ successiõis iure ex Or-
 ñiciano Senatusconsulto. Terricum & strenuum esse
 genus Cantabrum mirabitur nemo, qui Myrliano
 quondam ludi literarij magistro in Turditania adsti-
 pulabitur. Is scriptum reliquit Lacones Cantabrię
 agros & opida possedisse antiquitus: quod & alius *
 autor afferuit *. Et Seneca Stoicus narrat Cantabros
 vicissim loca quẽdam in timẽ Galliæ tenuisse. Idquẽ
 conuincit ex eodem vtriusque gentis sermone, &
 capitum tegumentis similibus. Proculdubiò si quili-
 bet populus singillatim se à nomenclatore citari pa-
 tiatur, & vnde domo maiores duxerit, respondeat,
 experietur mutatis pridem sedibus aliò emigrasse,
 aut in urbem venisse, non tamen suam, & plures pe-
 regrinos quàm ciues deprehendet. Et quamuis tran-
 situs ex salubri loco in grauem, vel è diuerso, pericu-
 losus medicis videatur, iubentibus saltem ex salubri
 prima hyeme, ex graui prima ætate mutari, nihil ta-
 men persuadent: Fortè quia, vt Phthisi nauigatio, sic
 longis vel recidentibus morbis locorũ mutatio con-
 fert. Atqui homines diuturno morbo laborant, æ-
 stuantes nouitatis cupiditate, & satietate rei dome-
 sticæ. Ita sepe numero alibi se fortunatiores fore spe-
 rant, alacres & intrepidi, quocunque fors tulerit, fe-
 stinates potissimum ij, quibus mentis bona eripi ne-
 queunt, & humanam extra potentiam erecti mundũ

** Anno
Christi,
1407.*

** Strabo
refert lib.
3. Geogr.
Seneca li.
de consol.
ad Albi-
nũ, cap. 8.*

*Cornel.
Celsus li.
1. de re
medica,
cap. 3.
Hippocr.
lib. 6. de
morb. po-
pularibus
cap. 6.
Rlin. lib.
28. cap. 4.*

circumeunt, quo nihil maius neque ornatius rerum natura genuit: nonnunquam rursus patrię dulcedine retrahuntur, vt Vlyffes, cuius de errore monumenta quedam in Turditanę Mineruę templo spectata idem Myrlianus memorat, rostra, naualia, aplustria, parmas suspensas: sicut intra Pyrenes iuga* in templo multę venerationis admirationi sunt enses & loricę equitum Francorum, Rollani, Ogieri, & reliquorum, quos Pares vocant, qui Christo militantes Caroli Magni auspiciis coelo & perenni fama frui meruerunt. Eo ardentius optabat Tannegius aureus eques inuisere veterum heroum imagines, quos morientes numina tristia aspexerant, nedum homines plangentes. Sed prius delegit ex Cantabria vtraque viginti expeditos milites, qui Galliam comitatem redolerent, & Hispanam parsimoniam: existimans Cantabros vtramque oram attingentes & dirimentes gemino fore conflatos robore a natura. Proinde prisca seculis tam difficulter superatos dilexit. Imprimis autem e selectis Didium Polermũ & Ludouicum Forcatulum proauum meum honorificę excepit, nimum alioquin venatui indulgere solitum: ita vt cum canibus opes ipsius cucurrisse, & cum accipitrio auolasse aliqua ex parte viderentur. Sed Polermum proauo nostro vbique Tannegius prætulit, genus suum referentem ad Grammontiam Cantabrię Gallicę clarissimam domum. Itaque Polermo exercitato equiti proauus meus proximus, sed longo interuallo, nihil non officiosę deferebat, vt in cu-

* Roncesvalle intelligit.

ius contubernio prima militię rudimenta probauerat Mauleę Soleę, & aliis in locis ac vicis, quorum nomina ipsis propę terris ac rupibus duriora Latino ore articulatę concipi nequeunt, delectant interim prædulci Tannegij recordatione: qui Ronceuallem Pyreneo situ meridianum adueniens cœnobiũ, mirificę exhilarauit sodales præsentia & colloquio, admonens benignę, vt quisque se talem præberet, qualem videri cuperet. Sed scio, inquit, quamplurimos sacerdotes, quorũ vos credo & opto absimiles, prouentum impudenter arripere, securos quid populares de ipsis sentiant, perspecta infami erogatione, quę in pauperes & pietatis munia fieri debuerat. Sperent Christum memorem noxię, nec enim hęc decet sacra Herculis Lindij frequētari, quę celebrantur cum maledictis, epulante interim antiſtite: eodẽ quod ad Lindum Rhodi opidum delatus Hercules bouem vnum ab aratore sibi vendi quandoque petiisset: cumque non exorasset, vtrumque substulit, & mactauit. Inter socios partitus, iisdem epulatus fertur cum risu & cachinis, interim ipsum raptorẽ execrante bouem domino: multo magis quidem Deo, cui pauperes curę sunt, indignante, & lætitiã sacerdotum quorundam in luctum versuro. Boni cõsuluerunt sodales vniuersi Franci Ducis cohortationem, non ignari quã multos reditus ex Gallia colligerent. Quinetiam Tristanum proaui mei fratrem sponte sodalem, Tannegiuo gratante, allegerunt, & cumulatissimę sacerdotis bearũ: sed magis biblio-

Mauleonũ
solum vocat
Arnoldus
Ferranus
in Franci-
co I.

Lactant.
lib. de fal-
sa relig.
cap. 21.

Roncualli
Gallie.
procul lo-
ca multa
reditum
prestant.

theca memorabili, ob librorum copiam, quæ tunc fuit, atque ob incendium quod superuenit nostra memoria, tanquam ærarium Musarum absumeret.

Non enim veritus sum ita vocare eximiam illam bibliothecam, & similes Caroli Magni & veterum Regum cura & impedio concinnatas in templis & cœnobiis: quibus utique monimenta nobilium auctorum summo recetium bono fideliter adseruata sunt.

Nam & in æde Saturni pecuniæ publicæ sacrarium Valerius Publicola exactis Regibus consultò dicauit, & tabulas ac rationes Reipub. Rom. Proh dolor! dici non potest quàm multavolumina Ronceualle deperierint opportunè Tristano perlecta, quæ partim ibi Carolo Magno iubente recondita fuerant: & quibus lustratis Tannegius sciscitatus est, nunquid templi illius æditui de Orphei lyra aliquid fragmenti haberet, vel de capite. At illi ne auditu quidem Orphei aliquid nouerant. Fefellit, opinor, Tannegium, quod prædicetur Orpheus Calliopes Musæ filius lyra chordis nouem iuxta Musarum numerum compacta aurita nemora ferâsq; traxisse, resonans, de Serrio

vel Pangeo Thraciæ promontorio sedens, & Solis ortum spectans, donec Bacchæ ipsum dilaniarunt. Tunc caput lyræque fluuius Hebrus excepit, & in Pötum nigrum eiecit, lyra lugubre quiddam in Orphei necem canente, aptis dolori modis, Lesbū vsque: vbi incolæ caput sepulchro condiderunt, Lyram in æde Apollinis suspendere. Planè in Cantabria fluuius, quem dicit vulgus Hebrum, nascitur, & Hispaniam

Plutarch.
in Proble-
matib.

Germani-
cus Caesar
in Arati
& Pom-
pili, lib.
2. cap. 2.

Lucianus
in lib. ad-
uersus in-
doctum.

spaniam perfluit: à Latinis Iberus vocatur, Iberiam-
que nominari regionem iubet, nauigabili commer-
cio diues. Ab eo celeriter mox deflectens Tanne-
gius magnis itineribus Ilerdam contendit, opidum
Hispaniæ clarum: apud quod Diuus Cæsar Afranium
& Petreium Pompeiani exercitus ductores quòdam
debellauerat, fretus potissimum auxiliis Galliæ & A-
quitaniæ, ex vtraque ciuibus nobilissimis & fortissi-
mis euocatis, vt ipse de se scripsit. Vnde id opidum
concussum machinis bellicis ostendebatur. Hinc
Aufonius:

*Aut quæ deiectis iuga per scruposa ruinis
Arida torrentem Sicorim despectat Ilerda.*

Fortè huic anni nomen dedit Sicorus Celtiberorum
Rex. Distat Ilerda ab Ibero tendentibus ad occasum
stadiis c. & lx. Eandem instauratam denuò subuer-
tit Ludouicus Pius, Carolo Magno patre Romam
tendente, vt à Leone Pontifice Augustus letante po-
pulo proclamaretur*. Pius enim Tolosa mouerat
multis cum copiis Barcinonem ciuitatem expugna-
turus biennio, quo ciues maiore fiducia quàm pro
viribus obdurarant. Non tamen Rex (cuius pietatis
erat) diripi eam passus est, sed sumpto de perpaucis
perduellibus supplicio mansuetudini suæ seruauit,
Barum Comitem præficiens, ac dicens, victores sibi
ipsis inuidere, qui pulcherrimas vrbes iugi periculo
partas demoliuntur. Atque ita perstitit incolumis

Ostrifero superaddita Barcino ponto.

Et paulò antè idem Aufonius:

Epistol. 3.
ad P. mili-
num.

- me Punica ledit

Barcino. innuens utique à Libycis
eam conditam, nomine & colonis fortè acceptis à
Barce opido Cyrenæ ditionis. Enimuerò Punicæ fi-
dei accusata Barcino est aliquando à Rege suo Ara-
gonio, rebellionis vlciscendę studiosissimo, ita vt
defectus stipendiis & auxiliis Ruscinonis Comita-
tum & insulam Sardiniam Ludouico xi. venunde-
derit trecentis aureorum milibus. Franca ope sic re-
focillatus, iam sua tueri & hostes impetere non exti-
muit. Ruscinonem Ludouicus inuasit per legatum
Iacobum Armeniacum Nemorosi Ducem: & em-
ptionem possessione Marte quęsita roborauit, atque,

*Nic. Gill.
in Ludoui-
co xi. an-
no 1451.
C. Cumi-
nus in Ca-
rolo VIII.
cap. 47.*

vt iam dixi, Tanneguium Prouincię Præsidentem * cõ-
stituit. Tanneguius Polermum Sardinie gubernandę
subrogauit, inuitum sanè, non minus quàm si emen-
tito honore sibi exuladum veniret tanquam ad infi-
mas humanę societatis oras, quas etiam illa suo re-
fert ambitu. Sic namque Claudianus scripsit:

*Lib. de bel-
lo Gildoni-
co.*

Humanæ speciem plantæ se magna figurat

Insula: Sardiniam veteres dixere coloni.

Et paulò pòst: - *hïc pestifer aër sanit.*

Audierat verò Polermus insulam crebra dominorũ
mutatione impacatam, & turbis deditã. Nam à Ro-
manis T. Sempronio Graccho Consule domita ad
Sarracenos deflexerat, ab his ad Pisanos, sæpè ab eis-
dem amissa: tandem à Iacobo Aragonio recepta,
coagmentata Hispanię fuit: montibus interioribus
aspera, inter quos pestilens aër Austro turbidus in-

*Raphaël
Volaterr.
lib. 6. Geo-
graph.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 514
tercluditur. Eò respexit Martialis his versiculis:

Nullo fato loco possis excludere: cum mors

Venerit, in medio Tybure Sardinia est.

Expers alioquin venenorum & herbarum lethaliũ, si
eam exceperis, quæ vescentes risu enecat. Absente
itaque Polermo viro pernobili, qui cum Lud. proa-
uo meo curas & gloriam partiri libenter confueue-
rat, cœpit proauo solito charior fieri, & Tanneguij
gratiam, populi notitiam mereri, libenterque peri-
cula obire, non ignarus fortes viros felicius mori,
quàm viuere ignauos. Ita subducto Polermo laudis
maior præbita occasio, vt sollicitudinis, proauo meo
fuit: cuius quidem laudes si taceant inuidi, vt obli-
uiscantur præstare non poterunt. Nam diu principi-
bus viris Francorum obsequendo, aliis iam imperi-
tare didicerat, Polermo clarissimo superstes, & idè
notior. Sic enim accidit, vt altero duorum oculo-

rum effosso in alterum videndi facultas cumulatè
transeat. Proinde vel modestia sua, vel aliena absen-
tia spectatus, iucundissimè sibi victurus videbatur:

quoad accidit Tanneguius in Galliam reuocato Per-
pinianum opidũ ciuibus nonnullis Aragonio prin-
cipi opitulantibus deficere, Helnensemque ciuita-
tem contagione scilicet perfidię contaminatam re-
bus Gallorum aduersari. Quæ quibus subuenienti-
bus extorta fuerit Ioanni Aragonio, * & pacta impu-
nitate proditoribus, Ludouico Franco reddita, sciēs
ac prudens reticebo, ne quippiam cenſear de Ludo-
uico proauo meo indulgenter confinxisse, atque ita

*Pausan.
in Phocic.
Inderisus
sardonius*

*Galen. li.
10. de usu
partium
corporis.*

*Helnam
ciuitatem
Mela Eli-
berim vo-
cat, Lini
Iliberim.*

** Anno
1473. in
Refario Lu-
douici xi.
Iannes
Rex.*

æmulorum dentibus præparasse obsonium: tametsi
 Rutilius & Scaurus suam ipsi vitam perscripserint
 citra obrectationem: sed æquiore virtutibus homi-
 num iudicio, qui eas in aliis facilius credebant, quia
 etiam illis libentius exercerentur. Vt cumque sit, ad
 posteros ibit seruatæ fidei Gallis promissæ fama, nec
 penetrabit inuidia, & longissimè intelligetur, quot
 ille facinora cum vitæ discrimine aggressus, cum lau-
 dis præmio exegerit, sine cunctatione executus, quæ
 cunctanter inceptat: sese expendens ac librans in
 arduis instar gruis, quæ, vt ipse dictitabat, altissimè
 euolutura in nubium fines, harenam sorbet, ea velu-
 ti saburra seipsam prius firmans aduersus ventorum
 violentiam: adeo prodest ratione præmuniri in re-
 rum auspiciis. Quod nisi Ludouicus xi. obiisset præ-
 maturè, Rex munificus proculdubio mei proauis ob-
 sequia officii superasset. Nam & Roquebertinum
 Ilerdensem bello captum, quod videretur indu-
 strius, locupletauit: & alios data opera ex humili
 fortuna extulit, ac remunerauit, id quod optimum
 esset, existimans nobilissimum. Ludouico Regni
 Franci propagatori, quo nemo expensius Reip. vti-
 lia deliberauit, deliberata disposuit, disposita perfe-
 cit, Carolus viii. filius vix dum planè pubes successit:
 cuius auribus Ferrandus Aragonius Rex instillari cu-
 rabat, tum per legatos, tum per aulicos nonnullos
 fautores, Ruscinonem Hispaniæ suæ reddi expedi-
 re: idque iure, & ex supremo Ludouici parentis iu-
 dicio, prouidentis, ne Manes infestarentur sui tam

*Corn. Tu-
cit. in vi-
ta soceri
sui Agri-
colæ.*

*Cumimus
in Ludouico
xi.
cap 136.*

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB VII. 515
 malo lucro: Aurea esse illa prorsus in xii. Tabulis, vt
 inter bonos bene agier & sine fraudatione. Q. qui-
 dem Scæuola Pontifex Max. fidei bonæ dicebat ma-
 nare latissimè: idque versari in tutelis, societatibus,
 mandatis, rebus emptis venditis, conductis locatis,
 fiduciis, quibus vitæ societas contineretur. Fiduciã,
 vt obiter adnotem, puto pignus esse datum credito-
 ri, à quo pecuniam accepimus, qua refusa iure id re-
 poscitur: ita appellatum, quia pignore accepto cre-
 ditor tutior & confidentior redditur. M. Tull. pro
 L. Flacco: Pecuniam, inquit, adolescentulo grandi
 scenore, fiducia tamen accepta, occupauisti. hanc fi-
 duciam commissam tibi tenes hodie, ac possides.
 Eum tu testem spe recuperandi fundi paterni veni-
 re ad testimonium dicendum coëgisti. Hallucinan-
 tur omninò qui fiduciam ad venditiones transfe-
 runt, quibus id agitur, sicut aiunt, vt res distracta
 quandoque recuperetur. Paulus Iurisconsultus
 statuit debitorem creditori fiduciam vendere non
 posse: tantum abest, vt cum venditione fiducia ali-
 quid commune habeat. Et paulò post: Si creditor per
 suppositam personam pignus inuito debitore com-
 parauerit, emptio non est, & quandoque lui potest.
 Ex hoc enim, inquit, causa pignoris vel fiduciæ fini-
 ri non potest. Cum itaque adeo bonam fidem fidu-
 cia desideret, procliue erat Regi ephebo persuadere
 Ruscinonem Hispano reposcenti reddendum, ple-
 risque tamen Gallicæ nobilitatis reluctantibus: nec-
 non iis, quos præfecturæ & præmia in Ruscinonis

tractu demulserant, pignus esse negantibus, sed potius meram venditionem: quorum in albo fuit Lud. proavus meus, simulque Tristanus frater eiusdem, Gondifalvus Augurinus Episcopus, & alij non magis numero, quam rationibus pollentes: quorum utinam ad tumulum mel fingat apis perenni vere resonans inter densa lilia: siue eiusmodi conuentio pignus habuit, siue venditionem. Namque rei suæ nulli creditori pignus est, neque venditio, ut Vlpianus respondit. Atqui Ruscinonem ad Gallorum fines pertinuisse T. Liuius refert, apud quem Annibal Romam cogitans, Pyreneum transgressus, ad Illiberim castra locat. Galli, inquit, quamquam Italiæ bellum inferri audiebant, tamen quia vi subactos trans Pyreneum fama erat, metu seruitutis ad arma consternati, Ruscinonem aliquot populi conueniunt. Subdit Liuius, Annibalem moras timentem Regulos Gallorum motis ad Illiberim castris feruentes colloquio & donis pacasse, ac obtinuisse, ut exercitum per fines ipsorum præter Ruscinonem opidum transmitteret: non leui Gallorum gloria, quos tanti fecerit Annibal, ut blanditu alliceret, quando armis superare non poterat. Pomp. Mela, ubi Narbonem & Leucatam propugnacula Galliæ huius ætatis munitissima recensuit, & Salsuæ fontem salioribus aquis quàm sint marinæ defluentem: ubi quoque extat arx eiusdem nominis, Hispaniam muniens, indidem coloniam Ruscinonem, Eliberrim exiguum magnarum opum vestigium & inter Pyrenæi pro-

L. Neque pignus, ff. de reg. iur. lib. 1. De cad. 3.

Ruscino est prouincia nom. & opidi Perpiniani.

Lib. de situ orbis, 2. cap. 5.

DE GAL. IMP. ET PHIL. LIB. VII. 516
 montoria, Veneris portum*, atque Ceruariam, Gallia nominatim ascribit, nimirum Narbonensi, & Ptolemæus similiter. Accedit quod Iacobus Balcaricus, Comes Ruscinonis & Sardinia vtramque ditio- nem vendidit Philppo Valesio Regi Francorum aureorum priscorum milibus xxvi. quoniam rem suam nemo prohibetur emere, non ut dominus rursus efficiatur, sed ut in possessione potior sit eo, qui sine causa detinet. Concurrerant multæ rationes, quarum singulæ probarent quod Galli assueverant, vel certè simul aggregatæ instar grandinis obesse poterant oppositis. Cæterum Ferrandus illarum non ignarus, callido commento fecit Regi iuueni persuaderi, è re id esse sua, ut Ruscinonem restitueret, instructo ad credulitatem viro non malo Ludouico* Ambrosiano Albiensi antistite, aulæ Gallicæ grato, & in magna sanctimonie & æquitatis opinione ubique constituto: tumetiam Oliuero Maliarto, & Io. Mauleo sodalibus Franciscanis, peccata Principum confessione fugere solitis: præsertim Annæ sororis regis Petro Borbonio pactæ. Hi partim spe cælestis mercedis, partim, ut aiunt, terrestris inducti, Regi ostenderunt, non tanti faciendam alienam prouinciam, ut quod pretiosissimum ipse haberet, perderet, nempe animam immortalem: Darium Persarum Regem, ut Alexandrum Macedonem arceret, filiam Septimam obtulisse cum omni regione inter Hellepontum & Alyn amnem, se Orientis ora contento. Atatum verò ipsius Io. Francia Regem in pugna Picto-

* Forte hodie

Colli- ure, collis

Veneris est.

Lib. 2. Geograph.

περιων. Nic. Gill.

in Philip- po vi. anno 1349.

ibidem de Rom- pelio ven- ditio.

l. 34. 5. Rei sue.

ff. de con- trah. emp.

* Anno 1492. Gil- lius &

Arnol- dus Ferro- nus in Ca- rulo vij.

Cuminus de Mau- leo, c. 47.

2. Cur- tius li. 4.

nica ab Anglo captum, & humanissimè à victore tractatum, vt se redimeret, totam Aquitaniam cum nō paucis opidis & magna auri copia expendisse. Tanto studiosius prouidendum, vt se Rex bonumque parentem à dæmone hoste impacato, à tartaro, ab æternis flammis supra ignem Vestalem perdurantibus, erueret. Quid? quòd multi Reges se sponte scepro abdicauerunt, vt liberati quauis sarcina in cœlum alacrius properarent. Quos, inquit Maliartus, taceo præter vnum è tuis maioribus Carolomanum Ducē, ò Rex, Caroli Magni patrum, * bello contra Aquitanos, Boios, Saxones, prosperè gestis laudatissimū, spe & fortuna valere iussis religiosæ solitudini additum. Num tanti est Ruscinonis ager paucis oleis & citris virens, vt cœli planitiem niuis æstusque expertem, scintillis aureis aptam, amittas? cuius amplitudini comparatus Ruscino vix maculæ instar appareat. Memineris in super patrem tuum Regem imitatu dignissimum impunè repignerasse quadringentis milibus aureæ monetæ, Ambianos, Abeuillam & Samarobrinam cum vasto territorio, quod quidem Philippo Burgūdo obstrinxerat. Vtere eo iure, quod in alium statui lætaris. Atque, vt semel dicam, memineris te Regem, non mercatorem esse. Tantum pondus apud Carolum hortatio Maliarti habuit, vt orationem præpollere ferro ad domandum facile ostenderit: atque vt Rex confestim edixerit Ruscinonem Ferrando voti compoti restitui, pecuniámque remitti, qua oppignoratus fuerat: Lege solummodò

adic-

* Anno
Christi,
742.
747.

Cum in
in Ludou
co. xi. cap.
2. & 3.

DE GAL IMP. ET PHIL. LIB. VII. 517
adicta, ne quis Ruscinonis Comes impostero in armis esset contra Gallos, néve aliter eos lacefferet:

Tantum religio potuit suadere malorum.

Libet enim assumere acerbum Lucretij carmen propter auulsam à Gallia regionem non ignobilem dolo pietatis dulcedine condito erga Gallum Regem cœli iugera meditantem. De quo quasi vaticinans Tristano nostro videbatur iocatus Democritus, de astrologis loquens, Tullio autore:

Quod est ante pedes nemo spectat, cœli scrutantur plagas.
Planè Tristanus in Commentariis scriptum nobis reliquit, Regem Carolum facile persuasum festinatione & desiderio regni Neapolitani recipiendi: adè vt conterminam oram pro remota quærenda negligeret, magno cum detrimento eorum hominum, qui Ruscinone & in aliis Hispaniæ locis Gallo Regi deuotis Gallicum nomen cum aliqua dignitate sustinerat, & mirificè extulerat. Atque haud dubiè prospiciebant sibi spe, quam habuissent, quàmque non habuissent, cadendum, & multorum odia latentia subeundum manifesto experimento. Extat Tristani amarulenta inscriptio de Altacino Bætico ex colluue Libyca Iudæisve oriundo. Hic non minus porcum vereri ac vitare solitus, quàm vllus Elephas, aut quàm porcus amaracinum odorem, nouis iam tum casibus erectus, ac iuxta prouerbum, ex Africa aliquid noui portenti adferens, Gallorum rebus infestissimè exultabat: demum à Iuliastro Cantabro sau-

lib. 2. de
diuina.



Ppp

ciatus, transfixo corde maleuolo, dignum factis suis

exitum reperit: *

* Anno
Christi,
1493.

* Arche-
rusia spe-
cus ad Pō-
tum Euxi-
num, teste
P. Meli,
ad Manes
peruia.

Laert. lib.
4. in Ar-
cestilao.

Plin. lib.
34. c. 14.

Dioscorid.
lib. 5. cap.

93. &
Dionysius
Cosmogra-
phus.

Hic genus est Libya, facilis quem Europa recepit:

*Nunc moriens * Asia, Ditis in antra petit.*

Cæterum Altacini posteritas conscia rei gestæ me
adhuc asperrimè infectatur, vt cogar ego aliquando
increpare inclytam Galliam, quia sæpenuerò alie-
nis malis potius quàm suis bonis delectetur. Sed re-
curro properè ad Tristhanum Forcatulum, parū qui-
dem in Rhetoricis exercitatum magis quàm hebe-
tè. Non ei displicuerat sermo cultior, sed non cõ-
tigerat. Fuit vtique ineptissimis purior, ineptior pu-
rissimis. In mathematicis autem tantum profecerat,
quantum nec frater meus superet, nec Hipponicus
geometra, in cuius hiantis os aduolasse disciplinam
facetè cauillabatur Arcesilaus discipulus, qui primus
in vtramque partem differere aggressus est. Famam
præterea Tristhanus adeptus proditur minutis qui-
busdam inuestigationibus, quas ego aliquantisper
demiratus postea penes autores deprehēdi. Magne-
tem, qui in Cantabria degener nascitur, verioris lo-
co, quem animatum Thales Milesius putauit, quia
ferrum ad se rapiat, noua ratione vitro fusili docuit
commisceri, vt nitidiùs pelluceret. Iaspides, quarum
mons Pyrenæ ferax est, ad amuleta efficacissimas, &
ad partus accelerandos, selegit. Nam & Caspium ma-
re Iaspim generat, empusis & spectris infestam, &
ἄλλοις εἰδωλοῖσι, inquit Dionysius. Arida iuga aquam
emittere cõgigit nemore exciso. Sic Hæmus mons a-

quarum inops quandoque fuerat: sed cùm Gallorum
gens à Cassandro Macedone obsessa in illum se con-
tulisset, & syluas cecidisset, ingens aquarum vis ap-
paruit, emergente nimirum humore, qui arborum
alimentis consumi sueuerat. Plura huiusmodi vul-
go profutura Tristhanus exhibuit, quibus apud ru-
diores homines eruditus videretur. Atqui ego in-
gentes ideò gratias illi habeo, quòd suis Commenta-
riis in subsidium memoriæ solùm paratis, non vt
gloriarì, sed vt exerceri liceret, multa Gallorum cla-
riss. genti accommodata fideliter veriùs quàm orna-
tè reliquit, ex Turpini Præfulis maximè volumini-
bus decerpta, qui belli pericula cum Carolo Magno

Aug. plerunque participauit, & lituum castren-
sem libenter audiuit, æquè ac sacrum gesta-
uerat. Ea vulgare in animo meo est: nec in
stadio historiæ defatigabor, si cursus in-
choatus satis plausibilis censebitur:

quem nec vñirecupio,
nec perire.


FINIS.

Ppp ij



INDEX RERVM

LOCVPLES.



A Dalgifus Desiderij filius ad Constantinum fu- git 156.a	Amerocus Aquitaniæ rex 77.b
Admiralius ynde dictus 83.a	Anastafij Imperatoris mors 76.b
Ædes Mediceorū expilantur 240 .a	Anemundus Mediceus 225.b
Ægypti descriptio 102.a	Anemundus proficiscitur ad Go- dofredum Hierofolymam 226.a
Ægyptiarum fecunditas 126.b	Anemundus moritur 226.a
Æneas condidit Albam 290.a	Angli vnde dicti 436.b
Anferes capitolini 124.b	Angli iure Romanorum nituntur 473.b
Africani vectigales Francorum 111.a	Anglorum victoriæ in Gallia sub Carolo 7. 474.a
Aggeres circa Nilum 106.a	Angli Galliæ regnum sibi vendicant 476.a
Alarici mors 381.a	Angli è Gallia penitus cieciti 491.b
Albicratenfe metallum 49.b	Angli Gallos ad Pictonicam vrbe[m] profligant 503.b
Alexander 6. Papa filios suos in arma impellit 245.a	Aniani Episcopi ad Aurelianos ex- hortatio 333.b
Alexander Borgia Carlotâ ruxcâ du- xit 245.b	Antiqui non omnia repererūt 285.b
Alexander 6. veneno perit 248.b	Antiqui iura nuptiarum ad aras ce- lebrabant 315.b
Alexander Mediceus Margaritâ Austriacâ ducit, & quid habuerit in dotem 269.a	Apostoli cur electi ex piscatoribus 84.a
Alexander Mediceus moritur 270.a	Aquila, quid sit, qua vtebantur Ro- mani pro signo 375.a
Alexander Seuerus Imper. cum Got- tis bellum gerit 391.b	Aquitaniæ limites 79.a
Alexander Dei filius qua ratione di- ctus 346.a	Aquitani vnde dicti 79.b
Alphonfus Dux Ferrariæ Renatam Ludouici 12. filiam in vxorem du- cit 27.a.b	Araris fluius 423.a
Alexia vrbs Burgundiæ à quo extru- cta 62.a	Arariensis princeps Catherinam Mediceam in vxorem ambit 271.a
Amadeus Dux Sabaudiæ 187.a	Arbogastes in vrbe Viēna Valenta- num Imperatorem necat. 302. a
Amadeus ad Pontificatum euectus 188.a	Arelatę opidi descriptio 431.b
Ambigati regis filij duo Italiam di- uidunt 121.b	Argentoratū vnde dictum 307.b
	Argentoratū à Clodione Phara- monis filio obfessum 307. a
	Armoricæ seu Britaniæ minoris se-

I N D E X.

ries	438.b	Artilla filij imperium patris ex quo diuidunt	342.a
Arturi virtutes	461.a	Artilla imperium propter diuisionē filiorum disperditur	342.a
Arturus primus leporem, anferem & gallinā vulgò comedi iussit	462.b	Artillē literatura & laus bellica	342.b
Artūrus Proconfulum Rom. strauit	464.a	Artilla Alexandro comparatur	343.a
Arturus Itium Caleti appellit	465.a	D. Augustini Episcopatus	110.a
Arturi infomnium	465.b	Augusto ara Narbonæ dicata	69.b
Arturi mors	467.b	Aurata ædes Tolosæ cur ita dicta	15.a
Arx Monæci à quo extructa	62.b	Aurata ædes Palladi antea sacra, quando dicata virgini Mariæ	15.b
Asia, Africa, Europa vnde nominatę	91.b	Aurca mala Medorum regum insignia	219.b
Atax fluuius.	67.a	Aurelianus Imper. Francos in Galliam ruentes fudit	298.a
Armorica quando Galliæ coniuncta	440.b		B
Attamentum typicum qua ratione repertum	284.a	Baiona à Carolo septimo obfessa	490.b
Atrogatus Aristotelē de schola Gallica explodendum dicebat, & cur	324.b	Balduinus Hierosolymæ rex	203.b
Artilla Aquilciam expugnat & delet	195.b	Balduinus moritur	104.a
Artilla Aurelianum oppidum oppugnat	333.a	Baleares insulæ fundam repererunt	470.a
Artilla obsidionem Aurelianam difsoluit	334.a	Bafina Biffini regis Thoringiæ vxor ad Childericū transfugit, eamque ducit	355.b
Artilla ariolos & extispices confulit	334.a	Bafina regi Childerico enixa est Clo doueum	386.a
Artillæ ad milites oratio	334.b	Belifarius triumphat Constantino-poli	173.b
Artilla sibi manus intulit	340.a	Belifarius à Persis fufus	174.a
Artilla in Pannoniam remigrat	340.b	Belifarius excæcatus à Iuftiniano	174.a
Artilla Venetorū metropolim Aquileciam expugnat	340.b	Belifarius cur excæcatus fuerit Iuftiniani iuffu	174.b
Artilla pendet animi super Romæ inuafione	341.a	Belifarius contra Francos configit	175.b
ab Artilla leo Papa Romæ inuafionē deprecatur	341.a	Bellouesus & Galliā & Tusciam inuadit	209.b
Artilla Valentiniani Principis Romani filiam in vxorem sibi dari imperat	341.b	Bernardi Caroli magni filij mors	149.b
Artillæ mors	341.b	Betis fluuius & multi alij cur aurigeri dicti	33.b

I N D E X

Borbonij vnde sic dicti	492.b	Britanni Regem sibi creat Ventegernum	457.b
Borboniæ gentis series	491.b	Britones vnde dicti sunt	439.a
Borbonij agnomen cui primū inditum	493.b	Burdigala vnde dicta	79.b
Ioannes Borbonius captiuus in Anglia moritur	494.a	Burdigala à Carolo 7. recuperata	490.a
Carolus Borbonius Conestabulus à Francisco tãnsit ad Carolum Imperat.	158.b	Bultinus moritur	179.a
Carolus Borbonius Romam inuadit, & moritur	160.b	Burgundus equitum ordo	506.a
Bononia à quo extructa, & vnde dicta	214.a	Busta inhumationibus olim frequentiora Tolosæ	39.a
Bononię Academia quando instituta	403.a		C
Cæsar Borgia Romam redit	245.b	Cæsaris encomium	131.b
Cæsaris Borgiæ fortuna pessum it	248.b	Cælerum ab Henrico secundo recuperatum	495.a
Cæsar Borgia in Galliam venit ad Ludouicum xij	245.a	Caligulæ impietas	139.b
Brennus cur Romam irruerit	123.a	ex Caluariis humanis pocula qui cõfecerint	53.b
Brennus Tarpeiam auro corrumpit	ibid. eod.	Camillus exul factus	123.a
Brennus Romanos obfessos cauillatur	125.b	Camillus Brennum & suos proffigat	125.b
Brennus in Tusciam irrupit	211.a	Chamus improbæ Magiæ autor, & Zoroaster dictus	6.a
Brennus Delphicum templum expilat	100.a	Chamus igne cælesti absumptus	ibid. eod.
Brennus in Asiam transit ab Europa	212.a	Cæcellarij honor à quo primū institutus	496.a
Brennus ab Ephesina puella amatus	99.b	Cancellarij officium	496.b
Brennus Apollinis templum in Parnasso spoliat	ibid. eod.	Cæper docuit putare vites	31.b
Brenni mors	ibid. b	Capua vnde dicta	131.a
Brennus cur Apollini infestus	101.a	Capur & origo fluuij quid sit	103.a
Britannia quando Romanis extorta	457.a	Caracalla Getam fratrem occidit	117.b
Britanni quando ad fidem Christianam adducti	448.a	Carolus magnus Papam eligit	222.b

I N D E X.

tendit 238.a
 Carolus 8. liliū rubrum Florentiæ
 in Gallicū cōmmutat 240. a
 Carolus 8. Neapolin domat 130. a
 Carolus 8. Florentiæ commoratur
 240. a
 Carolus Siciliæ rex Papæ vectigalis
 118. a
 Carolo inimicus est Nicolaus Papa
 ibid. eod.
 Carolo fauet Martinus Papa Turo-
 nensis 108. b
 Carolus 8. Ricardum Angliæ regem
 vincit 443. a
 Carolus Siciliæ rex fœdus percudit
 cum Africanis de professione Chri-
 sti 111. a
 Carolus magnus Imperator Roma-
 nus 148. b
 carus Rom. Imp. Narbonēsis 75. a
 Cari Imperatoris ædes 75. b
 Caterua Gallorum qualis 312. a
 Catherina Medicea Nicæa sistitur
 275. a
 Cauarinus decedit è viuis 320. a
 Cauarinus Polienam filiam suam
 Clodioni despondet 315. b
 Celtes inauguratur Gallorum Rex
 51. a
 Celtica Gallia à Celte rege eius no-
 minata 51. a
 Celtæ soli olim dicebantur Galli
 51. b
 Celtiberi vnde dicti 111. b
 Celticæ Galliæ milites quinque 52. a
 Cerua Clodoueo vadum ostendit
 414. b
 Childbertus cum Lōgobardis fœ-
 dus init 156. a
 Childericus filius Veneris appella-
 tus, & cur 348. a
 Childericus Regi Babyloni com-
 paratur 348. a
 Childericus Segulinā vsque ad in-
 faniam peramauit 349. a
 Childericus propter populū con-
 citatum in Thōringiā abijt 352. a
 Childerici voluptates 465. b
 Childeric profugit ad Bissinū Thō-
 ringorum regem 465. b
 Childericus innumerabiles pellices
 cōgigit 350. b
 Childericus ad regnum rursus voca-
 tur 354. b
 Childericus Ægidium fugat 355. b
 Childericus Adouagriū Saxonum
 regem Andegaus vsque perse-
 quēs, opido potitus est ibid. eod.
 Chilpericus doctrinam christianam
 delibauit 356. a
 Chrisma bāptismi vnde dictū 370. b
 Christiana religionis vtilitas 397. b
 Claudius Imperator 140. b
 Clemens vii. auro se redimit ab Au-
 rengio 161. b
 Clemens 7. Catherinam Mediceam
 in Galliam prosequitur 275. b
 Clementis 7. somnium ominosum
 de Catherina Medicea, eiusque
 tēpretatio 273. b.
 Clementis 7. & Francisci i. collo-
 quium Massiliæ 277. a
 Clementis 7. Romam reuersi mors
 277. b
 Clodomirus Clodouci filius à quo
 cæsus 338. b
 Clodio inauguratur rex Gallorum
 318. a
 Clodion comatus dictus 319. a
 Clodionis oratio ad Cauarinū 315. a
 Clodoueus primus regum Gallorū
 Christianismum stabiliiuit 176. a
 Clodoueus primus regum Gallorū
 strumas sanauit, & qua facultate

I N D E X.

59. a
 Clodoueus rex primus Christianus
 358. a
 Clodoueus cum Alarico bellum pa-
 rat 380. a
 Clodoueus Consulatum Romanum
 gerit 381. b
 Clotarius fratrem Sueffonum regem
 fraude necat 176. b
 Clotarius primus moritur 35. b
 Clotarius Clotosindam Albonio dat
 in matrimonium 154. a
 Clupea piscis 423. a
 Colambæ elogium 371. a
 Conflagratio mundi quorum syde-
 rum concursu futura 44. a
 Coniuratio facta de morte Mediceo-
 rum 234. a
 Constantini Imperatoris vita 449. a
 Constantinus Imper. crucem mone-
 tæ primus impressit 46. b
 Cōuentus Treueris habitus in pala-
 tio Constantini 303. b
 Coronas florentes gestare pacis si-
 gnum 314. b
 Corona graminea cur ab exercitu
 daretur 312. a
 Corsica vnde dicta 185. a
 Corsica Liguribus restituta 186. a
 Cosm^o Mediceus à populo rogatur
 Ducatum suscipere 270. b
 Cosmus Mediceus Hetruriæ Duca-
 tum solus obtinet 268. b
 Cosmus Mediceus ab exilio reuoca-
 tus 230. a
 Cretæ seu Candiæ descriptio 199. b
 Cretensium natura 200. b
 Cræsus captiuus à Cyro 213. a
 Crocodili natura 107. b
 Crucis sanctæ efficacia 95. b
 Cybele amauiit Atym 291. b
 Cybele cur dicatur à feris educata
 291. b
 Cybele cur dicatur Turrita 291. b
 Cyclopes vnde dicti 89. b
 Cyprus insula 202. b
 Cyprus quibus abundet 206. b
 Cyprus à Venetis inuasa 207. a
 D
 Dagobertus cum coniuge castissima
 diuortium fecit 350. b
 Dagobertus Vestalem virginem sibi
 adduxit ibid. eod.
 Dagobertus ædes D. Hilarij Picta-
 uensis spoliavit, senex verò multa
 extruxit templa 351. a
 Danubius quos populos alluat, &
 quo capite 54. b
 Delphicum oraculum cur obmu-
 tuit 101. b
 Democritus se excecavit 150. a
 Desiderius Longobardorum rex Ha-
 drianum Papam bello petir 220. b
 Diana Ephesiæ templum à quo cō-
 ditum 71. a
 Diluuium quorum siderum concur-
 su factum 44. a
 Dionysius maior rex Siculorū 115. a
 Dionysius minor regno pulsus Pla-
 tonis discipulus ibid. eod.
 Diploma Cæsaris ad Florentinos vt
 pareat Mediceo 269. a
 Dis vnde dictus 48. b
 Dos Catherinæ Mediceæ 276. b
 Dracones olim velis nauium appi-
 cti 375. a
 Druides militiæ omnium munus
 vacationem habebant 25. b
 Druides scientias literis non manda-
 bant, & cur 10. b
 Druides potestatem habuerunt in le-
 ges, & cur ibid. eod.
 Druides vnde nominati 40. a
 Druidum doctrinæ capita 42. a

INDEX.

Druides in finibus Carnutum con-	Ficinus Marfilii Platonis interpres
federunt ibid. eod.	quo tempore 232.b
Druidum iudicium de animo simile	Finacri Equitis Neustrij aduersus
Pythagoreo Ibid.eod.	Childericum ad populum oratio
Duumuirum municipalium pote-	351.b
stas 68.b	Florentia vnde dicta 215.b
Dux Venetiae quotannis nauem a-	Florentia cur poma gerat pro infi-
scendit cum Praefule vrbis, & quo	gnib. & qualia sint 218.b
ritu 196.b	Florentia colonia Romana 217. b
Dyctamnium herba 200.a	Florentia quando inclaruit 218.a
E.	Florentini ad Ludouicum regem Le-
Egidius rex Gallorum consalutatur	gatos mittunt 249.b
352.b	Florentini à Pisanis Pandectas subri-
Egidius noua excogitat vectigalia	piunt 267. b
ibid. eod.	Florentini Mediceos expellunt 226.b
Egidius clarissimos Francorum oc-	Florentina democratia seditionibus
cidit 353.b	perturbatur 227.a
Elizabethae Britanniae reginae laudes	Florentini Mediceos hostes pronun-
475.a	ciant 239.b
Emericus Bellandus 1. Comes Nar-	Florentini Clemente Papam hostem
bonae, eiusque gesta 77.b	pronunciant 265.b
Episcopus Viroduensis caecis fer-	Florentini statuas Leonis x. de tem-
reis inclusus 114.a	plis deiiciunt 266.a
Equi figura numo Gallico olim im-	Fluuij auriferi 49.a
pressa 46.a	Foeminarum dominatio varia 477.a
Etius à Valentiniano caesus, & cur	Formula Atianici baptismatis 370.a
339.b	Franci Treuerorum urbem occupat
Eubages quare aspernabantur leges	egressi ex Pannonia 299.a
45.a	Franci Rhenum rursus transeunt
Eugabes qui, eorumque doctrina	302. b
43.a	Franci oriundi perperam dicuntur
Euboea dicta Negrepoint 198.b	à Troianis 286.a
Euerartus Taurum mactat 225.a	Francus non potuit esse filius He-
Euerartinus Mediceus moritur 221.a	ctoris 287.a
Exuperij Episcopi virtutes 394.a	Franci ex Phrygia in Galliam colo-
F.	niis duxerunt: non contra 291.a
Federicus 2. patris successor veneno	Franci baptizantur 370.a
peremptus 117.a	Franci falso dicti Sicambri 300.a
Federicus Anobarbus Longobar-	Franci Theodoberio duce in Italia
dos arterit 156.a	veniunt, Gothosque in fugam ver-
Fertaria à quo fundata 278.a	tunt 177. b
Ferri vtilitas 90.b	Franci ex Italia pedem referunt 178.a

INDEX.

Franci Germani partem Galliarum	Galli Graeciae populos opprimunt
occupant 180.a	52.b
Franci Gothos vincunt 417.a	Galli clypeorum fabricatores 90.a
Franci & Galli promiscue appellan-	Galli fabricam ferream ad belli &
tur 317.b	agriculturae vsum inuenerunt 91.a
Franci victi à Gothis 408.a	Galli Asiam debellatam in 3. partes
Francis quid sit 296.a	diuidunt 97.b
Franci cum Romanis aequum fe-	Galli in Asia bellum gerunt 98.b
cus percutiunt 296.a	Galli in Africa 101.b
Franci Pannoniam habitantes 296. b	Galli ante Priscum Tarquinium Ira-
Franci Celtis rebellantibus à Romano	lia sunt potiti 121.b
imperio auxiliares veniunt 298.a	Galli Romanos magna clade affi-
Francus ad Guntramnum Aure-	ciunt 123. b
liani regem legatos mittit 314.b	Galli in obsidione Romae peste &
Francisci Guyssani virtus in obside-	fame laborant 124.b
do Calero 500.b	Galli Galarhei dicti 129.b
Franciscus 1. Mediolanum recipit	Galli nudi pugnare quo sensu dicā-
158.b	tur 138.a
Franciscus Sphortia Blanchiam du-	Galli sub Tiberio à Romanis rebel-
cit falso habitam pro filia Philip-	lant 139.a
pi fratris Galeasij 157.b	Galli sub Nerone deficiunt à Roma-
Franciscus 1. fit captiuus 159.b	nis Vindice duce 143. b
Franciscus 1. Caroli 5. sororem ducit	Galli sub Nerone iusto Romanis o-
certain pactis conditionibus 160.a	bediunt 148.a
Franconia vnde dicta 299.b	Galli à Nerone mortuo semper re-
Fredegundis Reginae fortitudo	bellarunt 148.a
483.a	Galli vrbes Galliae Transalpinæ ex-
Fridericus Imp. ducarum Medionali	truxerunt 150.a
vendicat 157.b	Galli Lydiam & Mediam inuadunt
Fridericus 1. Imperator Ferrariam	213. b
occupat 279.a	Galli in Europam remeant 213. b
Funerum Gallicorum forma 320. b	Galli omnem Europam, Asiamque
G.	peragrarunt, & tandem eò rediere
Galaræ ad quos Paulus, Colofani	vnde exierant 294. b
sunt 56. b	Galli Romam ceperunt excepto
Galatheus rex Gallorum à quibus	Capitolio ibid. eod.
genitus 61. b	Galli potius à Graecis oriundi quam
Ioan. Galeasius è Vicecomite factus	à Troianis dicendi sunt, & cur
Dux Mediolani 157.a	292. b
Galli cur se oriundos dicant à Dite	Galli cur dicti Franci 295. b
48.a	Galli optimates caesariem ostenta-
Galli vectigales Romanorum 52.a	runt moderatè comptam 300. b

Galli maximè calluerunt auguria	295.a
308. b	
Galli & Franci in vnam gentem coalescunt	316. a
Galli olim cæsariem colebant	319. b
Galli comam vnguetis odoratis delibabant	319. b
Galli Senones ante Alexandrum natum Capitolium Romanum inuaserunt	345. a
Galli nihil aliud timent quàm necælum ruat	345. b
Galli Clodoueo se dedunt, qui profligat Gothos	372. a
Galli quibus signis in bello utebantur	374. a
Galli aliquando Britannia potiti	438. a
Galli à Britannis victi apud Samarobrinam	446. a
Gallicæ pugnæ forma	312. b
Gallia auri & argenti inops	47. a
Gallia opulenta in metallis	48. b
Gallicus mos designandorū Regum	318. b
Gallicorum clypeorum forma	319. a
Gallorum sacerdotes à Cybele introducti perpetuæ castitatis	291. b
Gallorum proceritas	89. b
Gallorum peregrinatio armata Brenno duce	97. a
Gallorum aduentus in Italiam prædicitur	122. b
Gallorum mos antiquus barbam permulcendi	124. a
Gallorum nomine Germani continentur	129. b
Gallorum ad Papiam profligatio	159. b
Gallorum copiarum sub Brenno quomodo fusæ	295. a
Gallorum pars quædam in confluente Danubij & Sai dicta Scordiscos	
Gallorum internecio à Pharamone facta	312. b
Gelon rex Siciliae	114. b
Geneua Episcopo suo subiecta	190. b
Geneuæ descriptio	191. b
Genua à Carolo Magno possessa	184. b
Genueses Creram occupant	185. a
Genueses Cyprum occupant	185. b
Germani olim vicatim diuersi habitabant	13. b
Germani ab Alemanis victi & nominati	298. b
Germani inuentores bombardarum	284. b
Germania cur vitis & ciuitatibus excellentibus abundet	281. b
Germani à Theodiberto mæsueriores facti	283. a
Gigantes nati ex filiis Dei	50. a
Gilmeris rex Vandalorum Belisario se dedit	173. a
Glaucus herba à quo inuenta	32. b
Glaucus inficiuntur Britanni in pugna	32. b
Glauci descriptio	33. a
Gothi Romam obsident, & diripiunt	389. a
Gothorum origo & res gestæ	382. b
Gothus rex regiam sedem Tolosæ eligit	335. b
Græci præstantiores omnino Troianis	293. a
Græca lingua omnibus gentibus communis	ibid. eod.
Guido Lusitanus bellum gerit in Syria, in qua moritur	204. a
Guilielmus Normanorum Dux rex Angliæ	472. b
Guilielmus Tancredus Nortmanus in Siciliam	116. a

Gunthramnus rex Gallorū medicina clarus	60. a	Hybernia Anglis infesta	464. a
Gunthramnus Aureliæ rex	180. a	I	
Gypseo cur studiosè vrantur Galli	377. a	Iacobus Pactus moritur	235. a
		Iana Aureliam obsidione Anglorum liberat	488. a
H		Iana ab Anglis capta tandem comburitur	489. a
Hacaldus à Guilielmo interfectus	472. b	Ianæ Gallicæ laudes	473. b
Hellenes vnde dicti	54. b	Jeremiæ sepulchrum	106. b
Henricus 6. Federici Imper. filius Siciliae regnum accipit à Celestino Papa	116. b	Inglinorum rex Cyprum occupat	206. a
Henrici 2. & Catherinæ Medicæ nuptiæ Massiliæ celebrantur, & qua pompa	276. a	Insignia Tolosæ	95. a
Herbarum vires diuinatione præcognitæ	33. a	Instauro verbum vnde dictū	56. a
Hercules Lybicus in Galliam venit	61. a	Ioannes Apostolus Apocalypseos scriptor	147. b
Hercules Albionem & Bergionem interfcit	62. b	Ioannes Medicus legatus apud Carolum 8. regem Franc.	238. b
Hercules duo fuere, & quinam	63. a	Ioannes Medicus inuidia in exiliū pulsus	229. a
Herculis Gallici virtutes	64. a	Ioannes Medicus fit Cardinalis	236. b
Herculis vtriusque arma	64. b	Ioannes Medicus Papa, Leo x. dictus	256. a
Hercules Gallicus Gades petit	65. a	Ioannes rex captiuus Londini moritur	504. a
Herculis columnæ vbi positæ ibid.	65. b	Ioannes Gunthembergus eques Moguntia reperit typorum rationem	283. b
Herculis cum Acheloo certamen quid significet	208. b	Iouianus Christianæ religioni addictus	303. a
Hercules Tuscū præfecit Italiae	208. a	Isis quæ, & cur dicta Ceres	30. a
Hieron rex Siciliae	115. b	Istria vnde dicta	192. a
Hieronymi Sauonarolæ prædictiones	241. a	Italiae encomium	120. b
Hispani Romanorum propugnatores perpetui	243. a	Italia vnde dicta	ibid. eod.
Homines qua ratione ex lapidibus dicantur nati	12. b	Iudæus quidam de religione disputat cum Papa	373. b
Homines vicos primùm condiderunt	13. a	Iugerum quid sit	31. a
Hunni Pannoniam occupantes ei nomen faciunt Vngariæ	342. b	Iulianus Medicus moritur	259. a
Hyades vnde dictæ	360. b	Iulius Sabinus Gallus contra Romanos bellum gerit	148. a
Hyberniæ antrum	402. b	Iulius Pontifex moritur	256. a
		Iurisprudentia maximè semper	

INDEX.

ra à Gallis 43. a
 Iustinianus furis prudentiam emendavit 16. b
 apologia legum à Iustiniano correctarum 165. a
 sententia Iustiniani de carne Christi 167. a
 Iustiniani bellica gesta 169. b
 Iustinianus quare dictus Flavius 170. a
 Iustinianus ex Flavia gente ortus ibid. cod.
 Iustinianus per Belisarium Vandalos Africa expellit 172. b
 Iustinianus Francos vicit, & se Francum idem inscribit 178. b
 Iustinianus Gilmerem Vandalorum & Vittigem Gothorum reges captivos Constantinopolim ducit 172. a
 Iustinianus moritur 155. a
 Iustinus Iustiniani successor 155. a
 Iustitiae amplitudo 2. a

L

Laurentius Medicus Pisis Academicam erexit 232. a
 Laurentius Medicus Florentiam regit 259. b
 Laurentius Medicus Romam revertitur 261. b
 Laurentius coniugem Bononiensis Comitissae filiam Florentiam deducit 262. a
 Laurentius Medicus bibliothecam claram comparavit 233. a
 Laurentius aqueductus extruxit 233. b
 Laurentij Medicei mores & natura descripta 232. b
 Laurentij Medicei mors 235. b
 Laurentius Neapolim expugnat 266. b
 Legatio Clodionis ad Cauarinum 313. b
 Legati signum aliquot gestare debent sui muneris ne violentur 314. a
 Legatio Clementis 7. ad Franciscum 1. de Catherina Urbina Herico Aurelianos reginabenda 275. a
 Legis descriptio 11. a
 Legum scientia deriuatur ab Ethiopea 11. b
 Leo x. Papa cum Ludouico 12. fecus percutit 259. a
 Leo x. Papa Laurentium Medicum Vibini Ducem instituit, & in Galliam mittit 261. a
 Lilia quando facta insignia Gallica 372. a
 Londini oppidi descriptio 446. b
 Longobardi vnde dicti 45. a
 Longobardi à Pannonia accersiti à Iustino Imperatore 155. b
 D. Ludouici expeditio Africana & Aegyptiaca 102. a
 D. Ludouici comites in expeditione 103. b
 D. Ludouici in Aegypto gesta 104. a
 D. Ludouicus captus à Sarracenis in Aegypto 108. a
 D. Ludouicus auro se redimit à Sarracenis 108. b
 D. Ludouicus Mahometi minatur 109. a
 D. Ludouicus Carthaginem appellit 109. b
 D. Ludouicus moribundus filium Philippum monet 110. b
 D. Ludouicus rex Gallorum quo

INDEX.

stragemate captus ab Aegyptiis 126. a
 D. Ludouici iustitia in numerando auro redemptionis suae 126. b
 Ludouicus 12. Mediolanum expugnat 130. a
 Ludouicus Pius Lotharium filium regem Italiae praefecit 149. a
 Ludouicus 12. Petro Mediceo imperat finem obsidionis 251. a
 Ludouicus Aureliani Dux Valentiana Gelasiam ducit 157. b
 Lutetia quomodo fundata 376. a
 Lutetia muris diu caruit 378. a

M

Magi Perfarum à Mago dicti Samotheci filio Celtarum regis 5. b
 Malum sextum cur insertum in signibus Mediceorum 220. a
 Mandredus Britannos concitat 466. a
 Marca talentum Gallicum vnde dictum 46. a
 Marcomir pater Pharamonis 301. b
 Marcellus Gallos Transalpinos domat 119. a
 D. Marci aedes quare Venetiis tantofit in honore 197. a
 Marcomiro spectrum triceps à Saga muliere oblatum quid praesagiat 309. a
 Marcomirus suadente Pharamone filio 336. b
 Martellus palatij praefectus Papam Romae obsessum liberat 162. a
 Martialis Burdigalenses Christianos facit 374. a
 D. Martialis vbi docuerit 81. a
 D. Martialis opera 81. b
 Martis templum Florentiae extructum 216. b
 Mediceae domus origo, & insignia 215. b
 Medicei Florentiam obsidione premunt 249. a
 Mediolanum à Gallis conditum 150. b
 Mediolanum cur ita dictum 151. b
 Mediolanum à Gothis expugnatum 152. b
 Mediolani muri prohibiti à Frederico 157. a
 Mediolanum manet in Imperij Romani clientela 157. a
 Mediolanum Serpentem coronatum pro insigni vnde habet 162. b
 Mediolanum à quo extructum 214. b
 Melchisedech cur dictus perpetuus sacrificator 8. b
 Mendacium quando honestum 401. b
 Mercurius à Gallis maximè cultus 15. a
 Merlini Angli vita 459. a
 Merlini mors miserrima 460. b
 Meroueus iunctus Gothis & Romanis Attilam sequitur 334. a
 Meroueus quomodo aciem contra Attilam instruxerit 335. b
 de Merouei morte diuersae opinionnes 336. b
 Meroueus Clodionis necessarius 329. a
 Meroueus non filius Clodionis, sed cognatus ibid. eod.

INDEX

Meroueus filiū occidit, & cur	330.a	Narbona caruit Procoff. Gotho-	
Meroueus à Gayleno equite Franco		rum aduentu	77.a
necatur	340.b	Narsetes Gallus Iustiniani exerci-	
Metendi antiqua genera	31.a	tus præfectus contra Fracos	118.b
D. Michaëlis equites à quo primū		Nauis cur sit insigne Lutetianum	
creati	506.b		377.b
Michaëlis Hospitalis laudes	498.a	Neapolis rebellat	130.a
Minois regnum	199.b	Neptunus vnde dictus	85.b
Minotauri fabulæ interpretatio		Nero Romam includit	143.a
201.a		Nero musicus	143.b
Miscelli ludi quid sint	421.a	Neronis mors	144.b
Mœcenatis è Gallia oriundi elo-		Nili inundatio annua	105.b
gium	215.a	Nili caput incognitum	ibid. eod.
Molini vrbis descriptio	493.a	Noe siue Ianus magnus Astrono-	
Moneta Gallica figuram Solis cur		mus & vir iustus, ataus Saronis	
retineat	46.b	2. a	
Morganus Iurifconsultus Gallicus		Nummi vsus quis primū fue-	
324. a		rit	46. b
Mors quare contemnenda	44. b	O	
Mugellanus ager vnde dictus		cur Oleum sanctum Remis custo-	
224. a		diatur	371. b
Mundus creatus sole in Ariete		P	
96. a		Pactiana facta Mediceis aduerfa	
Mundus in conflagratione non an-		234. a	
nihilabitur	44. a	Padus fluuius vnde dictus	181. b
Municipes qui sint	68. a	Palatium Galieni Burdigalæ vnde	
Muri vrbis aratro designabantur		dictum	80. b
91. b		Panacea herba	185. a
Muri cur sancti	92. b	Parisijs vnde sic dicti	376. b
C. Mutij facinus	210. b	Parus pons Parisijs quomodo æ-	
N		dificatus	379. a
Naiadæ cur dicantur nubere	86. b	Pax vniuersa sub Augusto quid no-	
Narbonensis Gallia laus	66. b	taret	9. a
Narbona vnde dicta	66. b	Pelagius in Anglia hereticus	453. a
Narbona descriptio	67. a	Pelagius Pontifex Romanus	153. b
Narbona colonia Romana	67. b	Perfæ Romanos habuerunt vesti-	
Narbona Procoff. Rom. sedes		gales	155. a
69. a		Petrus Arrago punitur	119. a
Narbona Iuris Italici	ibid. eod.	Perrus Arrago duellum expetit cum	
Narbona Vicecomitibus paruit pul-		Carolo Sicilia rege	119. a
sis Gothis	77. b	Petrus Arrago moritur	119. b
Narbona insalubris quare	77. a	Petri Arragonis filij	ibid. eod.
		Petrus	

INDEX.

Petrus Mediceus Principatum reci-		Polyphemus Galeotas augures in-	
pit	231. a	stituit	88. a
Petrus Mediceus à suis circumueni-		Polyphemi & Vlyssis fabulæ inter-	
tur	231. a	pretatio	88. b
Petrus Mediceus vrbe cedit, rursum		Pons D. Mariae Parisijs ruit, &	
que renouatur	231. b	quando resectus	378. b
Petrus Mediceus viros doctos fo-		Pontifices Rom. quare nomen ali-	
uit	232. a	quod maiorum suorum assumant	
Petrus Mediceus Vrbinum oppu-		74. b	
gnat	246. a	Pontifex Rom. Iuris ciuili & augu-	
Petrus Mediceus medicum pater-		rij peritus esse debebat	30. a
num necat	236. b	Posthumus Aquitania ortus Impe-	
Petrus Mediceus moritur	252. a	rator Rom.	80. b
Pharamon rex Francorum creatur		Principes Romani fulmine necati	
304. a		76. a	
Pharamonis leges quare Salicæ di-		Probus Imper. vitium complanta-	
ctæ	321. a	tionem permisit	31. b
Pharamonis tumulus	327. a	Prodigiū de boue resuscitato	373. b
Pharamonis epitaphium à Bardo		Pulchritudo in regibus commenda-	
327. b		bilis ad regnum	78. a
Phaoninus Arelatenfis Philoso-		Pyramides Ægypti	107. a
phus	434. a	Pythagoras abstulit carniū esu	
Philiberta Sabaudiensis Francisci		41 b	
matrera Iuliano Mediceo nu-		Pythagoras tertiam tantū animo-	
bit	274. b	rum migrationē statuit	ibid. eod.
Philippus Pulcher cum Anglis pacē		R	
init	475. b	Rauēna à Palissio expugnatur	253. b
Philippus Valcsus Gallia rex	476. a	Reges antiqui per orbem terrarum	
Phocenses propter auguria Massilia		peregrinabantur	6. a
appellunt	292. b	Reges Persarum semper ad eundē	
Pipinus rex Italia designatur	148. b	cum munere	7. b
Pisani ex Campania præda Pande-		Reges antiqui iidem fuere Augures	
ctas Iuris abripiunt	267. a	8. a	
Pisanorum & Florentinorum legati		Reges Persarum & Medorum iidem	
inuicem ex postulantes	268. a	fuere sacerdotes	8. b
Poëtæ famosi scriptores	247. a	Reges quare dicti sunt Dij	12. a
Politianus præceptor filiorum Lau-		Reges Gallorum à Sarone ad Gala-	
rentij Medici	237. b	theum	40. a
Polyphemus Tolosæ filius	87. a	Regum virtutes naturales	55. b
Polyphemus occupat Siciliam	87. b	Regis Francorum ius & autoritas	
Polyphemus Galatheam deperit		305. a	
ibid. eod.		Reges antiqui legatione fungebantur	
		R r r	

INDEX.

cur	315.a	tionem mundi	2.a, b
Reges inaugurati clypei excepti euehebantur ad communem significationem	318.a	Saron discipularum gymnasia crexit	2.a
Rhodanus fluius	423.a	Saronis regno viuebatur vicatim ad fluenta amnium	10. a
Richardus Anglus & Guido Lusignanans sua regna permutat	205.b	Saron leges auiras non tulit, sed coposuit	10 b
Rodericus Borgia Papa Hispanus Alexander 6. dictus	242.b	Saron magisterio Ofyridis Gallos docuit agriculturam	30.b
Rodolphus Imper. Florentiam liberam fecit	228.b	Sarò coæuus Ofyridis	30. a
Roma quando, & à quo, Pontificibus donata	451. a	Saronis virtus bellica & ciuilis	34. a
Romani purpurati sedentes in foro trucidantur à Gallis	123. a	Sarò in Ægyptum venit ad Ofyridis necem vindicandam	34. b
Romani auro appenso redimunt se à Brenno	125. b	Saro naufragio perit	35. a
Romani multi cladibus à multis affecti	127. b	Saronis cœnotaphium	39. a
Romani cum Gothis pacem ineunt	398. b	Saturninus martyrium Tolosæ passus	14. a
Romani in Massilia cum Cymbris & Teutonibus bellū gerunt	432. b	Sauonarola crematur	242. b
		Saxones cum Britannis confligunt	458. a
Sabaudi Ducis stemma	186. b	Scotorum descriptio	473. b
Sabaudia vnde dicta	191. b	D. Sebastianus Narbonensis	69. b
Saguntum Hispanos à Celtiberis diuidit	112. a	Senones Gallivnde dicti & orti	45. a
Salicæ legis, latio vtilitas & ratio	322. b	Sepulchra Heroum olim in montibus	39. a
Salsusa arx Iberorum	72. a	Sergius Pontifex Rom. Os porci dictus	74. b
Samarobrinx oppidi descriptio	445. a	Serici inuentio	180. b
Sarraceni Pœni Siciliam denuò subigunt	115. b	Sicambicarum mulierum crudelitas	301. a
Saron Magi filius ei succedit in regno	9. b	Sicilia cur dicta Trinacria	87. a
Saron rex Academię Gallicanæ fundator	9. b	Sicilia fœcunda	113. a
Saron Gallorum rex ante cladem Troianā legibus suis docuit Gallos Deum colere per contempla-		Sparta cur mœnibus caruerit	13. b
		Sphortia Dux Mediolani feudatari⁹	158. a
		Stemmatum Cretensis thesaurum	
		Venerorum expilat	199. a
		Stercorationis generi apud Gal.	30. b
		Succini origo	181. b
		T	
		Talboti Comitis Angli mors	491. a
		Tancredus moritur	117. a

INDEX.

Taprobanes insulæ descriptio	435. b	Treueris domicilium clarum Principum	340. a
Tarquini sepulchrum à se extructum	210. a	Tribunitia potestas Augusto in decennium concessa	70. b
L. Tarquini Prisci Rom. regis origo	209. b	Tristani mors	109. b
Tarquinius Superbus quare pulsus regno	210. a	Troiani belli historia est tota fabulosa	289. b
Taurus pellitur pomis è Megellano agro	224. a	Troianorum posteritas ad Æneam vsque	290. a
Tectofages primi Gallorum Christiani	96. b	Tuscix vetera nomina	208. b
Tectofages Tolosani sunt veri Cyclopes	89. b	Tuyfcon Gigas Sarmatis leges posuit	5. a
Theodibertus Alemanos profligat	177. b	Tuyfconis varia nomina	5. a
Theodoricus Gothicus rex Vallix successor	398. a		
Theodoricus Gothorum rex	77. b	V	
Thorsimundus Gothorum rex designatur	339. a	Valentis Imperatoris cum Gothis bella	386. a
Theffalix aurifodinæ	135. b	Valerius Cauarinus Parisiorum Senonumque regulus belli inferendi princeps creatur	310. a
Tibris vnde dictus	55. a	Vallia Visigothus rex cum Honorio bellat	392. a
Tinctura quomodo fiat è glasto	33. a	Varro Ætacin⁹ poeta Narbonel.	72.
Tolosa sola vrbium Celticarum detecta dicta	13. b	Vasto Fuxensis moritur	233. b
Tolosam cur adamarit Galba	14. a	Venatoria periculosa	36. a
Tolosa obfessa à Vandalis	393. a	Venetia vnde dicta	192. b
Tolosæ nomen à Polyphemo impostum	91. a	Veneti à Gallis orti	193. a
Tolosæ fluens riuus sanguinis quid præfagiat	354. a	Veneti classe multum valent	193. b
Tolosani quas vrbes	94. b	Veneti cur leonem pro insignibus habeant	198. a
Tolosani Asiæ medite	212. b	Veneti Turcas fugant	198. a
Tomyridis Reginx fortitudo	479. b	Veneti inuadunt Eubœam & Chium	202. a
Totilas rex Gallorum Teiaz successor	153. b	Veneti Cypri causa vestigale Turcarum	207. b
Totilas occiditur	153. b	Veneti Ferrariâ bello inuadunt	279. a
Totilas rex à Clothario Francorum rege Clotofundam filiam petit in matrimonium	154. a	Venetia quando condita	204. a
		Veterū Gallorū mos in cō-	20-
		Veneris ædes Cypri foliat	203. a
		Vespasi. cæcū sanauit & mutilū	59. b
		Vesperæ Sicilianæ	108. b
		R r r ij	